G ✿ P

1556

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-119201541511222-139773916-16/fragment/page=0001

M. f 128.

Berosus

nur tom. 2. da!

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-119201541511222-139773916-16/fragment/page=0002

BEROSI

ET ALIORVM EIVS ARGVMENTI AVtorum De Chronologica priscæ memoriæ historia

TOMVS ALTER.

Cuius scriptores,& cõsequentem eorum ordinem pro ratione temporum versa pagina indicabit Apodeixis.



LVGDVNI,

Apud Ioannem Temporalem.

1554.

IN ALTERVM VETERIS HISTORIAE TOMVM PRAEFATIO.

POST vetera Berosi, Archilochi, Xenophontis, Manethonis, Metasthenis, Philonis, antiquissimorũ & probatissimorum in Chronologica Historia autorũ, monumẽta & cõmentarios F. Ioannis Annij viterbensis, ac superadditos ab eo libros De primis temporibus, & Regibus Hispaniæ: itemque de antiquitate, & Rebus Etruriæ: Visum est in alterũ tomum (ne grandior vnius voluminis moles modum excederet) transfundere reliquos similis, & consequentis argumenti autores, nempe Fabium Pictorem De aureo seculo, Myrsilum de bello Pelasgico. M. Catonem De originibus, M. Antonij Itinerarium Sempronium De diuisione Italiæ, & Propertij De Vertumno Elegiam, quæ casu prætermissa in vltimum necessariò locum translata fuit, ac super ijs commentarios F. Ioannis Annij, eiusdémque scriptiones. De Ethrusca, & Italica Chronographia. Annianas Quæstiones de Thuscia. Item CL. Marij Aretij Chorographian Siciliæ, & Caliphonis Dialogum. Ac in omnibus eiusmodi scriptoribus rectè & loco suo disponendis (cum prius intermixti & conturbati forent) seruare tem

temporum quibus alij alijs succesſerunt ordinem, & Hiſtoriarum rerúmque geſtarũ conſequentiam, eo nimirum conſilio, ne illa χρονολογίας, καὶ ἀκολουθίας confuſio operi iam per longè remotam antiquitatem ſatis obſcuro tenebras induceret: néue commentator Annius aut obliuionis, aut ineptæ προλήψεως multis in locis iure redargui poſſet: dum plæraque confirmat velut ex prius à ſe dictis, quæ poſtea tamen ſequerentur: vt in prioribus editionibus frequenter eueniebat. Quamobrem quæ anteà tranſpoſita erant, ſuo ordini duximus reſtituenda.

*



ALTERO TOMO HAEC CONTINENTVR

* *
*

PRIMO, commentaria super Q. Fabium Pictorem, de aureo sæculo, & origine vrbis Romæ.

Secundo, commentaria in Myrsilum Lesbium de origine Italiæ, ac Turrheniæ.

Tertio, commentaria super duodeuiginti fragmenta M. Catonis de Originibus.

Quarto, commentaria super Itinerarium Antonini Pij. Cæs. Augusti.

Quinto, cõmentaria super C. Semproniũ, de Chorographia siue descriptione Italiæ, & eius origine.

Sexto, de Ethrusca simul & Italica Chronographia.

Septimo, quæstiones quadraginta de Thuscia.

Octauo, commentaria in Vertumnianam Propertij.

Q. FABII PICTORIS LIBER PRIMVS, DE AVREO SECVLO, & origine Vrbis Romæ, ac Vocabulorum eius, cum commentariis Annij.

QVINTVS Fabius Pictor illustris familia Fabia, & bonarum disciplinarũ gloria, vt qui etiam à nobilissimis authoribus in testimonium aduocetur, de aureo seculo, quo sub Iano & Saturno & Camese Roma cœpit, itémque de forma regionis septem collium, & origine Romæ hoc opus edidit, admodum necessarium iis, quibus antiquitas Italiæ atq; Romæ curæ sit. Diuiditur autẽ in duos libellos. In primo originẽ Romæ tradit ab aureo seculo vsque ad Romulũ. In secundo quæ fuerunt sub Romulo. Primus libellus duas habet partes. Prima de aureo seculo. Secunda de forma septicollis regionis prisca tractat.

DE PRIMA PARTE HAEC SCRIBIT.

ITaliæ Imperiũ penes duos populos prin
cipes extitit. Posterius Romani princi-
pio Thusci sub Iano cœperũt in aureo se-
culo. Aurea ætas primo ortu generis huma
ni fuit, sic dicta, quòd posterioribus seculis
comparata, æquè atque aurũ inter metalla
effulsit. Eam cœpisse sub Ogyge ante Ni-
num annis circiter ducẽtis & quinquagin-
ta, Xenophon atque maiores prodiderunt.
Is Ianus sub initium aurei seculi læuum
latus Tyberis in Etruria tenuit. Cameses
verò ac Saturnus circa finem eiusdem æta-
tis dextrũ incoluerunt. Ea ætate nulla erat
monarchia, quia mortalibus pectoribus
nondum hæserat vlla regnandi cupiditas.
Principes quia iusti erant, & religionibus
dediti, iure habiti dii & dicti. Non enim
arbitria illorũ ab æquo vel populus à iure
innato, discedebãt. Nullo tunc vindice aut
metu, sed sua spõte retinebãt fidẽ & rectũ.
Pudor ipse regebat populos, & ius princi-
pes. Domus illis nõ extructę vel ornatæ lu-
xuriaq; insignes erant & splendidæ, sed vel
cryptæ aut viminũ tuguria & caua arborũ
ligna erãt. Victum sponte nascẽtia præbe-
bant, aut in diem victus quærebatur vena-
tu. Vinum & far primus illis docuit Ianus

ad

A ad sacrificia & religionem magis quàm ad esum & potū. Primus enim aras & pomœria & sacra docuit, & ob id illi in omni sacrificio perpetua præfatio præmittitur, farque illi ac vinū primò prælibatur. Vxor
B illi fuit Vesta quæ prima sacrorum regina sempiternū sacrificiorū ignem virginibus credidit. Bella tunc non ignota modo, sed ne cogitata quidem in mentem venerant. Ad pudorem & sanctimoniam domorum,
C primus valuas, seras & claues excogitauit & inuenit, & ab eo dictæ Ianuæ. Olympo regio Etrurię, fanoq; sacrato, duodenis coloniis totidem pomœria arasq; sacrauit, & ad continendum recentes tum colonias in
D officio aureo, virgas fascesq; singulis singulas dedit. Vnde ipse in manu virgā & clauē, subque pedibus bis senas aras habet. Circa finē aurei seculi, primus omniū Ninus rex Assyriorū hos aureos mores noua regnādi
E cupiditate mutauit, & primus limites trāsgressus, bella finitimis mouit, & totius Asię populos perdomuit, sub quo Cameses præfectus fuit Aboriginibus. Et paulò post frementibus vndiq; cōtra se armis, toto prius
F pererrato orbe Saturnus ad Ianū se cōtulit. Eum comi hospitio Ianus receptū, Latio & Aboriginibus prefecit. Et more, quāuis tūc finientis aurei seculi, intra fines suos sese

quisq; continuit, Ianus in Etruria & Saturnus in Latio, Tyberimq; fines imperij esse instituit. Intra enim suã cuiq; patriã tũc de more regnũ finiebatur. Limes igitur erat inter eos Tyberis, aræ verò limitum erant Ianiculũ & Saturnia Capitolina. Etruriã à Ianiculo Ianus, Latiũ à Saturno Saturnus cognominauit. Ad radices enim Capitolij Saturnus condiderat, vt Ianus Ianiculum. Hæc igitur fuit prima Romæ origo ad radices Capitolij, vbi tũc pascua bobus erãt.

Quia ex his fermè pendent omniũ antiquitates & origines, quibus aureo seculo natæ sunt gentes humanæ ante arma & Iouẽ Ninum: qui Saturnum Cassiũ pepulit in Latium, vt in superioribus vtcunque vidimus, idcirco plura sunt notanda. Primùm, quòd post diluuium primum antequam bella Ninus & tyrannidem inchoaret: mira simplicitate & innocentia viuebant homines, & si quidam etiam insolescerent. Sed mox deprimebantur, quia dij atque numina regebant orbẽ, id est, iusti principes, quorum arbitria, quia errare non poterant pro legibus habebantur, vt authores sunt Trog. & Iust. in j. lib. Verũ quia Fabius multa dicit, quæ ab alijs subobscurè dicuntur, idcirco quæ alij dicant audiamus. Primò quòd ante Ninũ fuit primus ortus generis humani, & aurea ætas. Quòd enim longè ante Ninũ mũdus iam creuerit à primo ortu,

est

A est argumento, quòd innumeras gentes iam ipse subegit, & ante illũ innumeri homines iam orti fuerant, quos debellavit antequam illũ præcesserunt eius pater, auus, proauus, abauus, & atauus, reges, vt Beros. Xenophon atq; alij tradunt.
B Quòd verò in tali primo ortu fuerit aurea ætas omnes tradunt, siue Ogyges fuerit post diluuiũ, siue alius, vt Ouid. in j. Metamor. tradit, dicẽs de principio ortus generis humani. Siue recens tellus, seductaq; nuper ab alto Aethere cognati
C retinebat semina Cœli. Quam satus Iapeto commixtam fluminis vndis Finxit in effigiem moderantum cuncta deorũ. Aurea prima sata est ætas, quæ vindice nullo, Spõte sua, sine lege fidem rectũq; colebat. Pœna metusq; aberant, nec verD ba minantia fixo Aere ligabantur, nec supplex turba timebat Iudicis ora sui sed erant sine iudice tuti. Nondum cæsa suis peregrinum vt viseret orbem Montibus in liquidas pinus descenderat vndas, Nullaq; mortales præter sua littoE ra norant. Nondum præcipites cingebant oppida fossæ. Non tuba directi, nõ æris cornua flexi, Non galeæ nõ ensis erat, sine militis vsu Mollia securæ peragebant otia gentes, Ipsa quoque immunis, rastroq; intacta, nec vllis Saucia vulneF ribus, per se dabat omnia tellus. Durauit hæc pacifica & aurea ætas teste Trogo vsque ad Ninum, qui primus aureũ seculum gentibus sustulit, & arma finitimis atq; remotissimis primus

intulit. Quod eius abbreuiator Iustinus in primo Epitomatum breuibus absoluens. Principio, inquit rerum gentium,& nationum imperium penes reges erat,quos ad fastigium huius dignitatis non ambitio popularis ,sed spectata inter bonos moderatio prouehebat. Populus nullis legibus tenebatur,quia iustorum principum arbitria pro legibus erant. Fines imperij tueri, magis quàm proferre mos erat. Intra suam cuique patriam ,regna finiebantur. Primus omnium Ninus rex Assyriorum, gentibus quasi auitum morem,noua imperij cupiditate mutauit , & finitimis bella intulit,& rudes adhuc ad resistendum populos, facilè terminos vsque Libyæ perdomuit. Itaque probatum est quod Sempronius & alij scribunt hac argumentatione. Primus ortus humani generis, & innumera gentium multitudo fuit ante Ninum. Ergo aurea ætas fuit ante Ninum,quia in primo ortu generis humani sata est aurea ætas. Item qui primus bella & turbas ciuit post aureum seculum ,fuit Ninus. Quare finita est aurea ætas, & cœpit argentea, fugato Saturno in inferna tartara, id est, ad infernũ mare Tuscum ad Ianum. Quod mysticè Ouidius in primo Metamorphoseos lepidéq; describens ait. Postquam Saturno tenebrosa in tartara misso. Sub Ioue mundus erat, subiitq; argentea proles,Auro deterior, & reliqua. Quòd vero aurea ætas durauerit annis vno

minus

A minus ducentis & quinquaginta, vtique Græci non potuerũt à suis rescire, quia primus qui Græcos scriptores assequutus est, fuit Ninus, vt ait Diodorus in quarto libro. Et vt in primo fatetur, nondum illis compertum erat, qui primi in
B orbe reges, sed à Barbaris didicerunt, qui se primos scriptores & indagatores rerum vtilium asserunt, & multorum temporum memoriam apud se seruari affirmant. Vnde & Xenophon quem producit hic in testem Fabius vtitur te-
C stimonio inscriptionis Babylonicæ, & Archilochus testimonio Maseæ Phœnicis, vt in commentariis eius videbimus, & Cato in proœmio de originibus similiter. Hi omnes consentientes etiam Beroso in quinto antiquitatum,
D affirmant à diluuio primo vsque ad Ninum fuisse annos nouem & quadraginta supra ducentos. Quare aurea ætas durauit ante Ninum non minus annis supradictis. Quòd verò Ianus floruerit sub initium eius ætatis, ipse Ianus in
E primo de Fastis asserit, dicens:

Tunc ego regnabam, patiens cum terra deorum
Esset, & humanis numina mixta locis.
Nondum iustitiam facinus mortale fugarat,
Vltima de superis illa reliquit humum.
F *Proq; metu populum, sine vi, pudor ipse regebat.*
Nullus erat iustis reddere iura labor.
Nil mihi cum bello, postes, pacemq; tuebar,
Et clauem ostendens, hæc (ait) armagero.

Ergo Ianus fuit sub initium aurei seculi, quoniam longè post eum fuerunt Cameses & Saturnus reguli, circa finem potissimè Saturnus, quia clarè omnes scribunt, ideo venisse in Italiã, quia iam cõtra eum Iuppiter sub quo cœpit argentea proles, mouerat. Quod verò ait Ianum inuenisse primum far & vinum magis ad sacrificia quàm esum, non negat quin etiam præbuerit ad esum & potum sobrium. Et id videtur significare Ouidius in primo de Fastis, & Acron & alij. Cur hæc offerantur soli Iano? Quia, inquiunt, significãt parsimoniam & rudem victum illius ætatis. Et in Satyra, Atticus eximie, Iuuenalis dicit: Ponebãt igitur Thusco farrata catino. Omnia nunc quibus inuideas, si liuidulus sis. Porrò quòd aras, ritus & templa primus Italos docuerit, & ob id perpetuã præfationem & libamen ante alia sacrificia deorum promeruerit, vtique Xenophon tradit, vt asserit Macrobius in primo Saturnalium, Ouidius quoque adiicit in primo de Fastis aliam rationem, quia est Deus introituũ & ianua. Et ideo nõ potest adiri ad aliorum deorum sacrificia, nisi per ipsum. Quod si quæris, cur ipse sit omnium ianua? Respondent omnes, quia est pater omnium deorum & hominum, vt ait Berosus in secundo Antiquitatum. Et Iuuenalis in Satyra, Credo pudicitiam. Dic (inquit) mihi nunc quæso, dic antiquissime diuũm? Respõdes his Iane pater. Et Propert. in Elegia

A B C D E F

A gia ad Vertumnũ, qui est idem quod Ianus, vt posterius suis locis videbitur inducit Vertumnũ sese appellantem patrem diuûm. Nam cœlum asseritur pater omniũ deorũ, & Ianus est cœlum, vt Berosus docet, & Ouidius scribit primo de Fa
B stis. Et ob id, teste Macrobio in primo Saturna. & Seruio super Aeneida, Ianus apud Tuscos erat quadrifrõs ob quatuor partes cœli, causantes quatuor partes anni, hyemem, ver, æstatem, autumnũ. Et Cicero Ianum dixit dictum, quasi
C Eanum, quòd eat & vertatur cœlum & annus. Hinc Ianus, Eanus, Vertumnus eadem sunt. Ex his patet, Saturnũ qui venit ad Ianum nõ fuisse Græculum illum Cretensem antiquissimũ Apteram. Cui argumento sunt multa. Primò quidem
D tempus, quoniam Saturnus qui ad Ianum venit, fuit aureo seculo, tempestate Nini, quum adhuc homines viuerent victu rudi, vt Iginus ait & Macrobius refert, & homines rudi truncо cauaq; arbore atque tugurio vterentur: &
E nondum compositos hic Saturnus (quia iustus erat) lege composuit, vt ornato carmine Vergilius in octauo Aeneidos descripsit, dicens de ipsis Aboriginibus Latij:

Hæc nemora indigenæ Fauni, nymphæq; tene-
F bant,
Gensq; virûm truncis, & duro robore nata.
Quîs neque mos, neque cultus erat, nec iungere tauros,

Aut componere opes norant, nec parcere parto. A
Sed rami, atque asper victu venatus alebat.
Primus ab æthereo venit Saturnus olympo,
Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis.
Is genus indocile, & dispersum montibus altis,
Composuit, legesq; dedit, Latiumq; vocari B
Maluit, his quoniam tutus latuisset in oris.
Aureaq; (vt perhibent) illo sub rege fuêre
Secula, sic populos tranquilla in pace regebat.

Cæterùm Apteras fuit domesticato orbe, & C
ætate ferrea, post Ninum quingentis annis &
amplius, videlicet interfecto Iasio à fratre Dar-
dano, & ante conditam Dardaniam paulomi-
nus triginta annis, vt Græci confitentur, & Eu-
sebius notat. Quinetiã iniustissimus & ferreus
Apteras atque impiissimus, patri testes eruit, D
filios occidit, Titanibus nepotibus ac fratri bel-
lum intulit, & totum Cretæ regnũ perturbauit.
Rursus Saturnus, qui ad Ianum venit, denomi-
natam Italiam à se Saturniam mortuus reli-
quit, vt Macrobius in primo Saturnaliũ dicit. E
Porrò iam cessauerat ætate Apteræ nomen Sa-
turnia, & dicebatur Italia, vt Beros. indicat, &
tempus probat, quia vt diximus, minus triginta
annis, ante fugam Dardani & conditã Dar-
daniã floruit scelestus & ferreus, nõ aureus Sa- F
turnus Apteras. Porrò antea regnauerat Iasius,
& ante Iasiũ pater eius Coritus gener Itali At-
lantis ex filia Electra, matre Iasij, & ante Cori-

tum

A tum Morges cognatus Coriti ex Electra sorore, & ante filium Morgetem regnauit Italus Atlas, à quo Italia, & ante Italum Apis, à quo Apenina & taurina dicta fuit, & antè Apim siue Taurum dicta erat Saturnia, vt su-
B per Berosum inexpugnabiliter comprobatur. Non fuit igitur Græculus Apteras, ille Saturnus aureus, collega Iani aurei, à quo Italia quondam Saturnia dicta fuit. Quis verò hic Saturnus fuerit, & vnde, aut qua ratione fugatus, &
C à quo Ioue, & quando, & quo pacto cõtinuerit Aborigines, in aliis commentariis, præcipuè Berosianis demonstratur. Nec te moueat, quòd Vergilius dicat eũ venisse ab Olympo æthereo, quia non in Creta solùm, sed etiam in Peloponesso &
D Asia & Aegypto inueniuntur montes dicti Olympi, quinetiam & in qualibet regione mons altior dicitur Olympus, quales sunt montes Caspij, à quibus ad Ianum venit pius & iustus & Saga Saturnus. Præcellunt enim altitudine cẽs
E montes, etiã in ipsa Scythia, quæ est altior pars orbis, vt omnes Geographi cum experientia concedunt. Et ideo Mythici dicunt, quòd Iuppiter Saturnũ in tartara & inferos misit, quia ab suprema parte orbis ad inferiorẽ, inferumq; vocatũ
F mare fugauit, iã inclinãte in vitia aureo seculo. Quod verò Fabius dicit, quoniã ante Ninũ nulla extitit vniuersalis monarchia, quia intra limites patriæ suæ quisq; regebat, vt Saturnus in

Latio

Latio, & Ianus in Ianicula Etruria, id argu- A
mentũ facit, quare ante Ninũ nõ inchoauit ſua
tẽpora Euſebius, ſed à Nino, & quidẽ nõ à prin-
cipio Nini, ſed à XLIII. eius anno. Ratio vna eſt,
quia vſq; ad XLIII. annũ nõ explicuit acies, ſed
ſolùm aſſuefaciebat militem ad incognitã mili- B
tiam & inuſitatum exercitium, vt Diod. Sicu-
lus in iij. lib. inſinuat. Nouem enim vltimis an-
nis bella intulit, & totam Aſiam vſque termi-
nos Lybiæ domuit, Si enim magnus Alexander
xij. ſolum annis, eam Aſiam & Aegyptum, C
iam toto orbe armato, & ad alios inuadendum
nedum ad reſiſtendum potentiſſimo ſubegit, ni-
hil mirum ſi, vt ait Trogus & Iuſtinus, tam
breui tempore Ninus rudes adhuc ad reſiſten-
dum populos & inermes, terminos vſque Libyæ D
perdomuit. Eſt item argumento, quòd nouiſſi-
mis annis cœperit vitiare aureum ſeculum, quia
primum finitimis bella intulit, vti omnes conce-
dunt. Bactrij autem, quibus imperabat Saga
Saturnus, teſte Beroſo, vtique ſunt finitimi Aſ- E
ſyriis. Quare principio eos aggreſſus eſt. Cæte-
rùm dum hos debellaret, venit ad eum Semira-
mis Aſcalonitis, ex eaq; filium Niniaden ſuſtu-
lit, & infantulum moriens Ninus reliquit, pro
quo Semiramis regnauit, vt Diodo. in iij. libr. F
ſcribit, & alij conſentiunt. Quare circa finem
ſui imperij vitiare cœpit aureum ſeculum. Quod
verò ait Ianum ſuſcepiſſe Saturnum in dextro
latere

A latere Tyberis,& in læuo Etruriaq; Ianum consedisse,sciendum est, quòd dextrum & læuum Tyberis,dupliciter accipitur, vel eundo ab vrbe ad Ostia,vel ab Ostiis ad vrbem. Primo modo rate nauiganti Tyberim, Latium est à sini-
B stris, & Etruria à dextris. Econtrà verò ab Ostiis nauiganti ad vrbem, à dextris est solum terraq; Latij, & ad læuam solum Etruriæ. Et ita hic loquitur Fabius habendo rationem ad aduentum Saturni ab Ostiis in Capitolium,vbi
C Ianus illum visitans præfecit Aboriginibus,& Saturniam Latium dici voluit, sicut Etruriam Ianiculam. Et hoc itinere ab Ostiis vsus est etiã Ouidius,qui in primo de Fastis inducit Ianum ita de receptione & aduentu Saturni dicentẽ:
D Caussa ratis supereſt, Thuscum rate venit in amnem
Primus oberrato falcifer orbe Deus:
Hac ego Saturnum (memini) tellure recepi.
Cœlitibus regnis à Ioue pulsus erat.
E At bona posteritas puppim formauit in ære,
Hospitis aduentum testificata Dei.
Inde diu genti mansit Saturnia nomen,
Et dicta est Latium terra,volente Deo.
Et paulo pòst.
F Ipse solum colui,cuius placidissima læuum
Radit arenosi Tybridis vnda latus.
Ara mea est colli,quem vulgus nomine nostro.
Nuncupat hæc ætas,Ianiculumq; vocat.

Aram

Aram ergo Ianiculam Etruſcam, læuo Tybe- A
ris lateri hærentem vocat, quia pro ſacro limite
atque fine imperij ſui Tyberim poſuit. Qui li-
mes communi impenſa factus & ſacratus eſt,
vt idem Ouidius in ſecundo de faſtis ad ſacrum
limitem loquens dicit: B

Te duo, diuerſa domini de parte coronant,
Binaq; ſerta tibi, binaq; liba ſerunt.
Ara fit, hic ignem curta fert ruſtica teſta, &c.
Spargitur & cæſo communis terminus agno.

Ergo Ianiculum & oppidum dicitur, quia C
ibi poſuit Ianus Ianiculas colonias, & Ara quo-
que, quia ibi pro ſacro limite inter ſe & Came-
ſem atque Saturnum facta eſt Ara, & cæſo
agno, pro communi termino ſparſus eſt Tyberis.
Saturnia verò ad radices Capitolij, non ara, ſed D
vrbs dicitur in octauo Aeneidos, à Vergil. di-
cente:

Hæc duo præterea diſiectis oppida muris,
Reliquias veterumq; vides monumenta virorũ.
Hanc Ianus pater, hanc Saturnus cõdidit vrbẽ, E
Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.

Neque diſiectis oppida muris, aut ſeorſum
propria impenſa ſingulum ſingulam vrbem con
didiſſe ſignificare voluit Vergilius, vt eum Ma-
crobius incuſat in primo Saturnalium, ſed ſo- F
lùm ſignificat diſiecta fuiſſe limite ſacro, quia
ea ætate cuique regi intra ſuam patriam finie-
batur regnũ, vt hoc loci Fabius & Trogus atq;

Iuſtin

A Iustinus in primo Epitomatum significant. Itẽ ædificata cõmuni impensa vrbe, singulo regi tribuebatur, vt Saturnia Saturno, à qua Latium Saturnia: & Ianiculum Iano, à quo Etruria Ianicula primum nomen habuit, vt hoc loco docet
B Fabius. Vnde is eam condidisse dicitur, cuius nomen personabat, sed non propria impensa, quibus peculium & patrimonium aureo illo seculo erat commune, vt tam ipse Macrobius & Vergilius, quàm Trogus atque Iustinus vltimo
C Epitomatum scribunt, & alij consentiunt. Ad hoc commune peculium & aureum seculum Euangelia reducunt homines: & nulla lex alia, sicut copiosé ostendimus in commentariis super Euangelia, Epistolas, & Acta Apostolorum.
D De Vesta verò & fascibus, & XII. aris & pomœriis Iani, super fragmenta Catonis diximus, nunc de primo instituto Fabij, de origine vrbis Romæ, aureo seculo sub Saturno & Iano dicendum est. Varro in primo de lingua Latina
E sic dicit: Capitolium dictum à capite humano ibi inuento, & Tarpeius collis antea à Tarpeia virgine Vestali dicebatur, ibi scutis Sabinorum obruta & sepulta. Verùm prius Saturnia dicebatur, & ab eo latè Saturnia terra. Quod & Iu-
F no in sexto de Fastis ab Ouidio introducta fatetur dicens:

Si genus aspicitur, Saturnũ ego prima parentẽ
Feci, Saturno sors ego prima fui.

A patr

A patre dicta meo quondã Saturnia Roma est, A
Iunctaq; Tarpeio sunt mea templa Ioui.

Plinius quoque in sexto capitulo tertij libri naturalis historiæ distinguens vtramque originem, Latij videlicet & Etruriæ, Saturnia, inquit, est vbi nunc Roma, Antipolis verò vbi Ianiculum in parte Romæ, non tamen eadem, sicut paulò suprà dixit. Volturreni, cognomine Etrusci, in eadem parte Volsinienses. Hæc igitur prima Romæ origo. B

DE SECVNDA PARTE C
PRIMI BELLI.

IAm Fabius Pictor explanauit ad integrum ea in quibus omnes cõueniunt de origine antiquissima vrbis Romæ in primo ortu generis humani, quo sata est aurea ætas sub Iano & Saturno: Nunc depingit atque describit, qualis erat regio septicollis antequam inhabitaretur, Sed pascua bobus erat. Ad cuius intellectum descripsi in plano totum quod scribit Fabius, E vt melius noui. Non enim profiteor artem pictoriã. Qui magis assuetus est Romæ, atque melius intelligit Fabium, ipse emendet sicubi in pingendo erraui. Describens ergo agrum septicollem Roma- F num tempore Saturni inhabitatum, qualis ei facies, vultus, atq; dispositio esset, hæc dicit. D

Facies

A FAcies tunc agri huius instar arcus erat, cuius chorda esset alueus Tyberis. Cornua, ad solis quidem ortum rupes Auentina, & ad occasum Capitolina, media Palatina. Eadem Palatina rupes Tyberim
B à fronte prospicit, à sinistris Cælio, à dextris Exquilino iungitur. Auentinus item à fronte Tyberim & Capenam tenet, ad dextram Cæliolo ac Viminali hæret. Capitolium ante se Tyberim & portam Ca men
C talem cernit, hæret illi Quirinalis. Has rupes antiqui septem colles & septem montes appellauerunt. Area huius arcus est quicquid campi iacet inter Auentinum & Capitolium, & à Palatio ad Tyberim Li-
D byssus antea, inde Argeus, post vicus Thuscus dicitur. Paludes plures eo passim Tyberina inundatio efficiebat, quæ hanc areã non satis idoneam habitationi reddebant, ante quàm factis Vertumno sacrificiis in
E alueum suum Tyberis verteretur. Prima igitur origo Romæ fuit, collis Capitolinus, antea Saturnia dictus. Sequens hunc Auentinus fuit habitatus ab Atlante Italo, è Sicilia aduecto eo contra fratrem suũ
F Hesperum, in cuius tutela erat Etruriæ imperiũ adhuc Iano puero, & immaturo ad munera regia & regni. Porrò Italus dimicare à Iano & Etruscis prohibitus, in Auen

tino conſedit, ad cuius radices iuxta Ty- A
berim ope atque conſilio Iani Capenam
oppidulum condidit,& regionem eius per-
miſſu Italiam dixit. Mox Heſpero fra-
tre rebus humanis exempto, Italus in tu-
telam Ianum & Etruriam ſuſcipiens, o- B
mnem circa Tyberim regionem, extin-
ctis vltro citróque aliis cognominibus, à ſe
Italiam nuncupauit. Hæc eſt priſca Italia,
cuius nomen ſenſim ab alpium radicibus
ad frerum Siculum, ac ipſi Siciliæ com- C
municatum eſt. Denominare enim aut
imponere gentibus & locis noua nomina,
tantum regum ducúmque ius eſt. Suſcepto
igitur Italus Italiæ imperio, tum filiam
ſuam Romam nomine, Siculis & Abori- D
ginibus in Latio præfecit. Quæ relicta Ca-
pena medium Palatinum tenuit, & in ver-
tice vbi hæret Exquilino, Romam oppi-
dulum condidit, quod Valentiam ſonat.
Poſt eius obitum ob paludes neglectum E
oppidum fuit vſque ad aduentum Euan-
dri, qui cum oppido ſimul reſtituit nomẽ.
Subſidens ſeptem collibus, campus Ar-
geus dictus eſt ab Argo Euandri hoſpite,&
comitibus Argiui Herculis, qui ad Euan- E
drum venerunt, & in Saturnia ſubfederũt.
Hinc extrema Argileta dicuntur. Supe-
rior Argiletus dicitur in principio vici Tu-

ſci

A sci sub Cæliolo inter circum maximum & Auentinum, vbi lethum Argi simul & sepulchrum est. Imus verò Argiletus est, vbi Ianus quadrifrons, qui & Vertumnus, in fine vici Thusci ad radices Capitolij in foro
B boario vbi Saturniæ vestigia. Tres igitur colles primùm coluere ante Romulum, medium quidem Roma filia Itali, extremos verò Saturnus & Italus.

Vides itaque Tyberim veluti chordam ar-
C *cus. Cernis septem rupes, quas antiquiorum alij montes, alij colles vocauerunt. Aspice eos instar arcus tensi sibi mutuo succedere. Cornua vides duo, ab occasu quidem rupem Tarpeiam siue Capitolinam, vti principio fuit Saturnia, & à*
D *qua latè Saturnia dicta est terra, vt ait Varro in primo de lingua Latina. Ab ortu verò solis Auentinam rupem, vbi Italus Capenam condidit, à qua primùm porta Capena, quæ postea Ostiensis, quia ad vrbem ducit Ostiam, nunc*
E *sancti Pauli dicitur, quia ducit ad eius sacrum locum. Iuuenalis autem noster Aquinas in Satyra dixit: Madidamq; Capenam, ob proximũ illi Tyberim atque vdas tum paludes, vt paulò pòst exponemus. Vides item in medio arcus Pala*
F *tinum omnibus maiorem collem, & ideo antonomasticè dictus est tã ab antiquis quàm iuniori-bus Palatium maius, scilicet aliis sex collibus, tametsi quidã in hoc aberrẽt, vt existimo, & alibi*

aperui. De his collibus prius, postea de Tyberi, A
postremò de tota area, origines & tempora exponenda occurrunt. Vt autem Fabius significat, & Varro in primo de lingua Latina exprimit, tribus præcipuè nominibus Capitolium cognominatum est, scilicet Capitolium dictum est B
ab humano capite ibi inuento, dum foderentur in cacumine rupis fundamenta templi Iouis à Tarquinio superbo, qui vltimus à Romulo rex fuit. Alio nomine sub Romulo dicebatur rupes Tarpeia, à virgine Vestali ibi occisa & sepul- C
ta, dum Romulus Sabinum bellum gereret. Prisco verò nomine dicebatur Saturnius mons, à Saturnia in cliuo montis condita. Et vt ait Varro, tempore suo, tria vestigia & argumenta manebant, quòd Saturni Fanum in faucibus, D
quòd Saturnia porta, quam Iunius scribit, ibi: Quam tunc vocabant Pandanam, & quòd post ædem Saturni in ædificiorum legibus priuatis pariete, postici muri sunt scripti. Hic mons, vt hoc loci Fabius dicit, à fronte habet Tyberim & E
portam Carmentalem. Carmentalis porta erat, vbi pons Carmentalis, quo trecenti Fabij contra Veientes transeuntes Tyberim, relinquebant Ianiculum ad dexteram, vt patet in Liuio. Qua re ab hac porta transmisso Tyberi & Ianiculi F
radicibus, per planitiem sub Ianiculi dextro illis, perrexerunt contra Veientes, cognomine Larthenianos, vt Antonius dicit in Itinerario: aut

Enetan

A Enetanos, vt Plutarchus aut Enianos, vt alij dicunt. Quin reliquerunt etiam à dextris Ianum sub Capitolio quadrifrontem, vt patet in figura discedendo à Romano foro ad Carmentalem transitum, dicente Ouidio in Fastis:

B Carmentis portæ dextro est via proxima Iano,
Ire per hanc noli quisquis es, omen habet.
Illa fama refert Fabios exisse trecentos.
Porta vacat culpa, sed tamen omen habet.

Ex his patent errores, quorum primus est, quia C scribunt Carmentalem portam fuisse veteris Romæ à Romulo conditæ. Patens vtique error est, quia Roma condita à Romulo solam rupem Palatinam cingebat, vt omnes fatentur. Quare Carmentalis non erat porta Romæ veteris, quia D circa Thyberim erat, dextro illi Iano venienti à palatio. Secundus error est, quia existimant quidam Veientes Enianos esse circa Tyberim qui est xiij. milibus passuum à Fidenis ad Vaticanum & Ianiculum, vt videtur significare Pli E nius in iij. nat. hist. ca. vj. Verùm Plinius non dicit ibi quantum spatij tenuerint Veientes per Tyberim, sed quoto Tyberis spatio Veiens ager à Latio disterminabatur. Nam idem Plinius à Ianiculo vsque in Phalarim fuisse agrum Veientem F asserit in secundo nat. hist. ca. XCVIII. dicens: In sylua Cyminia, & ad aras Mutias in Veiente, infixa terræ, euelli non possunt. Est autem oppidum aræ Mutiæ, quod rustici Aremuza

vocant, non procul Phalerio & Fescennio, nunc A
ciuitas Castellana. Quare multò amplius tre-
decim milibus passuum diffundebatur Veiens
ager. Imò etiam Cyminia iuga quæ sunt limites
Etruriæ vrbis, attingebant, dicente Liuio in j.
ab vrbe condita. Erat, inquit, Sabinis vicina B
Etruria, & proximi Etruriæ Veientes. Tertius
error est, quia quidam asserunt Ciuitam Castel-
lanam esse vrbem Veientem, quod falsum esse
probant via, & spatium, & cognomen. Via qui-
dem, quia Fabij sub Ianiculo versus lacum Sa- C
batium, non versus Tyberim Ciuitæ Castellanæ,
contra vrbem Veientem iuerunt. Rursus spatio
distat Veiens ab vrbe Roma minus viginti mi-
libus passuũ, vt significauit Appius, & Liuius
refert in v. ab vrbe condita. Quantum autem D
minus sit, Dionysius Halic. exprimit, qui Romæ
diu moratus multa didicit. Is in ij. lib. tradit, à
loco vbi Tyberis mari mergitur. vsque Romam
esse spatium centum & viginti stadiorum. Et
rursus in eodem libro dicit Veientem vrbem esse E
in colle munito tantæ quãtitatis quantã Athenæ
habẽt, & c. fermè stadiis distare ab vrbe Roma.
In eodem dicit Romulũ in Palatino colle qua-
dratam fecisse vrbem tantæ quantitatis, quantã
habent Athenæ. Ex quo patet non magnas vr- F
bes fuisse Veientum Athenas, & priscam Romã
quæ solum Palatinum collem tenebat. Verùm ea
ætate pergrandes existimabãtur respectu alia-

rum

A rum, quia teste eodem Dionysio Halic. in 1. lib. mos condendarũ vrbium fuit antiquis, eas fundare non magnas sed locis munitas & crebras. Igitur quoniam stadium est octaua pars miliarij, vt Ptolemæus & alij concedunt, consequens
B necessariò est, vt non vulgari mensura, sed communi & probata ab mari Ostiensi ad vrbẽ sint XV. miliaria, & ab vrbe per dextrum euntibus Ianiculum vsque Veientem vrbem sint circiter XII. Hoc itinere si procedimus versus Sabatios
C inuenimus fermè duodecim milibus passuum distantem Larthenianũ in colle munito, quod vulgus mutata prima litera dicunt Marthenianũ. Non est igitur vel via vel spatio definito Veiens vrbs & Ciuita Castellana eadem. Tertio patet
D ex cognomine. Nam licet Phalarim & Phescenium prius fuerint vrbes habitatæ à Siculis & Etruscis, tamen eas postea cum Enos vrbẽ Pelasgorum Eniani Pelasgi inhabitauerunt, vt significat Dionysius Halic. in primo libr. Porrò
E pulsis Pelasgis Enianis siue Enotanis Thusci soli coluerunt & cognomina Etrusca adiecerunt. Phesce, id est, arces simul & acies, & Larth, id est, princeps omnium, vt in Etrusca historia probauimus, quam septem & sexaginta
F Epitomatum libris iam absoluimus, à Iano vsque ad nostram ætatem. Quare Larthenianum est princeps & Metropolis Eniana, cognomine Veiens à progenitoribus Veiis Etru-

scis, & Phescenium est id quod arces Eniæ, & A
à Vergilio dictæ arces & acies Soractinæ &
Phescenine. Vulgò Castellanæ, quia arx castel-
lum vulgò dicitur. Hinc & illis acierum suarũ
est insigne eques armatus. Igitur hactenus de
itinere à Romano foro in Veientes per portam B
Carmentalem, quæ ad Capitolium & initia vi-
ci Thusci sub Capitolio magis spectat quàm ad
Romam Palatinam. De Auentino dicendum
est postea, vnde dicatur Auentinus. Nunc quo
pacto secundus post Capitolium locus fuerit ha- C
bitatus, est explanandum. Teste Igino cui con-
cordat Berosus, Atlanti Italo à quo Italia di-
cta est, frater fuit Hesperus rex Hispaniæ, inter
quos Bello orto ob regnandi cupiditatem supe-
rior fuit Atlas Italus, qui pulso Hespero in Ita- D
liam, regnauit in Hispania atque Sicilia. He-
sperus in Italia ad Thuscos se conferens, tutor
regni factus est, Iano tum infante, vt hic innuit
Fabius. Sed nota vnum fuisse Ianum priscum,
plures verò posteriores, quorum hic fuit vnus E
cui nomen Camboblascon, & cognomentum
fuit Coritus, socer Atlantis Itali, vt in quinto
antiquitatum Berosus prodit. Ab hoc Hespero
Italia & Hispania Hesperiæ dictæ sunt, quia
vtrobique regnauit, vt Iginus scribit, & Ser- F
uius super Aeneida refert. Græci quibus prauũ
ingenium semper fuit ad obscurandos aliorum
splendores antiquos, audent mentiri, & dicere

Ita

A Italiam & Hispaniam dici Hesperias à sydere, qui eo nauigant ab Italia in Hispaniam. Ergo & Gallia erit Hesperia, quia eodem sydere nauigant ab Italia in Gallias. Ita dum voluerunt inducere Italicæ antiquitati caliginem, se omni-
B no Dialecticam, & historias, & Geographiam ignorare ostenderunt. Verùm paulò ante obitum Hesperi Italus ab Hispania in Siciliam, & à Sicilia in Italiam, contra fratrem dimicaturus concessit in Latium vbi Etrusci cum Iano
C puero obuiantes, prohibuerunt Italum cum fratre arma conferre, permiserunt tamen & opem cum consilio adiecerunt, vt è regione Saturniæ, collem Auentinum teneret, & condito oppido Capena, etiam agrum eius à se Italiam diceret,
D vt hoc loci asserit Fabius, quem plures sequuntur. Tortellius verò noster in litera Roma ait, hoc dictum etiam Solinum secutum. Ergo mox mortuo Hespero, tutor Iani qui & Coriti successit Italus in Vetulonia, vt in v. antiquit.
E Berosus tradit, in qua etiam argumenta, patriæ & genitura Pleiadum Italicarum, loca nominibus earum, & matris Pleiadis dicata. & patris Atlantis nomina, cognomina, exaltationis eius locus, tituli ad sempiternam memoriam, &
F eiusmodi multa. Quod verò ait circa Tyberim vltro citroq; mox suscepto regno à se nominasse Italiam extinctis aliis cognominibus, videlicet Ianicula, Saturnia, Apenina, siue Taurina, Ca-

meſena, Heſperia, vt idem inſinuat Seruius ſuper Aene. dicens: Italus rex à Sicilia cum Siculis in Italiam venit, & loca circa Tyberim tenuit, & à ſe Italiam nominauit. Argumento huic antiquitati manere aiunt tam ipſe Seruius quàm Dionyſius Halicarnaſ. in 1. lib. quia circa Tybur loca dicta Sicilienſia ſunt, & in Etruria circa Tyberim ſunt vrbes Phalaris & Phescenium, quas prius inhabitauerunt Siculi, & circa Ardeam Latij, ſunt fines dicti Sicani, & in Etruria vallis Sicania, & monumenta Atlantis Itali, & Pleiadum, quæ in Beroſianis commentariis explicatæ ſunt. Nunc de area huius Arcus dicendum. Primo dictus eſt campus Libyſſus teſte Feſto, à Cerere fructifera, quæ ex Libya primũ fruges illo aduexit, à quo & campus Libyſſus, & ipſa Libyſſa dicta eſt. Ceres enim ipſa frugifera & legifera, Libyca & Aegyptia, ſoror Oſiridis, vt author eſt Diod. in 1. li. docuit in Italia, Attica, & Sicilia molere, & panes conficere, cũ antea glande veſcerentur, vt docet Plinius in vij. natural. hiſto. cap. vltimo. Primos autẽ panes obtulit in gratiam Iaſij regis in nuptiis Cybeles, vt authores tradunt, & Cybelaria marmora exciſa produnt. Et hoc ante Troiam conditam. Paulo verò ante Troianum excidiũ Euander Argo hoſpiti ſuo à ſociis occiſo ſepulchrũ fecit, à cuius leto primum Argiletũ ſuperiorẽ dixerunt, & non à ſomniata Argila,

de

A de quo Verg. in Aene. vij. Nec non & sacri mõstrat nemus Argileti, Testatúrque locum, & letum docet hospitis Argi. Rursus paulò pòst ad eundem Euandrũ venit cum Argonautis Hercules, qui in Saturnia hospitati sunt. Et ab his
B dicitur etiam Argeus campus, vt Varro in j. de lingua Latina, & nunc Fabius insinuat. Et dicitur Argiletus imus à Seruio, & infimus à Liuio in primo ab vrbe condita: vt, inquit, animos feroces reuocaret Numa, ad infimũ Argi-
C letum, Ianum facit indicem belli & pacis. Et super vij. Aen. ibi: Sunt geminæ portæ belli, sic habet Seruius, id est, gemina Iani templa iuncta. Sacrarium (inquit) hoc Numa instituit circa imum Argiletum, iuxta Theatrum Marcelli
D in breuissimis duobus templis. Duobus inquam propter Ianũ bifrontem. Posteà verò captis Phaliscis vrbe Tusciæ, inuentũ est simulachrum Iani cum frontibus quatuor. Vnde quod Numa instituerat translatum est ad forum transitorium,
E & templum quatuor portarum ibi substitutum est. Hæc Seruius. Tertio dictus est campus vicus Tuscus, vt supra insinuauit. Contra hoc videtur quòd Dionysius Halicarnas. scribit de vico Tuscо dicens in quinto libro. Vicus Tuscus est con-
F uallis extensa fermè quatuor stadiis à Capitolio vsque ad palatium, à quo quidem est transitus in circum maximum Ergo non pertingit à Capitolio vsque ad Cæliolum & vltra.

Dic

Dicendum est quòd non bene vidit Halicarnasseus quod scribit Varro eo doctior, & Romanam regionem plenius edoctus. Is in primo de lingua Latina post Cælij Tusci obitum, Cælianos Tuscos tenuisse Cæliclum, & Tuscos Luceres subsidentem conuallem asserit. Eius verba sunt ad hanc sententiam. Post mortem Cælij Tusci, quia non suspicione carebant, iussi sunt in conuallem descendere, & ab eis dicitur vicus Tuscus, vbi est & templum Vertumni, qui est princeps deus Etruriæ. Et subdit: Cælianis verò quia suspicione carebant datus est Cæliolus coniunctus Cælio. Et ideo rectè Fabius dicit principiũ vici Tusci incipere sub Cæliolo versus Auẽtinum, & terminari ad radices Capitolij. De eo verò quod ait Romam filiam Itali principio Romam à se dictam cœpisse in Palatino colle, etiam Berosus in quinto, & Plutarchus in vita Romuli conscribunt. Porrò neglectum fuisse ob aërem palustralem, & dictum Valentiam, & ab Euandro restitutũ, & Solinus in collectaneis, & alij nonnulli consentiunt. Item vt ait hoc loco Fabius, inundatio Tyberis ante Romulum reddebat hunc campum minus idoneum ad habitandum. Quod patet, primo quia à palatio per subsidentem vallem disiungebatur vrbs ab Auentino, & per paludes nauigabatur, vt ait Varro, quippe quòd Germallia est pars veteris Romæ vbi expositi fuerunt Remus & Romulus

A B C D E F

A *lus, vt idem Varro & Dionysius, & hic Fabius refert. Erat & Curtius Lacus palus magna, in quem se armatus cum equo iniecit Curtius, siue Metius Sabinus is fuerit, siue alius siue vterque. De eo verò quod ait Ianum & Vertumnũ*
B *esse eundem, id consonat, & propria eorum epitheta & interpretationes demonstrant, de quibus loco suo dicturi sumus. Ianus enim vt Cicero ait, & Macrobius in primo Saturnalium significat, quasi Eanus ab eundo dicitur, quod eat*
C *& vertat cœlum & res omnes. Apud Ianum enim solùm est omne ius vertendi cardinis.*

Q. FABII PICTORIS LIBER SECVNDVS.

D

POstquam Fabius in superiore libello declarauit quòd ab Iano & aureo seculo vsq; ad Romulũ cœpti sunt habitari tres
E colles, à Saturno quidem Capitolinus, ab Italo Auentinus, & à filia eius Palatinus. Nunc in hoc libello edocet quo pacto palatium Romulus in vrbem quadratam cõuertit, & deinde quo pacto reliqui colles in-
F tra vrbem Romam computati fuerint, & demum de nominibus & locis eius. Primo ergo dicit quo pacto palatium Romulus in vrbem formauerit his verbis:

Deni

DEnique Romulus potitus rerũ Albanarum & vſus maxima familiaritate regũ Etruriæ,& rex primus ex regulis Italiæ creatus in Latio Romam oppidulũ in regiam tetrapolim vertit,inque Palatino colle fundauit. Aſcito enim ex Etruria vate atq; ſacerdote,Olympum fecit, pomœriúmque ſacrauit,& aratro ab Olympo in vico Thuſco per palatium circumducens ab imo collis ad verticem,quadratam vrbem ſignauit. In vertice collis hęrente Exquilino Romam oppidulum amplianit,& è regione loco proximo Cælio Velliam extruxit. Cæterùm in decliuo ad ima verſus circum maximum Germalliam fundauit, vbi iuſſu Amulij fuerant expoſiti. Hac enim antea labebatur Tyberis. Ab ea autem verſus Exquilias forum Romanum ædificauit. Et ita Romulus ex regulo primus rex à Thuſcis declaratus eſt. Quam rem per occaſionem acceptam Mithridates rex Aſiæ pro ignominia Romanis oppoſuit quòd vernæ fuiſſent Thuſcorum. Quarto autem menſe ab vrbe condita perpetratum eſt audax facinus in raptu Latinarum & Sabinarum. Primi ex Latinis bellum mouerunt in Romulum Ceninenſes, Antemnates autem & Cruſtumeni. Romulus auxilio implorato à

Thu

A Thuſcis,cum Cælio rege Etruriæ,primùm ex his triumphum retulit,& ob id quartus vrbis collis à Thuſcis habitari cœptus eſt, & Cælius dictus. Subinde Sabini bellum ingens orſi,coëgerunt Romulum denuo
B à Lucumonibus ſocios milites expetere. Galerito Lucumoni Arbeæ negotium datum eſt qui magna Etruſcorũ,exque vrbe Salpinatum manu venit. Qui quum offendiſſet Capitolium captum à Sabinis,ipſe
C proximũ Capitolio Quirinalem pro Romulo muniuit. Verùm quũ Romulus audax ſub Capitolio Sabinos aggreſſus,vulneratus fugeret,illúmque ad portam Palatinam ſequuti Sabini Roma potituri vide
D rentur,ilico Galeritus è Quirinali delapſus,viámque retrò in Capitolium pedem ferẽdi adimens,vbi nũc Ianus quadrifrons, à tergo Sabinos aggreſſus,vnde fabula eia culatæ aquæ ſulphureæ eſt,in fugã vertit.
E Animaduerſa re Romulus reintegratis viribus & ipſe à fronte cædebat, adeò vt Metius in paludem ſeſe cũ equo armatus iniiceret. Cædes ingens fiebat. Et ne vnus quidem euaſiſſet,ni fœminæ occurriſſent.
F Fœdere icto Romulus vrbis agrum diuiſit in partes tris, æquis collibus. Sabinis & Tatio Capitolium & Quirinalis, Romulo ſequentes Exquilinus & Palatinus

in

in quo Roma, Galerito & Luceribus Tu- A
scis Cælius & Cæliolus obuenerunt. Auentinum Romulus neminem passus est habitare. Nam fratri Rhemo illum sacrũ esse voluit vsque Helernam. Quúmque cõcessisset naturę Cælius, & Galeritus rex Etru- B
riæ succesisset, consensu tribuum, Cæliolus & ab eo tota arcus area septem collibus subiacens, Tuscis data, & sacrificio Iano Vertumno facto, egestí sque paludibus habitabilis reddita, & vicus Tuscus dicta. C
Tribus igitur gentibus conflata principio vrbs Roma habitata fuit. Nomina imposuit princeps Tuscus. Nam hi tunc Italiæ imminebant imperio. Tatienses à Tatio, Rumnenses à Rumulo vocauit. Hoc enim D
nomine illam ab euentu nũcupauit lingua Etrusca ex Etruria oriunda Larentia, & nupta prius viro Tusco Faustulo, & inde Etrusco Carrutio, suam verò tribum á se Lucerum dixit. Nam alia Trometina est à E
loco Cælij. Hæc origo vrbis Romæ solùm veteris sepcicollis cum arcus area habitatæ, nunc verò ab his collibus in alios colles & conualles in immensum prolatæ. Cæterùm nomina eiusdem veteris Romæ hæc F
sunt. Nomina collium. Capitolium, Quirinalis, Exquilinus, Palatinus, Cælius, Cæliolus, Rumurius, qui & Auentinus. Porrò

in

A in Area hæc nomina sunt. Libyssus, Circus maximus, Forum transitorium, Argiletus superior, Argiletus imus, Via sacra, Senatulum, Concordia, Græcostasis, Aedes Saturni, Vertũnus qui & Ianus quadrifrons,
B Forum boarium, Vicus longus, Vicus Arnienſis, Vicus stellatinus, Sabatinus Larthenianus qui & Veiens, Phaliscus. quorum cognomina à Tuscis sunt cõmigrantibus in ciuitatem Romanam. Item Her-
C culis ara, vbi Olympus, & initiũ sacri aratri iunctim à Germallia ad sacram viam, vnde & nominis origo. Forum piscarium, Porta Carmentalis, Aedes Pudicitiæ, rotunda Herculis, Forum vænalium, Lacus
D Curtius, Suburra, Suburbanum, Saturnia vbi nũc ædes eius atque ærarium. Hæc vbi Roma vetus. In parte Romæ sunt Etruria loca, Antipolis, Ianiculum, Vaticanum, & Tyberis, limes imperij Volturre-
E ni inter veteres Ianum & Saturnum, qui à principe illius vrbe Volturrena per syncopam dictus est Volturnus, & ob id Thuscus non Latinus. Quòd verò Volturnum sine syncopa & compositione primitiuum
F est nomen, notat fluuium in Samnio, & oppidum Romanum in littore, à quo Volturnus Deus Tyberinus in Latio, sicut & Volturna, vt caput imperij in Etruria.

Quamobrem deum Tyberinum suum di- A
cit esse Roma atque Etruria, eundem &
Ianum Vertumnum, & ab his dictum Va-
dimona.

Superius exposuimus quid sit Olympus & B
fossa, & quo pacto sacrabantur vrbes, & pomœ-
ria. Et quid sit tetrapolis siue quadriurbs &
vrbs quadrata, in commentariis Xenophontis.
Differentia verò inter regulum & regem erat
tunc, qualis nunc inter reges & duces, Vnde
omnis dux est regulus non tamen rex. In Italia C
verò reguli esse non poterant nisi essent Thusco-
rum vernæ ac nutriti in fano Volturnæ cum
Larthe atque Lucumonibus. Cui duo sunt præ-
cipua argumenta. Primum, quia Cacum lega-
tum Campani reguli, qui ducatum non verna D
Thuscorum inierat, in vincula coniecit Tarcon
rex Etruriæ, vt in collectaneis Solinus insinuat,
quòd per ignominiam id Romanis opposuisset
Mithridates, quòd Thuscorum vernæ fuissent,
vt hoc loco Fabius & Trogus cum Iustino sen- E
tiunt, libro trigesimooctauo Epitomatum. Vnde
& de politia instituta Mantuæ ad instar E-
truriæ dicitur in decimo Aeneid. Ipsa, inquit,
caput populis vires de sanguine Tusco. Quo loco
Seruius dicit & alij Vergilianistæ interpretes F
asserunt quòd vires appellat Lucumones, & re-
ctores & duces, quia totum robur erat ex Lucu-
monibus, in quorum numero vel præfectura non

admit

A admittebantur nisi de sanguine Tusco, in quo vernæ computantur, vnde in præfecturis Italiæ quia Thusci imperabant, non admittebãtur duces & reguli nisi vel Tusci vel vernæ Tuscorũ, quod pro improperio existimauit Mithridates
B obiiciendũ. Rex verò primus omnium ex vernis Tuscorum fuit Romulus qui liberius quàm reguli instituta & sancita regni instituere posset, & sui successores, inter quos Tusci Tarquinij licentiores fuerunt. Vbi verò factus fuerit Olym-
C pus & cœptus sacer sulcus à vate, exponit Fab. dicens quòd in vico Tusco, videlicet in foro boario vbi est taurus æreus in monumentum. Quòd ibi cœptus est sacer sulcus à Romulo, author est Corn. Tacitus dicens: Vbi est æreus taurus, quia
D id genus animalium aratro subditur, sulcus designandi oppidi cœptus, vt magnam Herculis aram amplecteretur. Inde certis spatiis interiecti lapides per ima montis Palatini ad aram Consutij, mox ad curias veteres tum ad sacellum la-
E rem, forumq; Romanum non à Romulo, sed à Tito Tatio Sabino post fœdus additũ progressum est, Hæc Corn. Tacitus. Ex hoc habere possumus, vt sit dictum forum Boarium. Primo quidem à boue Herculis reperto & immolato ob victoriam
F contra Cacum latrocinatorem, de quo Ouid. in Fastis dicit. Immolat ex illis taurũ tibi Iuppiter vnum victor, & Euandrum ruricolasq; vocat. Constituitq; sibi quæ maxima dicitur ara. Hic

vbi pars vrbis de boue nomen habet. Secundò A
quia ibi boues cœperunt ſacrum ſulcum, idcir-
co tota illa pars vrbis boaria dicta eſt vſque ad
Ianum in radicibus capitolij, vbi parte boariæ
forum boarium dictum, in hac boaria maxima
portione vici Tuſci, erant opulentiores & ditio- B
res atq; nobiliores Romanorum, vbi & frequen
tiores arcus triumphales, & monumenta impe-
ratorum videmus, ſed de his aliâs. De Palatino
colle quadriurbe dicendum eſt. Varro in 1. de lin-
gua Latina ſic dicit. Quartæ regionis palatium C
eſt, quo palantes cum Euandro venerunt, quòd
& Palatini Aborigines ex agro Reatino qui
appellatur palatium ibi conſederunt. Sed & alij
à Palantia vxore Latini putauerunt. Eundem
hunc locum à pecore dictum putant quidam, & D
ita Næuius Balatium appellauit: Huic Germal-
liam & Velliam cõiunxerunt. Velliæ cauſæ plu-
res, in quibus quum ibi paſtores Palatini ex
ouibus ante tonſuram inuentam, vellere lanam
ſint ſoliti, à vellendo etiam vellus dictum fuit. E
Hæc Varro. De hac parte quadriurbis Romæ
loquitur Liuius in ij. ab vrbe cõdita dicẽs quòd
collega Bruti Valerius publicola ædificabat in
ſumma Vellia alto & munito loco domũ, vt ar-
cem inexpugnabilem: quam ob ſuſpicionẽ regni F
demolitus, in infimo cluo reædificauit. De Ger-
mallia verò in eodẽ lib. dicit Varro, quòd ſic di-
citur à Germanis Remo & Romulo, quos illo

Tyberis

A Tyberis aqua tulerit. Dionysius verò ait Fabiũ Pict. scribere, cum puellos ferrent iussu Amulij in aquã exponendos, inuenisse planitiem Tyberi inundatã. Vnde à vertice palatij ad radices descendentes, ibi eos in principio aquæ posuisse, &
B lupam sitientẽ è specu proximo potus gratia illuc profectam inuenisse infantes per cœnum voluntari iam recedente aqua, & eos quasi catulos suos quos tunc nutriebat lingua lambens cœno absterssisse, mammas illis & lac præbuisse, quod
C tunc fortè veniens Faustulus admiratus, discedente lupa pueros tulit ad vxorem Accam Larentiam, vnde & ibi nutriti sunt, & casa Romuli seruata, vt authores fatentur, vbi ficus est ruminalis, de qua Ouid. in Fa. Arbor erat re-
D manent vestigia, quæq; vocatur Romula nunc ficus rumula ficus erat. Et est, vt aiunt, iuxta circum maximum, quod nũc vulgus cerchi vocat, inter Palatinas & Cælioli radices sub radicibus Cælij. Forum verò Romanum dicebatur
E quarta pars Romæ tũc quadriurbis in qua præter ædes erat platea concionalis publica, de qua Liuius in 8. ab vrbe cõdita: Naues, inquit, Antiatum partim in Naualia subductæ, partim incensæ, & earũ rostris suggestũ in foro adorna-
F ri placuit. Ideo ait Ser. super 8. Aenei. Romanũ forum erat vbi nunc rostra sunt. Et idem locus Comitiũ dictus, vbi & ictũ fœdus inter Romulũ & Tatium, dicente Plutarcho in vita Romuli:

Quò, inquit, duces conuenerunt ad percutien- A
dum fœdus, hucusque comitium vocant. Et Var-
ro in de lingua Latina: Ante, inquit, curiam
Hostiliam rostra subq; dextera huius comitio lo-
cus substructus. In eo priuata suffragia & con-
cilia fieri ferunt solita, sed maiora in căpo Mar- B
tio. De monte vero Cælio dicit hoc loco Fabius,
quòd primum inhabitatus est & cultus ab Tu-
scis, & nominatus ab Etruriæ Larthe & eorum
duce nobili Cælio. Dionysius in secundo libro
& alij adiiciunt quòd ibi ædes & templum ex- C
truxit, & ibi sepultus. Varro in primo de lingua
Latina sic dicit: Cælius mons dictus à Cælio Vei-
beno nobili duce Tusco, qui manu sua venit au-
xilio Romulo contra Latinorum regem, scilicet
Acronem. Vnde miror quòd quidam triumphũ D
Romulo tribuant, qui ab Etrusco Larthe est ha-
bitus. De Sabinis deuictis ait Fabius, quod Ro-
mulus implorato auxilio sociali ab Etruscis ne-
gotiũ datum fuit Galerito Etrusco, qui magna
Etruscorum & Salpinatum manu victoriam E
Romulo dedit. Fige hic tu gradum, vel qui Tus-
canienſi gloriæ inuides, vel qui existimas Romu
lum tum fermè inermem potuisse tantam belli
molem solum sustinere. Galeritus Lucumo E-
truscus ea Sabina contulit arma, vt clarissimè F
Propertius scribit in elegia Vertumniana, vbi
inducit victoriã Galeriti & Vertumnũ gratias
agentẽ Romæ, tum Palatinæ, quòd vicum Tus-

cum

A cum Tuscis dederit his verbis: At tu Roma meis
tribuisti præmia Tuscis. Vnde hodie vicus nomi-
na Tuscus habet. Tempore quo sociis venit Lu-
cumonius armis Atq; Sabina feri cõtudit arma
Tati. Vidi ergo labẽtes acies & tela caduca At-
B que hostes turpi terga dedisse fugæ. Sat faciam,
diuum sator vt Romana per æuũ Transeat ante
meos turba togata pedes. Quare falsò refert Li-
uius in secundo ab vrbe cond. & eum sequutus
Dionysius in quinto, quòd vicus Tuscus dictus est
C à Tuscis remanẽtibus Romæ sub Porsena, quum
equidem ante Porsenã annis xl. supra ducentos
sub Romulo Vertumnus idem & Ianus, in vico
Tusco à Romulo & Galerito sacratus sit ante
Numam ligneo simulachro ad infimũ Argiletũ,
D quod postea Numa æneum reddidit accito Ma-
murio Osco eruditissimo opifice, vt ibidem sequi-
tur Vertumnus in Elegia Propertiana dicens:
Stipes acernus erã properanti falce dolatus An-
te Numam, grata pauper in vrbe deus. Et in cõ-
E mentariis eiusdem Elegiæ ostendimus. Et ideo
Liuio & Plutarcho Græco antiquior Varro, do-
ctior, eruditior, & qui nihil intentatũ reliquit,
asserit cũ aliis consentiens in primo de ling. Lat.
vicum Tuscũ habitatũ fuisse sub Romulo, cuius
F argumentum dicit præter authores esse, quia sub
Romulo ibi positus est Vertumnus princeps deus
municipalis Etruriæ. Quod certe Fabius insi-
nuat, & Propertius explicat vicũ Tuscum da-

tum, quando Galeritus Lucumo venit sociis ar- A
mis, atq; cõtudit fera arma Sabinorum & regis
Tatij. Quòd verò Fabius dicit, vbi Ianus qua-
drifrons ibi fabula eiaculatæ aquæ, eam fabu-
lam refert Macrob. in j. Saturnaliũ dicens Ca-
pitolinum numen Iunonem fauisse Sabinis, & B
valli portas vbi est Ianus aperuisse & ita Ro-
mulum fugisse versus palatium, & Sabinos eum
persecutos. Verùm Ianus princeps (vt diximus)
deus Etruriæ atque vici Tusci, veritus contra
Iunonis numen pugnam committere, quia ta- C
men Romulo fauebat, aperuit fontes calidissi-
mos sulphureos vbi nunc Ianus, & à tergo in
Sabinos eiaculatus contudit eos, & ita victoria
cessit Romulo. Et ideo hic Ianus sacer erat, &
non ille qui translatus fuit in forum transito- D
rium. Quod & Ouid. in primo de Fastis, quærit
à Iano dicens: Quum tot sint Iani, cur stas sa-
cratus in vno? Et posita supradicta fabula sub-
dit: Cum tanto veritus committere numine pu-
gnam Ipse meæ moui callidus artis opus. Oraq; E
qua pollens ope sum fontana recluси Sumq; re-
pentinas eiaculatus aquas. Ante tamen calidis
subieci sulphura venis Clauderet vt Tatio fer-
uidus humor iter. Hæc mythicè atque fabulosè
dicta sunt, quia Ianum mythici miris laudibus F
efferunt, & præcipuè Ouid. in Fastis sub nomi-
ne Iani, & Propertius sub nomine Vertumni, vt
supra dicentis: Vidi ego labentes Sabinorũ acies

&

A & tela caduca. Quod & idem Macrobius recitator fabulæ significat, dum in eodem primo lib. inter cæteras Iani laudes ait, quod mythici Ianũ laudant, quòd sub eo omnium domus sanctimonia & religione fuerint munitæ. Sed vt Ser. di-
B cit super tertiũ Aeneid. Turpe est Poëtam fingere, quod ad veram historiã non refertur. Est autẽ vera historia: quòd Tusca militia initiabatur ad lacum Vadimonis Etruriæ, vt Liuius in nono ab vrbe condita insinuat, & Plinius ne-
C pos in epist. ad Gallum dicit lacum Vadimonis esse sulphureũ, & nullam ibi nauim, quia sacer est. Est autem Ianus, Vadimon, Vertumnus, Proteus idem, vt suis locis probauimus. Vnde veritas historiæ est, quia Iano ad sulphureũ lacum ini-
D tiata militia Galeriti tenebat pro Romulo Quirinalem collem, vt hoc loco Fabius, & eũ sequutus Dionysius in secundo lib. asserunt. Quumq; Sabini fugientem Romulum persequerentur, mox Galeritus sulphuratus, è Quirinali illapsus
E in locum vbi est Ianus, à tergo Sabinos cædens, coëgit Metium Curtium ducem cum equo armatum in paludem sese coniicere. Et hoc pacto exponi debent supradicti Ouid. versus, saluo semper iudicio meliori. Ego, inquit Ianus, id est,
F Galeritus Ianici sulphureis aquis initiatus, veritus committere pugnam contra numen Iunonis, id est, contra Tatium, & eos qui remanserant in custodia Capitolinæ arcis, dum sauciũm

& fugientem Romulum alij Sabini cum duce A
Tatio persequerentur, vtiq; ego Galeritus callidus, id est, astutia militari eruditus, moui opus artis meæ militaris, scilicet militiam meam sulphuratam, moui à Quirinali ad radices Capitolij, vbi est Ianus quatuor portarũ. Et recluſi ora B
fontana, id est, capita regionis illius præcipua, obsedi ope militari Trossula qua sum potens, & ab tergo eorum qui persequebantur Romulum, sum eiaculatus aquas militares sulphureas repẽte & ex improuiso & ita Sabini fusi. Sed ante- C
quam istam phalangem militarem in eos mitterem, subieci ad Capitolij radices sulphura, id est, duces, cum calidis aquis, scilicet militibus initiatis, vt hic humor sulphure initiatus clauderet iter Tatio regi qui Capitolio residebat, ne posset suc- D
centuriari & auxilia mittere suis, quibus terga Tusci, scilicet Romulus cum suis cædebant. Quæ omnia quum initia Romana & Fabius, Propertius, & Dionysius Halicarnasseus contineant, cur solus Liuius ab vrbe condita cun- E
cta suppresit. Audeo dicere, & quum opus fuerit probabo inuidum & liuidum alienæ Tuscorum gloriæ non Liuium fuisse, qui vbicunque potest subticet Tuscorum gloriam, & falsa pro aliena gloria his aduersa cumulanda adiecit. F
Vnde & C. Caligula Cæsar, qui vt vitiis multis, ita doctrina & pluribus virtutibus enituit, Vergilium dicebat sine doctrina poëtam, Li-

uium

A uium verò verbosum vbi parua res fuerat, & suppressorem eorum quæ præclara Tuscorum fuerant, vt in fragmentis Antonini itinerarij traditur, & Suetonius in vita Caligulæ dicit his verbis. Sed & Vergilij ac Titi Liuij scripta, &
B imagines, paulùm abfuit quin ex omnibus bibliothecis amoueret, quorum alterum vt nullius ingenij, minimæq; doctrinæ, alterum vt verbosum in historia, negligentemq; carpebat. Igitur hæc de historia mythicisq; Romanis initiis pro
C expositione Fabij dicta sint. Nunc quædam pro sequentibus exponenda sunt. Primum quid sit Helerna. Huic satisfacit quod in v. antiquitatum Berosus scribit. Iano enim, vt ait, fuerunt plures liberi, quorum Cranus Razenua cogno-
D mine successit ei mortuo in Vetulonia, Cranam verò filiam pulso Camese dedit Aboriginibus Latij, Helernam cum sceptro & Alebam. Est autem Helerna suffragio exaltata regina, vt ipse exponit. Vnde patet quod inter Iani regu-
E lum Camesem & Saturnum, rexit Latium Crana eius filia, quam frater eius Cranus Razenua inter deas retulit & Lucum iuxta Tyberim statuit, vt idem Berosus dicit, & Ouidius in vj. de Fastis meminit dicens:

F Adiacet antiquus Tyberino lucus Helernæ,
Pontifices illuc nunc quoque sacra ferunt.
Inde sata est nympha, Cranam dixêre priores.
Nam posteri, vt ait transpositor, proferebant
Carnam

Carnam. Verùm licentia poëtica, & leuitate a- A
mandi solita Ouidius dicit hanc nympham fuisse
adamatam Iano, & pro præmio positæ virgini-
tatis dedisse ipsi Alebam siue Albã, & vt esset
Iana Vertumna, id est, penes eam esset ius vertẽ-
darum rerũ & cardinũ. Sic enim ait Ouidius: B
Viderat hanc Ianus, viséq; cupidine captus,
Ad duram verbis mollibus vsus erat.
Et post admissum scelus inducit Ianum ita di-
centem:
Ius pro concubitu nostro tibi cardinis esto, C
Hoc pretium positæ virginitatis habe.
Sic fatus virgam qua striges pellere posset
A foribus noxas (hæc erat Alba) dedit.
Nam penes vnum Ianum est ius vertendi car
dines, & ideo vnus Ianus Deus Vertumnus, & D
hæc dea Iana Vertumna, cui ius communicauit,
dicente eodem Iano, in primo de Fastis:
Me penes est vnum vasti custodia mundi,
Et ius vertendi cardinis omne meum est.
Sed cum Ouidius in primo de Fast. inducat Ia- E
num se iactantem quòd arma sua fuerũt claues,
& seræ atque ianuæ postium (vt in superioribus
retulimus) ad cõtinendum aurei seculi pudorem
& castimoniam, quomodo scribere ausus est in
sexto, Ianum fuisse mercatum stuprum violentũ, F
præmio Vertumnio, & imperiosæ participatione
Albæ, id est, fascium? Quare Berosus veracius
dixit eam filiam Iani. Cui etiam est argumẽto,

quòd

A quòd herbam illi olim dicatam in similitudinem crinium alborum, capillos Ianæ ad hanc ætatem Volturreni vocamus Alba verò non est Latinũ nomen, vt patet in propria prolatione sine syncopa, quo Berosus dicit Alebam. Al enim, teste B Hieronymo, commixtionem significat, & vt Talmudista doctus dicebat, etiam ligaturam & fasciculum, quia fasciculus commixta ligat, Ebam verò notat aceruum rerum & virgarũ quibus flagellantur noxij. Et caue ne dicas quòd C deriuatur ab Al & Ebal, quia teste Hieronymo de interpretatione nominum, Ebal significat aceruum lapidum & non virgarum. Vno ergo vocabulo vetustæ Etruscæ linguæ, Alebam, siue per syncopam Albam Etrusci dicebant, quòd D Latini vno similiter vocabulo fasces. Et vt rectè noster Christophorus Landinus Florentinus eruditissimè posuit super Horat. Odam illam. Quem virum aut heroa. Fasces erant fasciculi virgarum in quibus singulis singulæ secures in- E clusæ erant. Fasces xij. primos Ianus dedit in Olympo Etruriæ ad continendas recentes colonias in aureo officio, & ad terrendos & flagellandos malos, vt hic noster Fabius Pictor in principio insinuauit. Est ergo Alba sceptrum & F fasces quo noxæ striges propellerentur, vt mythicè dixit Ouidius. Erant autem xij. fasces vt omnes concedunt, cuius princeps dicebatur Etrusca lingua Baracel, ideſt, Latinè lictor & per-

cussor

cussor. Vnde, & Barac, percussorem interpreta- A
tur diuus Hieronymus in de interpretatione no-
minum Et vt in fragmentis Catonis dicitur, li-
ctori singulo suberant adolescentes ingenui &
armati xxiiij. & ita trecentos prætorianos mili
tes efficiebant, singulo prætorio xxv. deputatis. B
teste quoque Dionysio Halicarnasseo in iiij. lib.
Etruscus mos erat, vt singulum regem Lucumo-
nem antecederet singulus lictor ferens fasces vir
garum & securim. Cùm verò communi consensu
xij. populorum bellum indiceretur, tradebantur C
xij. fasces & secures duci qui principatum in o-
mnes accepisset. Liuius quoque quanquam liui-
dus gloriæ Thuscæ, ne videretur omnia negligere,
asserit se cum eis sentire, qui numerum lictorum D
rum xij. ab Etruscis finitimis desumpsisse Romu
lum dicit, his verbis: Romulus iura populo agresti
sancta esse ratus, si se ipse venerabilem insigni-
bus imperij fecisset, & cætero habitu augustiorẽ,
tum maximè xij. lictoribus sumptis fecit. Alij à
numero auium, quæ augurio regnum portende- E
rant, eum numerum secutum putãt. Me haud
pœnitet eorum sententiæ esse, quibus & apparito
res & hoc genus ab Etruscis finitimis vnde sella
curulis, vnde toga prætexta sumpta est, numerũ
quoque ipsum ductum placet, & ita habuisse E- F
truscos, quòd ex xij. populis communiter rege
creato, singulos singuli populi lictores dederint.
Hæc Liuius. Vnde ab Etruscis finitimis xij. prætorian

A torianos principes lictores, id est, trecentos ingenuos armatos iuuenes, qui lateri suo sicut Larthi Etrusco semper hærerent, desumpsit Romulus, & non à more Lacedemoniorum, vt in ij. li. Dionysius Halicarnasseus somniat. Sed quis pri
B mus hoc concesserit Romulo, cum sine iussu Lucumonum non posset, vtique neglexit atque suppresit liuidus Liuius. Id cum plures tum vel maximè vnus Propertius quasi coætaneus Liuio curauit exprimere, qui in quarto Elegiarum
C clare tradit Galeritum Lucumonem primum posuisse prætoria, & cum duobus aliis ducibus Romulo & Tatio diuisisse vrbem, & vocabula Etrusca tribubus imposuisse, & cum his quatuor triumphos egisse Romulum, computato primo,
D quem Cælij auxilio de Acrone atque Latinis retulerat. Verba propertij sunt ista.

Prima Galeritus posuit prætoria Lucmo.
Magnaq; pars ratio rerum erat inter eos.
Hinc Taties, Rumnesq; viri, Luceresq; coloni,
E Quatuor hinc albos Romulus egit equos.

Quòd etiam antiquior Varro in primo de lingua Latina scribit dicens: Agrum Romanum Romulus in partes diuisit tris, vnde tribus dictæ, vt ait Ennius, Tatiensium à Tatio, Romnẽ-
F sium à Romulo, & Lucerum à Lucumone, vt dicit Iunius. Et hæc sunt nomina Etrusca, vt ait Tolumnius Tragœdiarum Tuscarum scriptor. Hæc Varro. Quod contra si obiicias Liuium

dicere

dicere, quòd Lucerum nomen est incertæ origi- A
nis, vtique Caius Caligula Cæsar respondebit
amouendum esse de Bibliothecis Liuium, quia
in historia fuit negligens, & suppressor vbi opor
tuit dicere, & vbi non oportuit fuit verbosus.
Quod profectò patet hoc loci, quia verbosus est B
& explodendus qui sine certo & probatiore at-
que antiquiore authore & clariore ratione id di
cit. Liuio enim probatior, doctior, & antiquior
est Varro, & antiquiores se testes producit Iu-
nium & Tolumnium Thuscum Tragicum, & C
ratione vtitur, quia nomina tribubus imposita
sunt Etrusca. Quare ab Etrusco duce fuerunt
imposita à tribus ducibus sumpta sicut & Etru-
scus idémque Lucumo primus posuit prætoria.
Nam vt supra dixit Fabius, ius imponendi no- D
ua locis & gentibus nomina, solùm penes duces
& reges erat. Ergo quia Etrusca sunt, ab Etru-
sco duce Lucumone sunt imposita. Ergo non sunt
incertæ originis, vt falsò dixit Liuius, sed cer-
tissimæ atque Etruscæ, vt Varro, Iunius, & To- E
lumnius probant. Nam Etrusci Tatium & Ta
tienses, Latini verò & Sabini, Titium & Ti-
tienses deriuant. Similiter Etrusci Romulum
& Rumnenses, Latini verò & Sabini, Romu-
lum & Romuleos dicunt. Rursus Etrusci Lucu F
monem dicunt & Luceres deriuant, Latini au-
tem & Sabini, & eorum proles Sabella, quæ &
Samnites, dicunt Lucium & ab eo Lucanos, cu-

ius.

A ius argumenta non latuerunt liuidum Liuium, qui in j. ab vrbe condita asserit, quòd Tarquinium priscum, quem Etrusci vocabant Lucumonem Tarquiniensem, eundem Romani dixerunt Lucium Tarquinium E.t à Lucio Samni
B tum duce Lucanos deriuatos Plinius asserit, & Sempronius, vt in eius commentariis diximus. Quòd si dicant Plutarchum in vita Romuli & Pedianum dicere quòd Luceres dicti sunt à Luco Asili, dicendum est quòd nesciuerit linguam
C Latinam & Etruscam, quantumq; inter se prolatione ac deriuatione distent. Et ideo Caio Caligulæ Cæsari consentiens regula beati Hieronymi dicit, quòd qua facilitate quid sine certo authore atque ratione profertur, tali contemnitur.
D Sed dices: Seruius in quinto Aeneidos super illud carmen, Tres equitum turmæ, tres inquit partes fuisse principio populi Romani constat, vnam Tatientium à Tatio Sabinorum rege, iam amico post fœdera, aliam Rumnensium à
E Romulo, tertiam Lucerum, quorum secundum Liuium nomen & causa in occulto sunt. Ergo videtur probare Liuium. Respondetur quòd ibidem affert contra Liuium probatiorem authorem mox ita subiungens. Varro tamen dicit Ro-
F mulum dimicantem contra Tatium à Lucumonijs j. Thuscis auxilia postulasse, vnde, quidam venit cum exercitu, cui recepto pars vrbis data est, quæ vicus Thuscus dicitur, vt Horatius

ait, ac Tusci turba impia vici. Hæc Seruius. Qua re Varroni diligentissimo & graui authori, non negligenti & verboso Liuio creditur quamuis alioqui eloquentissimo. Quòd si queris, quare Horatius libro secundo Sermonum Satyra iij. vocat turbam vici Thusci impiam, cum sit semper religiosissima habita? Respondet Acron, quòd ibi accepit turbam vel lenonũ vel negotiatorũ, quia ante in eo loco meretrices coibant, aut negotiatores qui nulla pietate flectuntur, inde pulsi ab Herenniis fuerunt. Sed totum falsum est, quia neq; ante Tuscos ibi meretrices fuerunt, nisi id dicat propter Accam Larẽtiam, & negotiatores nunquam legũtur inde pulsi. Et ideo pudicitiæ templum patriciæ simul & plebeiæ in foro Boario venerabatur, vt in x. ab vrbe condita Liuius docet, & arcus triumphalis ibi Boariæ partis negotiatorum ætate nostra permanet, de quo inferius dicetur. Porphirius alias rationes adducit. Primam quia ibi vnguentarij erant. Sic enim ait: Vicus Tuscus dicitur quo itur ad velabrum, vbi harum rerum mercatores, id est, vnguentarij sunt. Sed quia vnguentarij & lenones opponuntur castitati, & non pietati, idcirco non propter id vocauit impiam turbam, quòd ibi vel meretrices ante, vel vnguentarij postea fuissent, & eos inde religiosa Tuscorum Herennia familia pepulisset. Mercatura verò non opponitur pietati, quæ ad charitatem patriæ inuenta est. Quare aliam

Are aliam rationem aßignans ait. Impia fuit, quia ſub Romulo & Porſena vicum Thuſcum relicta pietate patriæ incoluerunt. Nam hi primi fuerunt, qui contra Etruriam aßiduis bello & armis à patria propria in Romam vrbẽ Ita-
B liæ imperium tranſtulerunt. Et ideo tertia gens Lucera à Lucumone & Cæliana à Cælio Trometino, vt ait Fabius, gentem ſimul & imperium Romanum, quaſi impiè & contra patriam incœperunt. Quod verò Varro dicit, ob ſuſpicio-
C nem Luceribus datum totum vicum Thuſcum adempto colle Cælio & Cælianis datus Cæliolus, quia ſuſpicione carebant, nõ contradicit ei quod nunc ſcribit Fabius, quòd is datus ſit conſenſu omnium, quia ſtant ſimul vt cœperit res à
D ſuſpitione, & finierit in conſenſu. Quòd verò fuerit vicus Thuſcus antea paludoſus, demonſtrant authores. Nam Vertumnus in Elegia Propertiana, oſtendens vicum Thuſcum ſic dicit:

E Hac quondam Tyberinus iter faciebat, & aiunt
Remorum auditos per vada pulſa ſonos.
At poſt quam tandem ille ſuis conceßit alumnis,
Vertumnus, verſo dicor ab amne Deus.

Et ideo cum Fabio Seruius conſentiens ſuper
F viij. Aenei. ibi: Rumore ſecundo: Rumon, inquit, dictus eſt Rumulus. Vnde & Ruminalis Ficus dictus eſt locus, ad quem eiecti ſunt Remus & Romulus, quæ fuit vbi nunc eſt Lupercal in

Circo. Et subdit. Hac enim labebatur Tyberis, A
antequam Vertumno factis sacrificiis, auerteretur. De paludibus etiam constat. Nam in parte fori Boarij fuit palus in quam armatus se iniecit Curtius, dicente Ouidio in sexto Fastorum:

Curtius ille lacus siccas qui sustinet aras, B
Nunc solida est terra, sed fuit ante lacus.

Et in eodem libro de toto vico Thusco ait:

Hic vbi nunc fora sunt, vdæ tenuere paludes,
Amne redundanti fossa madebat aqua.

Tibulus quoque in secundo Elegiarum de Vela- C
bra portione vici Thusci, sic meminit:

At qua Velabri regio patet, ire solebat
Exiguus pulsa per vada lynter aqua.

Varro quoque in primo de lingua Latina, quum aliorum opinionibus positis, suam de Auentino D
induceret, sic ait: Ego maximè puto Auentinum sic dictum, quòd quum ob paludes inter eũ & Capitolium, ipse mons à cæteris partibus vrbis esset exclusus, vehebantur ad illum nauibus homines. Cuius vestigia sunt, quòd ea pars à ve E
lis dicitur Velabrum, & ab eo actu vehendi Velatura. De Acca verò Larentia, & Faustulo, & Carrutio, & eiuscemodi, satis dictum est in sexagintaseptem libris, quos de Etrusca historia confecimus. Quòd verò ait Fabius hanc esse ori- F
ginem veteris Romæ in septem dictis solùm collibus & eius subsistente Thusca area, postea ab his collibus prolatam fuisse in alios, in nostra superiore

A periore figura picta facile animaduertitur: in
qua etiam facile patet, quæ pars magnæ vrbis,
cui veteris parti respondeat, & ab ea denomine-
tur, Collina siue Capitolina, item Exquilina,
Quirinalis, Palatina, Cœlia, Viminalis, & A-
B uentina, septem collibus primis. De quibus Ver-
gilius in sexto Aeneidos dicit:
Septémque vna sibi muro circundedit arces.
Vbi Seruius dicit, septem inclusisse colles, & me-
dium tenuisse palatium. Alij, inquit, dicunt fuis-
C se colles septem Ianiculum, Quirinalem, Exqui-
linum, Palatinum, Cælium, Viminalem, & A-
uentinum. Sed aduertere debẽt isti, quòd Capi-
tolinus, quem negligunt, est primus, vbi Satur-
niam ædificauit Saturnus, & Ianiculus est in
D Etruria, non in Roma, dicente Plinio in tertio
naturalis historiæ, capitulo sexto: Saturnia est,
vbi nunc Roma: Antipolis verò, vbi Ianiculum
in parte Romæ. Quare excluso Ianiculo melius
cum nostro Fabio sentiunt, qui septem colles enu
E merant, primum quidem Auentinum dictum,
cùm ab aliis, tum vel maximè à vehendo, vt ait
Varro, secundum, Cæliolum iunctum Cælio, &
dictum Viminalem à Iouis templo, vt exponit
idem Varro, qui & tertium Cælium dictum à
F Cælio duce Thusco perhibet, & quartum Pala-
tinum, à Palatinis Aboriginibus, item Arca-
dibus, item Palantia Latini vxore, item à ba-
latu. Quintum Exquilinum dictum ait ab ex-

cubiis prætorianis regis Romuli & Tulli Hostilij. Sextum Quirinalem, qui teste Dionysio in secundo libro hæret Capitolino, dictum à Iunonis Sabinæ templo, quam illi hastatam siue Curim, id est, Quirin vocant. Capitolinus autem idem & Tarpeius & Saturnius, vt in præcedentibus expositum est. Hæc de septem collibus & nominibus ac originibus eorum. Sequitur tandem de nominibus quæ erant in vico Thusco dicens Fabius. Et de Libysso quidem & Argeo, & Argiletis duobus satis supra dictum est. Sacra verò via vetus incipit supra Palatinum collem, vbi erant veteres curiæ Augustales, & trăsibat per oppidum Romam, inq; Romanum forum descendens, reflectebatur in Capitolium per vicum Thuscum, vt patet in nostra superius picta figura. A curia veteri Augustali augurum, quia sacerdotum erat & magnorum pontificum, tota via sacra dicebatur, vt Varro insinuat, dicens: Curiæ duorum generum, altera vbi curarent sacerdotes res diuinas, vt curiæ veteres, altera vbi Senatus curaret res humanas, vt curia Hostilia. De hac via loquitur Plinius in decimonono naturalis historiæ. Cæsar, inquit, dictator totum forum Romanum viámque sacram, à domo sua vsque in cliuum Capitolinum, in munere gladiatorio linteis contexit. Eam domum, teste Suetonio, Octauianus Augustus sumptuose nimis à Liuia ornatam, ad solum

dirut

A dirui fecit, in cuius Area porticus Liuia fuit structa. De qua in sexto Fastorũ Ouidius meminit, dicens:

Disce tamen veniens ætas, vbi Liuia nunc est
Porticus, immensæ tecta fuisse domus:

B Author est Plinius, ibi post ea suam pacem ædificasse Vespasianum. Verùm Iulius Cæsar prius habitauit alibi, vt in vita eius scribit idẽ Suetonius, dicens: Habitauit primo Iulius Cæsar in Subura, modicis ædibus, post autem pontificatũ
C maximum in sacra via domo publica. Suburam dictã ait Varro in primo de lingua latina, quòd sub muro terræ Carinarum fuerit. Et subdit: Iunius verò scribit, quòd fuerit sub antiqua vrbe. Ex his conuincitur quòd eadem sint Subura
D & Suburbanũ in vico Thusco. Et quòd Fabius videtur distinguere, vtique id fit à principio & fine viæ, quia incipiebat sub Palatino colle: & ita dicitur suburbanum, quia sub veteri vrbe, vt ait Iunius, & pertingebat vsque ad murum
E fori vænalium circa Tyberim, & ita dicebatur Subura, quòd sub muro terræ Carinarum fuerit, vt Varro dicit. Ad quod Ouidius in primo de Arte amandi videtur alludere, dicens:

Rure suburbano poteris tibi dicere missa
F Illa, vel in sacra sint licet empta via.

Et quòd finiatur hæc regio ad forum Piscariũ, potest coniici, non solum quia carniæ murus ibi erat, sed quia ibi vendebãtur pisces, vt Iuuenalis

in quinta Satyra, de quodam ignobili pisce Tyberino loquens ait: A

Et solitus mediæ cryptam penetrare Suburæ.

De foro piscario dicit Varro in primo de lingua Latina. Secundum, inquit, Tyberim ad Ianum est forum piscarium. Est etiam ibi forum iugarium, vbi sacra iuga bobus pro inaugurãda vrbe primùm posita sunt. De quo Liuius de bello Macedonico: Saxum, inquit, ingens ex Capitolio in vicum iugarium procidit, & multos oppressit. De foro Boario dictum est supra. Porrò in commentariis super Sempronium, copiosè dictum est de Tyberino Deo Volturno, & Volturno nominibus. Circus idcirco maximus dicitur, quia maximo deorum Vertumno Iano sacratus, vt in Elegiæ Vertumnianæ commentariis diximus. Forum transitorium dicebatur, in superiore Argileto, quia ab eo transibatur in Circum maximum ad ludos Circenses, & in forum Romanum ad vadimonia danda, vt in eadem Elegia videbimus. Senaculum, Græcostasis, duæ mansiones erant in foro Boario supra Ianum in quatuor portarum. Græcostasis, vt ait Varro in primo de lingua Latina, locus est vbi nationum subsistebant legati, quia à parte Græca vt multa dictus est. Senaculum verò est vbi ædes Concordiæ supra Græcostasin & basilica opima, ideo Senaculum vocatum, vbi Senatus, aut vbi Seniores consisterent. Hæc Varro De æde

B C D E F

verò

A verò Saturni & concordiæ Seruius super secundum Aeneidos notans vbi in vico Thusco sint: Aedes, inquit, Saturni est ante cliuum Capitolij iuxta Concordiæ. Ab hac se mouit Curtius, vt se rapidiore cursu præcipitaret in hiatum, vt
B supra Varro dixit. Alia ædes concordiæ fuit post hanc, quia hæc iuxta Senaculum & sacram viã est, vbi cõcordia facta est inter Sabinos & Romulum atque Lucumonem. Vnde & Senaculum ibi & Concordiæ ædes. Quæ ita insinuat Dio-
C nysius in secundo lib. dicens: Raptæ in Senatum veniũt concordiæ caussa legationem spondentes. Pacta inter castra regum, & Romulum & Tatium, vt æquo imperio regnarent, & habitarent Romæ æquo imperio & iure, sacrorum &
D dignitatum participes. Hæc iurati, arísque simul cum iuramento erectis, secundum mediam ferè sacram viam permixti sunt simul. Quòd si quæras, cur Liuius & Dionysius non posuerunt regem Galeritum in hoc fœdere? Responsio est in
E promptu, quia alter Liuius fuit negligens & verbosus, vt ait Cæsar. Alter verò Græcus mendax in historia, quia paulò superius scribit Galeritum fortiter dimicantem cecidisse lancea Sabina. Sed pudet rationem Italicarum rerum
F mutuari à Græcis, vbi Latina clara est historia, quæ teste Iunio, Tolumnio, Varrone atque Propertio veracissimè cum Fabio Pictore scribit Lucumonem Galeritum venisse sociis armis au-

xilio Romulo,& contudisse fera Sabina arma A
Tatij,& primum posuisse prætoria,& vti ma-
iorem,tribubus indidisse nomina Etrusca,ad
rei perpetuam memoriam & fulgorem,vt tunc
moris erat. De aliis tribubus Thuscorum nunc
exponendæ sunt origines. Tribus,inquit à loco B
Cælij dicta est Trometina. Locus,vt ait Festus,
est Trometes campus. Caue lector,quia quidam
corrupti codices habent Tormentina,addita n,
& transposita r. Et facilis est corruptio in ha-
bentibus symbolum,qualia sæpe in Plinio & C
aliis legimus,vt Volaterrani pro Volturrheni,&
Vertuloniēses pro Vetulonienses:& Cartoniani,
pro Carboniani,& Verentani pro Varentani,
Similiter in Dionysio Halicarnasseo in secundo
libro. Venit,inquit,ex Etruria Lucumo ducens D
auxilia Etruscorum ex vrbe Solonio,pro vrbe
Colonia. Et in quarto libr. Seruius,inquit,Tul-
lus diuisit vrbem in quatuor partes,Palatinam,
Baboranam, Collatinam, Exquilinam, pro
Suburbanam & Collinam. Et in tertio libro. E
Fuerunt Etruriæ vrbes quinque, quæ bellum
mouerant Calusini, Vetuloniates, Aretini, Ru-
salini,pro Clusini & Ruscllani. Et in Pompo-
nio Mela in Hispaniæ Beticæ descriptione Du-
bal pro Tubal,& in descriptione Thusciæ,Pyr- F
gus Grauis,Cecosa,Alus,pro Alsiū, Grauiscæ,
Cosa,& eiuscemodi ridicula. Et ita in Liuio ab
vrbe condita inuenies dictam corruptionem,

vbi

A vbi dicit: Additæ sunt ex nouis ciuibus tribus quatuor, Sabatina, Trometina, Arniensis, Stellatina. Sabatina dicitur à Sabatia regione Etruriæ, inter Tyberim & mare, vbi Sabatius lacus nunc Anguillare. De qua regione Stra-
B bo in v. dicit, quòd Etruriæ Sabatia est secus mare, & Sillius in viij. Sutrium & Sabatia quique stagna colunt. Et in vita sancti Protogenis, quòd fuit primo ductus ad Sabatinas thermas, inde ad forum Claudij quod xxviij.
C miliariis distat à Roma, nunc Tulpha noua. Similiter Iulius Frontinus de aquæ ductibus ab Thuscia in trans Tyberim siue antipolim in parte Romæ, vt vocat Plinius, ponit aquæductus Alsietinum ab Alsio nunc Cerinouum,
D & à lacu Sabatino, nunc Trineiano, vbi extant ingentia aquæductus vestigia. Porrò prolatione Romana Trometes campus dicitur, sed Etrusca campus Trometorum, à quo Trometora & Romæ Trometina tribus. Sunt enim
E quatuor partes Etruriæ vrbis. Prima dicitur Volturna, à qua Volturreni cognomine Etrusci, in quorum parte sunt Volsinienses, vt ait Plinius in tertio naturalis histor. cap. vj. Huic subsidet locus Fani, quatuor sacris literis tum
F nummis impressis, tum loco extantibus Faul Volturnæ, quod fanum Volturnæ Liuius vocat in pluribus locis ab vrbe condita. Hæret huic Volturnæ extensa planities, quam vulgo pla-

num

num Trometorum adhuc dicimus, & à Festo A
Trometes campus, & à Fabio Pictore locus,
siue vrbs Cælij. Verùm tribus Cæliana sub Ro-
mulo fuit, sicut Etrusca Lucera. Hæc verò Tro-
metina sub consulibus adiecta fuit. Arniensis
verò ab Arno dicta. Hi sunt Fluentini præ- B
fluenti Arno appositi, vt exponit Plinius, nunc
florentini, cum quibus intelliguntur Phesulani.
Porrò Stellatini in Thuscia sunt Pratenses &
Pistorienses, à Stella vicino his amne dicti. Le-
gimus & alios Stellatinos in Campania, sed hic C
solùm in Fabio narrantur Thusci habitatores
vici Thusci. Vicus longus in Thuscia est in alte-
ra parte vrbis Etruriæ supra Fanum Volturnæ,
sic dictus à longhe, id est, hasta, quia ibi Hercu-
les Aegyptius hastauit, id est, coronauit filium D
suum Tussum, vt Berosus in v. antiquitatũ in-
dicat. Verùm quia longhus est nomen Græcum,
idcirco per interpretationem dictum est postea à
Pelasgis sacratoribus Fani ingentis Volturnæ, à
quibus ad hæc tempora, vicinum campum rusti- E
ci per duplex ll, pleno ore, vocant campum Pel-
lasgi. Pro quo notandum est, quòd Cato de ori-
ginibus ait, & alij consentiunt, Ianum regiam
suam quadriurbem statuisse. Et ideo vocabulis
Arameis & non Latinis nominasse, quia tunc F
nõ extabat lingua Latina nec Græca. Vnde Tur
rhena, Volturrhena, siue vel syncopam Volturna,
Vetuletum, Para & Harbanum nomina sunt

Ara

A Aramea. Est autẽ Par apud eos hasta vel principatus. Nam teste Trogo & Iustino vlti. Epitomatum, veteres reges hasta quasi sceptro & corona vtebantur. A Par verò Para deriuatur, id est, hastata siue coronata & princeps, quam
B Græci postea Longholam dixerunt, quòd in ea parte princeps coronaretur. Vnde & Thussus filius Herculis ibi coronatus nomen suum indidit per adiectionem, & ad hãc diem Aramea prolatione atque vocabulis dicimus Para Thussam,
C id est, Latinè principem siue coronatam Thuscã. De qua Festus. Vno modo, inquit, Tuscia dicta est à Thusco rege filio Herculis. Sed de his hactenus. In hac coronata Thusca est vicus longhus, qui vicum longhum in foro Boario circa ædem
D Pudicitiæ & ædem rotundam Herculis constituit, cuius meminit Liuius in x. ab vrbe condita, vbi narrat altercationem piam Thuscarum, inter Plebeias & patricias, pro æde Pudicitiæ, quam gestam in vico longho asserit. Et ita exE ponenda sunt alia, vt vicus Phaliscus à Phaliscis, Larthenianus à Veis, & sic de aliis. Nunc quo pacto eadem sint Proteus, Vadimon, Ianus & Vertumnus, si cum his adiiciamus commentariola super Elegiam Propertij ad Ver-
F tumnum, copiosius intelligemus.

Ea autem suo loco reposita sunt, vt in fronte operis patet.

MYR

MYRSILI LIBER A DE BELLO PELASGICO, CVM COMMENTARIIS ANNII.

* * *

TRadunt Græci, Myrsilum fuisse patria Lesbium, professione historicũ, qui de bello Pelasgico in Thuscia & Latio contra Siculos scripserit. Causſa scribendi fuit Myrsilo, solita inter Græcos discordia de origine Turrhenorum & Italiæ. Cõsentit enim Italiã habitatam à Græcis, ab hísque totam emanasse, exceptis Turrhenis. Herodotus cõtra etiã Turrhenos includit. Dionysius Halicarnasseus Myrsilum totũ sequitur in primo libro, excepto tempore aduentus Oenotrij in Italiam. Et ideo non frustra erunt hęc cõmentaria, quamuis qui Dionysiũ in primo libro legit, etiã Myrsilum videatur legere. Fiet tamen vterq; clarior, & Dionysius & Myrsilus, his nostris cõmentariis. Duo autẽ facit Myrsilus. Primũ breuibus absoluit, in quibus cũ Herodoto & aliis cõsentiat. Secundo, in quibus cõtradicat. Primum his verbis absoluit, dicens:

ITaliam coluêre Græci, Arcades, Veneti, Lygures, Ardeates, Rutuli, Siculi, Pelasgi

A gi, Iapyges, Lacedæmones. Salentini, Pelij, Eniani, Achæi, Oropitæ, Pilij, Pisi, & eiuscemodi. Horum primus Oenotrius Arcas cum Peuccino fratre colonias transportauit vbi habitabant tunc dicti Ausones, vbi
B nunc Oenotria regio est, è regione Peucci-norum. Hæc fertur prima colonia ex Græcis, paulominus quindecim ætatibus ante ruinas Troiæ.

A fine huius exponere incipiã. Ruinæ Troia-
C *næ fuerũt anno trecentesimo minus tribus quàm condita fuit à Dardano Thusco, vt enumerant Archilochus in Epitheto, & Eusebius de temporibus. Dardanus verò illam condidit, vt author est Berosus, anno vigesimonono postquam*
D *interemerat fratrem suum Iasium, qui annis iam quinquaginta regnauerat. Porrò, vt author est idem Berosus, ante Iasium regnauit pater eius Coritus annis triginta tribus, quem cognatus anteceßit Morges nomine annis de-*
E *cem: sed ante hunc Atlas Italus ex Electra filia annis decem & nouem, à quo Italia dicta fuit. De ætatibus dissentit Dionysius, qui in primo libro supputat decem & septem, vbi hoc loco Myrsilus notat minus xv. Sed Myrsilo credi-*
F *tur, quia de antiquitatibus antiquiori credendũ est. Est autem ætas spatium viginti quinque annorum, vt Xenophon docet in æquinocis. Quare quindecim ætates reddunt annos trecentos*

quin-

quinquaginta. Quare vigesimoquarto anno A
Iasij venit Oenotrius Arcas, quia ab eo anno
ad ruinas Troiæ quindecim ætates, id est, trecẽti
quinquaginta supputantur anni. Ergo, vt ex
dictis patet, præcessit Oenotrium Græcum Italus
annis sex & octoginta. Non igitur Oenotrij B
Arcades ante Italum coluerunt Italiam, qui
iuniores Italo inueniuntur: sed illi Oenotrij an-
te Italum, quos significat Vergilius dicens in pri-
mo Aeneidos:

Est locus (Hesperiam Graij cognomine dicunt) C
Terra antiqua, potens armis, atque vbere glebæ
Oenotrij coluere viri, nunc fama minores
Italiam dixisse ducis de nomine gentem

Sanè sciendum est tres fuisse Oenotrios. Postre-
mus fuit post Italum iste Græcus Arcas, qui vt D
omnes Geographi cum Myrsilo consentiunt, te-
nuit portiunculam Apuliæ circa mare, & ibi
erant qui dicebãtur ante eum Ausones, vt etiã
Dionysius consentit in primo lib. Et dicitur Oe-
notria Græca. Et de hac non credo quòd intelli- E
gat Vergilius, quia sub aduentum Aeneæ non si-
bi promissa est illa pars, quæ erat antiquitus po-
tens imperio & armis. Fuit alius Oenotrius rex
Sabinorum, à quo tractus Sabinus dictus est
propriè Oenotria ante Italum, vt Varro scribit, F
& Seruius repetit super vij. Aeneidos. Nec de
hac potest intelligi Vergilius, tum quia ad eam
habendam, vel eorum auxilium, nõ mittebatur

Aen

A Aeneas, tum præcipuè quia non erat antiquitus potens armis & imperio, quum à Iano & deinceps imperium Italiæ atque arma essent penes Thuscos, vt in quinto ab vrbe condita insinuat Liuius, & Fabius Pictor exprimit de ori-
B gine vrbis Romæ. Tertia Oenotria fuit, vbi regnauit Hesperus frater Atlantis Itali, vt Vergilius insinuat. Regnauit autem in vrbe regia Vetulonia & Latio, vt author est Fabius Pictor. Et de hac intelligit Vergilius, quia Ae-
C neas ad Latium habitandum mittebatur, & ad Etruscorum auxilia contra Turnum, vt idem Vergilius in vij. viij & x. Aeneidos exprimit, vbi & terram antiquam, armis & imperio potentissimam asserit. Quis autem fuerit iste Oe-
D notrius antiquissimus ante omnes colens Etruriam & Latium, respondet Cato de originibus, quòd fuit Ianus. Et si opponatur, quia in Etruria Iani tempore vsque ad Mezentium nõ fuit vinum, quippe quia Mezentius Etruriæ Lar-
E thes auxilium Rutulis cõtra Latinos tulit vinũ mercede, quòd tum in agro Latino fuisset, vt author est M. Varro, & Plinius refert in decimoquarto naturalis historiæ. cap. xv. Igitur quum Oenotria dicatur vinifera, & Oenotrius vini-
F fer, & tempore Iani non erat vinum in Etruria & Latio, negat hoc Cato, dicens Ianum dictum Oenotrium, quia primus inuenit vinũ & far. Et tamen vsque ad Mezentiũ non fuit vini-

vsus ad poculentiam & vsum mensæ, sed ad sa- A
cra libamina. Vnde Fabius Pictor ait, princi-
pio Ianum inuenisse vinum & far ad religio
nem & sacrificia magis quàm vsum, & ob id
ipsi farrata & vinum in omni sacrificio præli-
bari. Addit autem Berosus, quòd ipse dictus est B
à Scythis lingua eorum Ianus, quia primus in
Armenia inuenit vinum. Aramea enim & He
bræa lingua, Iain, vinum dicitur, à quo Ianus
vinifer deriuatur. Ergo Arameè Ianus dicitur,
& Græcè Oenotrius, & Latinè vinifer, tam per C
interpretationem nominis quàm munere inuen-
ti vini, siue ad vsum communem, siue ad sacri-
ficia. Hactenus de Oenotrio. Nũc de prima Græ-
corum colonia. Myrsilus dicit Oenotrij Arca-
dis classem primã fuisse. Berosus verò, & Cato, D
& Sempronius dicunt primam fuisse Lygurum
ex Attica, multis ætatibus & seculis ante res
Troianas. Dionysius verò in primo libro per in-
uectiuam dicit Catonem & Semproniũ & alios
simillima fabulis texere, quia non definiunt hi E
storiam. Sed dicimus ad hanc obiectionem Dio-
nysij, quòd de antiquitatibus magis creditur an-
tiquioribus eo, Catoni, Sempronio, & Beroso ve-
raciſsimo, quàm ipsi iuniori, & sæpe in historia
mendaci Græco, & vt ait Plinius in tertio natu F
ralis historiæ, pudet rationem Italiæ mutuari à
Græcis, vbi à Latina dissentiunt historia. Nec
opus erat Catoni & Sempronio & aliis, defi-
nire

A nire Lygurum historiam, quia absolutas Italiæ origines scribunt. Sequitur Myrsilus, quem & Dionysius sequitur. Venit, inquit, Oenotrius Arcas, vbi erant qui tunc dicebantur Ausones. Ergo nomen Ausoniæ fuit ante Dardaniam conditam, Quod equidem concedit veracissimus Berosus. Non ergo dicti sunt Ausones ab Ausone Vlyssis filio post Troianum excidium Pisi, teste Plinio in sexto naturalis historiæ, à Pisa oppido Arcadiæ, præterfluente Alpheo amne dicti, qui vt ait in tertio libro, condiderunt Pisas in Etruria, dicente Vergilio in decimo Aeneidos: Hos parere iubent Alpheæ ab origine Pisæ Vrbs Etrusca solo. Strabo in quinto dicit, quòd eam condiderunt socij Nestoris, qui dicti sunt Pilij. Sed præbuit ei errorem vrbs Pisis vicina, ab his Pilijs condita, & dicta Pilia, & ab Etruscis capilia. Ca enim deriuationem Etruscè significat, vt Capenianum, Caseronianum, Capenas, Capilia, id est, orti à Peniis, Feroniis, & Piliis. Proferimus nunc corruptè Campenianum, & Campiliam addito m, sicut corruptè proferimus Campitolium pro Capitolio. Oropitum verò est vrbs Achaiæ, vt patet in Ptolemæo. Per syncopam nunc proferimus Orpitum, & niutata p, in b, Orbitum, vt protulit Desyderius rex in decreto excisso in alabastro. Est autem Orpitum in Thuscia vrbs propinqua Volturnæ atque Volsinæ. Achæi ab

antiquo rege Achaiæ dicti. Hi teste Iustino A
Perusinam portionem condiderunt, duce Vibio,
vt inscriptio quædam lapidis Perusiæ indicat.
Nam primam eius partem condiderunt Peru-
sini, id est, Gryphonij Armeni, vt author est Be-
rosus, alteram verò Turrhenus Mæon, vti scri- B
bit Appianus de bellis ciuilibus. Vnde est Peru-
sia tripolis, Enianos vocat Plutarchus Eneta-
nos, & Xenophon Enaphos. Eniani fuerunt
Pelasgi sic dicti ab amne & Eniphea regione
Thessaliæ, vbi fuit prælium inter Pompeium & C
Cæsarem, dicente ipso Pompeio apud Lucanum
libro vii. Sanguine Romano qua turbidus ibit
Enipheus. Et item: Et iuxta fluuios & stagna
vndantis Eniphei. Hi Eniani condiderunt in
Tuscia fermè xij. miliario distantem à Roma, D
à se dictam vrbem Enianam, quam epitheto E-
trusco vocauerunt Larthenianum, id est, princi-
pem & metropolim Enianum. Postmodum vt
in aliis commentariis videbitur, Etrusci Veij
ejectis Pelasgis, adiecerunt cognomen Veiens. E
Pelij fuerunt incolæ mõtis Thessaliæ, qui Pelion
dicitur, vbi Chiron habitauit, & celebratũ fuit
conuiuium Thetidis & Pelei, à quo mons Pe-
lion & Pelij incolæ. Hi Pelasgi Enomij sunt, &
incoluerunt in Thuscia mõtem iuxta Orpitum, F
quem adhuc Peliam dicimus, sed eius amnem
Peliam, corruptè paliam pronuntiamus. De
aliis gentibus, quas Myrsilus nominat & ex-

træ

A tra Thusciam sunt, legat commentaria qui vult nostra super Sempronium, fragmenta Catonis, & Berosum. Nunc ad originem Turrhenorum veniendum est, de quibus est principale institutum Myrsili, qui duo facit. Primo recitat opi-
B nionem aliorum de turrenis. Secundo maximis ac validissimis argumentis reprobat eam. Primo igitur sic refert, dicens:

CAPVT SECVNDVM.

C TVrrhenis originem quidam suspicãtur fuisse à Lydis. Existimant enim Atu regi Mæoniæ prognato Herculis & virginis Omphales filiæ Iardanæ reginæ Mæonum fuisse geminos Lydum & Tur-
D rhenum. Cum regnũ neq; duos caperet, & neq; terræ sterilitas in gentem multitudinem pateretur, forte Ato iacta, Lydum successorem designauit, Turrhenũ verò cum maiore parte populi ad quærendas nouas
E sedes foras abire iussit. Is in septentrionalem Tyberis partem veniens, eiusq; totam medietatem à fontibus vsq; ad locum vbi erat prisci Vmbris habitatio tenuit, & cum eis consedit & cohabitauit, & vrbes
F dictas hactenus Mæonias & Turrhenas ædificauit.

Strabo in quinto ferè eadẽ dicit, excepto quia non nominat ad quã portionem Tyberis Thur-

renus consederit. Dionysius item Halicarnasseus A
in primo libro refert hanc opinionem fuisse He-
rodoti & aliorũ, qui vt insinuat Dionysius &
Myrsilus sic argumentabantur. Vbi hactenus & ætate nostra sunt vrbes Mæoniæ &
Turrheniæ appellatæ ibi consedit Turrhenus B
Mæon. Sed hactenus perseuerant vrbes dictæ
Mæoniæ atque Turrheniæ inchoando à fontibus Tyberis, vsque ad finem huius medietatis
vbi erat prisca Vmbrorũ habitatio. Quare absq;
dubio illò venit atque ibi cum Mæonibus consedit Turrhenus. Hoc loci notandum est, quòd prima medietas septentrionalis Tyberis, de qua Herodotus cum alijs probat, est à fontibus Tyberis
vsque Hortem oppidum Tyberinum, vbi secũda
pars Tyberis ad meridiem & Ostiam làbitur. In D
prima medietate inueniuntur 12. oppida à Turrheno & Mæonibus dicta, vt ostẽdimus in Anniis quæstionibus, quæstione octaua. Et in hoc
vt patet fundant se, qui volunt Turrhenos habere originem à Lydis. Quod verò insinuãt Myr- E
silus & Dionysius, dicentes quòd in fine huius
fuit Prisca Vmbrorum habitatio, videtur contrariari Plinio, qui in tertio naturalis historiæ,
cap. vj. non ad Tyberinam regionem, sed ad maritimam videtur ponere priscam habitationem F
Vmbrorum dicens: Vmbro fluuius nauigiorum
capax. Et ab eo tractus Vmbriæ portusq; Thelamon. Respondendum est quòd nullum est nomen

in

A in Plinio quod sonet originem Vmbrorum, sed fluuium & sequentem tractum. Perquirendum est igitur in regione Tyberina, in agro Volturreno, vbi finitur hæc prima Tyberis medietas, secũdum quod arguit Herodotus & eius societas. In-
B uenimus autem in Itinerario Antonini Cæsaris, iter à Roma Tyberinũ, in Gallias hoc modo. Tyberinum iter est Gallera, Larthenianum siue Veiens, Rosulum, Sutrium, Ocilianum, Cyminia iuga, Volturrena, cuius præclaris gestis inuidit
C Liuius, Sale vmbrona, Larthis, & reliqua, vt in commentariis eius dicemus. Sale autem Aramea lingua est, origo & exitus alicuius, vt Rabi Samuel interpretatur. Similiter diuus Hieronimus, Sale dicit significare egressum, li-
D bro de interpretationibus nominum. Quare Saleumbrona est locus ab Herodoto & aliis dictus vbi fuit prisca Vmbris habitatio, vbi orti, & à qua egressi diffusi sunt per eius tractum in Tuscia vsque ad mare & trans Tyberim ad
E montes Vmbriæ. Sequitur autem Antoninus: Post Saleumbrona & Larthes, Volsinum. Quare quoniam ordinatè per iter procedit, vtique Saleumbrona est ante fluuium Larthis & Volsinienses, & est vt paulò pòst dicet Myrsilus ager
F Volturrenæ tetrapolis vbi geniti fuerunt Vmbri. Cui validissimo argumento est, quia limes huius agri in amne Larthis, quem vulgus Martis profert, adhuc ætas nostra vocat Casum

Saleumbrone. Nunc totus ager Viterbensis dici- A
tur, & à Vetralla incipiunt rustici vocare pla-
nitiem Sale, & ad amnem Larthem Saleum-
brone, vt in Anniis quæstionibus probabimus.
Itaque Myrsilus recitata opinione atque ratio-
ne eorum qui aiunt Turrhenũ & Lydos veniſ- B
se ad Tyberinam regionem & Volturnam, quæ
fuit priſcis Vmbris habitatio & ortus, vnde pri-
mum nati ſunt, ac propterea à Saleumbrone di-
ctam, nunc redit ad confutandam eorum opinio-
nem. Et facit duo. Primo illos reprobat. Secun- C
do circa finem libri, rationi eorum factæ reſpon-
det. Prima autẽ pars ſubdiuiditur in duas par-
tes. In prima declarat quibus hiſtoricis ſit ma-
gis credendum ſi diſſentiũt. Secundo probat pro-
poſitum. De primo ſic dicit: D

CAPVT TERTIVM.

SEd hi aperta mendacia fingunt. Nam de gentis antiquitate & origine magis creditur ipſi genti atque vicinis quàm re- E
motis & extremis. Magis igitur creditur ipſis Lydis & Turrhenis atque his vicinis Romanis & qui conſentiunt in eorum patria hiſtoria & origine quã quibuſuis aliis, quamuis aliâs eruditiſsimis. F

Canones pro habenda veritate hiſtoriæ hi tra-
duntur. Primus eſt Plinij in principio, ſecundo
naturalis hiſtoriæ, dicentis: Neminem vnum ſe-

quor

A quor, sed quemcunque veriorẽ perspexero. Stultum est enim propterea quia quis quædam vera scribit, etiam in erratis eum sequi. Legamus ergo ex omnibus rosas, spinas vitemus. Secundus canon est, quem Myrsilus hoc loco exponit. Ter-
B tius est quasi huic similis. Tempora & annales Monarchiarum in temporibus, absque repugnantia prævalent omnibus, quia magis certi. Et hic canon ponitur in fine Philonis, & in principio Metasthenis. Quarta regula. Si duo sint
C pares patria, & antiquitate afferenti probatiora creditur. Quinta regula est beati Hieronymi. quod absque certo authore vel ratione dicitur, eadem facilitate contemnitur qua profertur. Posita ergo secunda regula Myrsilus incipit contra
D Herodotum & eius similes arguere ex Lyda patria historia quid de Turrheno scribat dicens:

CAPVT QVARTVM.

E CAeterùm quæcunq; hi patrij historici dicunt, aduersantur supradictæ traditioni de Turheno Mæone. Etenim Xanthus Lydus in patria historia, nullum Turrhenum Aty fuisse scribit, sed geminos Lydum & Torebum, à quibus Lydos & Tore-
F bos in Asia populos esse tradit, in nullo penitus differentes, nisi quadam prolatione, & quidem parua, vt Dores & Attici. Quis ergo ex Lydis historicis Turrhenũ filium

Atus & fratrem Lydi misit in primam me- A
dietatem Tyberis, vbi antiquissimis vm-
bris fuit prisca habitatio?

Hoc idem argumentũ facit Dionysius Hali-
carnassæus in primo libro vsus eiusdem Xanthi
authoritate, hoc modo. Nullus fuit Turrhenus B
filius Atus, vt Xanthus significat. Igitur nul-
lus eiusce filius venit in Tyberim. Et ressonde-
tur quòd Xanthus deprompsit nomen proprium
Torebus, & non cognomen Turrenus, quod as-
sumpsit teste Beroso à Turrena vrbe qua fuit C
donatus. Stant enim simul, vt nullus Turrenus
nomine fuerit filius Atus, & aliquis Turrenus
cognomine fuerit filius Atus, qui traduxerit in
Turrhenam colonias, non tamen principium ge-
neris fuerit Tusci, sed commixtus atque iunctus D
eis à sanguine auito, vt Sillius in octauo libro
scribit. Verùm adiicit argumentum à tempore
validissimum, dicens:

CAPVT QVINTVM. E

QVinetiam si quid tradit de bello Pe-
lasgico Xanthus, asserit Pelasgos
antiquiores Atu, aggressos bello Thu-
sciam, quæ quondam Vmbria dicta est oc-
cupasse Crotonem, inde Tyberinam re- F
gionem inuadentes etiam ipsam Turre-
nam cepisse, & cum Turrenis cohabitasse,
& ab eis plurimam militarem peritiam
didicisse

A didiciſſe, præcipuè nauticam, qua tunc toti orbi erant admirabiles, de quibus fabulantur Græci, quòd in Delphinos verſi ſunt, qui nauibus alludunt, & his ſocij fiunt. Re enim vera tunc Delphini ob Pyraticam ſi-
B mul & dominium maris dicebantur. Erant enim claſſe potentes, & vndique colonias tranſportabant. Argumẽto ſunt qui Turreni dicuntur, in inſulis Atticis & faucibus Thraciæ. Nanque Turrena ſimul lin-
C gua & cum quibus habitant loquuntur, & eoſdem deos vt Turreni colunt, & eiſdem literis vtuntur. Quare non poſſunt dici ab aliquo Atus filio, qui ante Atum Pelaſgumque regem inueniuntur dicti Tur-
D reni. Et multarum coloniarum authores eodem nomine atque ritu, ante Atum præſcriptarum. Hæc à Lydis didicimus.

Inchoandum eſt ab argumento validiſſimo
E *temporis, poſtea ſingula ſunt exponenda. Xanthus, inquit, dicit Atum fuiſſe poſt Pelaſgos, qui ceperunt Turrenos tunc dictos. Ergo Tuſci non ſunt dicti à Turreno filio Atus, qui non extabat. Rurſus longe ante Pelaſgos iam Tur-*
F *renum nomen erat in Inſulis Atticis, & faucibus Thraciæ quos in colonias tranſportauerunt Turreni, quos Græci fabulantur cõuerſos in Delphinos. Quare multis ætatibus fuerunt Turreni*

ante

ante Atum, qui etiam ipsos Pelasgos antiquio- A
res Atu præcesserunt. His etiam argumentis vti
tur Dionysius Halicarnasseus in primo libro.
Examinanda igitur sunt singula. Primũ quòd
dicit Pelasgos aggressos fuisse Turrenos ante
Atum, videtur falsum, quia Turrenus filius B
Atus venit in Tusciam, quando Dardanus ex
Samothracia profectus ad Atum Mæoniæ re-
gem, fuit donatus regione Phrygia, vbi condi-
dit Dardaniam, & Turrenus veniens in Tu-
sciam donatus est ciuitate Vetulonia, vt Berosus C
in v. antiquitatum memorat. Cæterùm Archas
filius Iouis subegit hoc tempore circa Dardaniæ
conditionem Pelasgos, qui nondum venerant in
Thusciam vt notat Eusebius de temporibus con
ditionis Dardaniæ. Quare Pelasgi eiecti non D
fuerunt ante Atum & Turrhenum, sed eodẽ tẽ-
pore. Ad hoc respondetur, negando quòd Archas
eiecerit priscos Pelasgos de quibus loquitur Myr
silus. Sed quos subegit Archas remanserunt sub
iecti nõ eiecti. Qui autẽ pepulerũt eos fuit exerci- E
tus eorũ quibus dux fuit Deucalion, vt secutor
Myrsili Dionysius dicit in primo libro. Exor-
sus est autem regnare Deucalion circa Parna-
sum anno xxj. Cecropis & Iasij filij Coriti Thu-
sci, vt notat Eusebius de temporibus. Eodem F
enim anno cœperunt regnare Cecrops Athenis,
& Iasius Vetuloniæ, vt author est Berosus in
quinto antiquitatum. Verùm hæc responsio non

satisf

A satisfacit, quia si in Eusebio de temporibus, & Beroso numeremus à xxj. anno Iasij & Cecropis vsque ad Dardaniam conditam, non sunt plures anni quàm quinquaginta, & ideo Atus pater Turreni erat, cum Deucalion Pelasgos à
B Thessalia pepulit. Et Turrhenus erat in conditione Dardaniæ, quando primum Pelasgi venerunt ad Spiretum Padi ostium, vt Dionysius in primo libro est author, & nos in Etrusca historia collegimus. Quamobrem alia est argumen
C tatio Myrsili & Dionysij, si bene ad dicta eorum respicimus. Est enim ista argumentatio. Qui dicti sunt nomine Turrheni, & cognomine Delphini domini maris, scribuntur fuisse ante Atum, & Pelasgum regem. Quare Turrhenum
D nomen erat ante Turrhenum filium Atus, & ita non dicti sunt Turrheni à Turrheno Mæone. Notandum igitur de antiquitate fabulæ Turrenorum Delphinorum, deinde de ipsa fabula. Fuit igitur gesta res Delphinorum vt notat
E Myrsilus ante Pelasgum regem à quo Pelasgi. Fuit autem Pelasgus ætatibus sex, antequam Deucalion illos pelleret ab Armonia regione Thessaliæ, vt Dionysius notat in primo libro. Numeremus igitur sex ætates à vigesimopri-
F mo anno Iasij & Cecropis, quo cœpit regnare Deucalion retrocedendo per annos. Assyriorum tam in Eusebio quàm in Beroso. Regnauit itaque Deucalion anno xxiiij. Spareti regis Assyrior.

ſyriorum, vt notat Euſebius, à quo anno ad ſex- A
tumdecimum Altadis regis Aſſyriorum retrò
ſupputant annos centum quinquaginta, tam
Euſebius quàm Beroſus. Hi autem anni ſex
ætates efficiunt, quoniam ætas vigintiquinque
annorum ſpatium eſt apud Græcos, vti Xeno B
phon docet in æquiuocis. Quare ante Altadam,
qui teſte Euſebio atque Beroſo decimus impera-
uit poſt Ninum, res Turrenorum Delphinorum
geſta eſt, & potentes claſſe maritima Turrheni,
colonias in inſulas Cycladas nauigio prouehe- C
bant. Inuenio autem in Beroſo, quòd duobus an-
nis ante Altadem Hercules Aegyptius potitus
eſt Italia interfectis Leſtrygonibus. Quare ſub
Leſtrygone res Delphinorum geſta eſt. Præbet
argumentum validum, quòd ea ætate Leſtrygon D
regebat regiam Vetuloniam, & frater eius Phor
cus deferebat per mare colonias vt Beroſus docet.
Et ob id Phorcum deum maris loquacitas Græ-
ca fecit, vt Varro dicit & Seruius ſuper v. Ae-
neid. refert, & nos in commentariis Beroſi ſcri- E
pſimus. Fuit huic cognomen portitor Latinè, &
Porthmeus Græcè, & Dagutus Arameè, id eſt,
piſcis porcus. Nam piſcem Dagon, vtum verò
porcum Aramei dicunt, vt periti Hebræi Tal-
mudiſtæ exponunt. Hinc Dagutus eſt piſcis F
porcus, id eſt, Delphin. Nam ob peritiam nau-
ticam & aſſiduam nauigationem ſimilitudina-
rie Delphin dictus. Quamobrem noluit in Ita-

lia

A lia cum fratre regnare, sed Corsicam & Sardiniam sibi sedem maris eligens, toti imperauit cum Piratis Turrhenis mari. Tandem cum Atlante bello nauali congressus, teste Varrone ac Seruio, mari occubuit, & deus marinus habitus
B nedum Delphin. Dixerunt autem Græci eum Porthmea, id est, nauigio vectatorem de loco ad locum. Vnde fingitur portitor esse animarum in fluminibus inferis, quia in infero mari residebat, & ad gentium littora Turrenas colonias de
C portabat. Et ideo fabulosè Nauclerus inferi fingitur, vti est illud Iuuenalis in tertia Satyra quum ait: Iam sedet in ripa tetrumq; nouissimus horret Porthmea. Et in quarto Georgicorum Vergilius, Nec, inquit, portitor Orci, am-
D plius obiectam patitur transire paludem. Itaque vt Xanthus tradit, ante Dardaniam conditam & Atum & Pelasgum regem, id est, ducentis annis ante aduentum Mæonis Turrheni in Thusciam, res Delphinorum Phorci, qui dice-
E bantur Turrheni, gesta fuit. Ergo non à Turrheno filio Atus, tunc dicebantur Turrheni, quia non extabat. Et hoc argumentum quod authore Xantho faciunt Myrsilus & Dionysius, est à tempore inexpugnabili. Fabula verò Delphi-
F norum Turrenorum fingitur à Græcis, & ab Igino & aliis Latinis, & præcipuè Ouidio refertur in tertio Metamorphoseos, qui dicit in ea classe fuisse Delphinorum Turrhenorum viginti, inter

ti, inter quos ex regia vrbe Tusca fuit Lycabas, A
ex Mæoniano Tyberino agro Acetes. Sed Mæo
nia per anticipationem dixit Ouidius more poë-
tico, quia eo tempore tota Volturna regio erat
dicta. Et ex Turrhena regia, id est, Volturna,
Lybis, Opheltes, Medon, Etalion, Proteus, B
Epopeus, Alcimedon & Melanthus. Hi puel-
lum Bacchum siue Dionysium Aegyptium se-
cum ferebant. Dicitur puer, quia Osiris pau-
lò ante in Aegypto interemptus & deus habi-
tus fuit Apis, Iuppiter iustus, Dionysius & C
eiusmodi, vt copiosè tradit Diodorus in primo
libro. Vnde quia deum nouellum ferebant, dici-
tur in fabula puer. Et quum exposuissent Ace-
tem sacerdotem cum simulachro & coloniis in
Naxo insula, mox in Delphinos conuersi, id D
est, ad modum Delphinorum in mare nauigiis
ductis nauigantes, alias colonias deduxerunt
in insulas Atticæ oppositas. Vnde insulæ Tur-
rhenæ dicuntur, vt author est Posidonius. In-
de ad Bosphorum Thraciæ alias Turrenas colo- E
nias dimiserunt, cum religione Tusca, quos in-
colæ bilingues appellant, vt hoc loco Myrsilus
significat, & Dionysius in primo libro expri-
mit. Ex quo patet Græcos percepisse nedum Ae-
gyptias, sed etiam Thuscas religiones. Quòd F
verò durauerit hic ritus vsque ad Pentheum
regem, patet ex fabula, quæ fert Pentheum
punitum, quia relegauit Acetem, id est, Ace-

tis.

A tis ritus Tuscos in sacris Dionysij. Quòd verò de more suo falsum Græci adiiciunt in fabula est, quia ad suum Dionysium Bacchumq; referunt, qui tamen floruit post Pelasgum regem non minus trecentis annis, vt patet in tem-
B poribus Eusebij. Quinetiam vsque ad tempora Orphei durauerunt Orgia Bacchi Tuscaiensia. Nam Orpheus mendacio vsus in gratiam Thebanorum finxit esse Orgia Dionysij Græci, quæ erant Aegyptij, vt Diodorus refert in pri-
C mo libro. Refert quoque Dionysius Halicarnasseus in primo libro quosdam opinatos Turrenos eosdem fuisse & Pelasgos ob nimiam vetustatem. Sed eos refellit probans longè ante fuisse Turrenos cum quibus Pelasgi postea eie-
D cti in Tuscia cohabitauerunt, teste Myrsilo. Sed contra Myrsilum & Dionysium videtur esse Plinius in tertio naturalis historiæ capite sexto, dicens: Etruria sæpe mutauit nomen. Vmbros inde exegere antiquitus Pelasgi, hos
E Lydi, à quorum rege Turrheni, mox à sacrifico ritu lingua Græca Thusci cognominati fuerunt. Si Etruria dicta est Vmbria, & Saleumbrona, quia priscis Vmbris fuit prisca natiuitas & habitatio, vt supra est expositum, &
F si teste Myrsilo Pelasgi cum Turrhenis habitauerunt, quomodo illos exegerunt? Respondendum est, quòd exegerunt debet exponi pro subegerunt. Nam vt narrat in primo libro Dio-

nysius, Siculi in Thuscia cohabitabant Etru- A
scis, quia Phalaris & Phescennium prius à
Siculis quàm à Pelasgis inhabitatæ fuerunt, &
ipsi Siculi erant Itali: quia cum Italo venerunt,
& Mæones Italis iuncti erant à sanguine auo-
rum, simul & sacrata Luco ingenti Turrena B
sedes prisci Coriti, vt Sillius scribit, & nos expo-
suimus in Annia quæstione quarta. Porrò ca-
pta Crotona & Turrena regia, exegerunt Pe-
lasgi Siculos, vt patet in Dionysio. Et ob id à
parte totum dixit Plinius, exegerunt Vmbros, C
id est, consanguineos Thuscorum Siculos. Vm-
bros tamen Turrenos veteres coëgerunt vt cum
eis participato viuerent imperio, & Lucum in-
genem pro fœdere sacrarent, dicente Vergilio
in octauo Aeneidos, de hoc Luco. Syluano fa- D
ma est veteres sacrasse Pelasgos, Lucúmque
diémque. Sed paulò pòst Turreni eosdem pepu-
lerunt, vt idem Dionysius narrat. Sed iterum
dices, quomodo ab Etruria pepulerunt Vmbros,
cum Vmbri sint extra Etruriam? Respõdetur ex E
superioribus, quòd est duplex Vmbria. Prima est
paterna & antiqua, quam Antoninus in Iti-
nerario, & ætas nostra vocat Saleumbrona,
& est ager Volturrenus, vt in fine dicit Myr-
silus. Vnde limitem eius adhuc dicimus vulgo, F
caduta di Sale Vmbrone. Et hi sunt cum quibus
consedit Turrhenus Mæon, vt ait Herodotus,
quia eorum ciuitate Turrena donatus est, vt

Berof

A Berosus exprimit, & Sillius in octauo significat dicens: Mæoníæque decus quondam Vetulonia gentis. Et ab hac Etruria mutato nomine dicta est Vmbria scilicet prisca, vt Plinius & Myrsilus insinuant, & tam Xanthus quàm
B Myrsilus & Dionysius Halicarnasseus Vmbriam vocant de bello Pelasgico, quia ante Pelasgos Vmbria dicta erat. Turreni autem progenitores Vmbrorum vocati sunt Galli veteres à Latinis, dicente Solino in Collectaneis: Vete-
C rum, inquit, Gallorum prolem Vmbros esse Marcus Antoninus asseuerat. Galli autem veteri Etrusco & Arameo simul & Hebræo vocabulo, à Gallim, id est, inundatione dicti sunt. Et ideo veterum inundatorum proles
D prima in Saleumbrona sunt Vmbri iuniores, qui postea multiplicati per Thusciam & in montibus Apeninis diffusi fuerunt, & paterno epitheto, non propria fortuna Vmbri dicti sunt. Ergo hoc pacto intellexit Isidorus libro decimo-
E quarto Etymologiarum, dicens: Thuscia est pars Italiæ. Vmbria est pars Thusciæ, scilicet prisca Saleumbrona. Et de iuniore Vmbria subdens: Est, inquit, etiam Vmbria in Apeninis iugis ad meridiem versa. Exponit igitur Myr-
F silus & eum secutus Dionysius Halicarnasseus, quòd Xanthus Lydus in patria historia, nullum filium nomine Turrhenum fuisse Atui memorat, & quòd in narratione Pelasgici belli non

ſolum ante Atum, verumetiam ante primum Pelaſgorum regem fuiſſe Turrenos nomine dominos maris tradit, & ob id in Lyda hiſtoria, potius contra Herodotum & illi conſentientes de Turrenis haberi, quàm pro eis. Nunc quid à Turrenorum hiſtoria tradatur, ita ſubiungit dicens:

CAPVT SEXTVM.

NVnc quid de ſe Turreni dicant eſt inferendum. Primum rident ſe ab aliquo aduena denominatos, qui ſe ſolos indigenas in Italia exiſtimant, atque à vetuſtiſsimi dei ſui quem Ianum Vadimona vocant filio Razenua nominant. Tetrapolim quoque ſuam Eturſiam eiúſque partem Bolturſenam, Betuloniam, Tuſſam, & Harbanum cognomine Calumbum à Luco nuncupant, eámque à Deo ſuo aureo ſeculo mox poſt inundationem terrarum nedum ante Atum conditam aſſerunt. Nam & ab inundatione ipſa ſuum agrum ſua patria lingua vocant Saleumbrone, vbi primum geniti Vmbri. Producunt quoque ſuæ vetuſtatis veſtigia multa, vt deos, ritus, mores, literas, leges. Quæ profecto omnia congruunt his quę probatiores Græci hiſtorici tradũt.

Scrib

A Scribunt enim solos Turrenos in Italia vetustissimos esse, qui neque ab aliis pendent origine, neque vt cæteri conuenæ & aduenæ, sed propria regione se oriundos, quandoquidem vetustissimi differunt, Deis &
B moribus nedum ab aliis Italiæ populis, sed etiam à vicinis Crotonienſibus & Perusinis à fronte, & à proximis Phaliscis à tergo, quos intermedij iacent. Nam cunctis Tuscis Dij Deæque sunt Iuppiter & Iuno, soli
C Turreni colunt Ianũ & Vestam, quos lingua sua vocant Ianib Vadimona, & Labith Horchiam.

Fermè cuncta Dionysius in primo libro ab loco isto Myrsili excerpsit, vt patet percurrenti
D *primum librum Dionysij. Et sunt hæc argumẽta. Primum quidem quia Indigenæ sunt omniũ antiquissimi. Porrò historici eorum dicunt se solos indigenas Italiæ. Quare vetustissimi & ante Turrhenum aduenam. Item historici eo-*
E *rum & seipsos à Razenua Dei sui Iani filio cognominant. Non ergo Turreni cognominantur à Mæonibus. Hæc eadem duo argumenta antiquitatis Thuscorum, tum quia non aliunde conuenæ vel aduenæ, sed soli indigenæ in Italia,*
F *tum quia à vetustissimi Iani filio Razenuæ cognominantur, etiam Dionysius in primo libro facit. Sanè secundũ Berosum, Iano fuerũt plures liberi, inter quos iuniores, marem Cranũ, & fœ-*

mellam Cranam vocauit. Cranam fecit Helernam in Latio, & eius meminit Ouidius in vj. Fastorum. Etrusci illam à patre vocauerunt Ianam, cui sacra erat herba quam adhuc dicimus capillos Ianæ. Porrò huius fratrem Cranum, cognominauit Ianum RaZenuum à Raz, id est, A
Sacer, & Inuus, id est, incubus & propagator. B
Hinc RaZenua sacer propagator dicitur, & præerat coniugiis. Est igitur deus coniugiorum Etruscorum à quo Vetuloniæ adhuc perseuerant, amnis RaZenus, regio RaZenensis, & C
cripta RaZenua, vt exposuimus in xxvij. quæstione Annia, & in commentariis Berosianis. Tertium argumentum à nominibus vrbis regiæ quam proferunt Etursiam, & partes eius Volturſenam & reliqua. Cuius enim nominis origo D
est à Tursibus, vtique non à Turrheno. Cæterùm Volturrenam & Etruriam, illi vocant à Tursibus Etursiam & Tursenam & Volturſenam, id est, antiquam Tursenam. Non igitur à Turrheno Mæone sed à Tursibus Turreni, Volturreni E
& Eturri siue Etrusci dicti sunt. Hoc argumentum in primo lib. etiam Dionysius Halicar. facit, & nos totum exposuimus in quæstionibus Anniis vj. ix. x. xvj. Nec te moueat quòd hic Græcus Myrsilus scribat Bolturſenã & Betulo F
niã, quia Græci vtũtur sæpe, b pro, u Latino. Calũbum, vt in Annia quæst. xxviij. exposuimus, viride interpretatur. Et quia vetustissimos Turre-

nos

A nos asseruit, probat per id, quòd antiquissimi Italiæ populi existimantur Vmbri iuniores. vt etiã Plin. scribit in lib. tertio naturalis historiæ, cap. xv. Ergo his antiquiores fuerunt progenitores eorum veteres Galli Ianigenæ Sale Vmbro-
B ni, vt exposuimus. Et hi fuerunt aureo seculo & fundauerunt regiam Volturrenam, id est, antiquam Turrenam, vt etiam Cato in originibus dicit. Ergo ante Ninum & aureo seculo post inundationem, Turrena à Tursibus, & non à
C nouitio aduena Turrheno Mæone dicta fuit. Argumenta quoque Turreni suæ antiquitatis proferunt quinque, scilicet deos in primis, quia omnes alij Thusci habent & colant Iouẽ & Iunonem. Nã Turreni habẽt à fronte vicinos Cro-
D tonienses & proximiores Perusinos, & tamen Perusia colit Iunonem vti vrbis deam principem, vt significat Appianus de bellis ciuilibus. A tergo verò Turrenis proximi sunt Phalaris & Phalisci quorũ mons est Soracte, vt Acron
E dicit super Odas Horatij, Oda illa, Vides vt altum stet niue candidum Soracte. Turreni verò antiqui, id est, Volturreni iacent medij inter Phaliscos à tergo, & Perusinos à fronte, & colunt Phalisci vti Perusini Iunonem, dicen-
F te Ouidio in Fastis: Adde senem Tatium, Iunonicolásque Phaliscos. Soli verò Turreni differunt diis, scilicet primo antiquissimo Iano Vertumno cognomine, quia is est princeps deus He-

truriæ,vt author est Varro in primo de lingua A
Latina & vetustissima eius vxore Vesta Hor-
chia,quia ea est Dea Hetruriæ,vt Liuius asse-
rit in sexto ab vrbe condita.Et item ex minori-
bus Diis est deus Cranus RaZenua.Verùm non
solũ à vicinis sibi,sed etiam remotis differt deis, B
quia Populoniis philarcha deus erat Iuppiter.
Contra Myrsilum,Varronem & Liuium:vide-
tur quia etiam Romæ Ianus,Vertumnus & Ve-
sta quæ & Horchia colebantur. Respondetur
quòd non colebantur vt dij municipales princi- C
pes,quia dij principes in Latio sunt Ops & Sa-
turnus,vt Varro est author in de lingua Lati-
na.Aliud argumentum antiquitatis priscæ est
sermo Arameus,quo Turreni etiam à proximis
Phaliscis differebant,quia teste Strabone in v. D
Phaliscos ponunt distinctam linguam & gen-
tem à Turrenis.Similiter & Crotonienses di-
stinguuntur sermone à Turrenis,vt Dionysius
exprimit in primo libro.Tertium antiquitatis
vestigium sunt literæ Hetruscæ, quæ in sola E
Turrrena,nunc patrimonio reperiuntur.Et sunt
antiquissimæ Phœnices,vt ostendimus in edi-
tione de origine literarum & philosophiæ.
Quartum argumentum sunt leges Ianigenæ,
& quintum ritus,& religiones Ianigenæ,qui- F
bus sicut ante omnes,omni tempore fuit dedita
gens Hetrusca,ita excelluit arte colendi ea,vt
author est Berosus in antiquitatibus,& Liuius

in

A in principio quinti ab vrbe condita. Vltimum argumentum tam Myrsili quàm Dyonisij in primo libro probat magis credendum esse historicis Græcis qui cum patria Turrenorum historia sentiunt, quàm aliis Græcis qui ab eis dissen-
B tiunt, quia in patria historia magis creditur patriis historicis & qui eos sequuntur, quàm alienis & remotis. Vnusquisq; enim certius nouit domus propriæ ac patriæ interna gesta, quã externi & remoti. Quare probatiora quibus
C certius credatur, scribunt Græci qui Turrenos tradunt non esse Lydorum prolem, sed priscam gentem Italiæ indigenam, quia his solis perseuerant priscæ literæ, mores, ritus, dij, studia, leges, aliis verò sunt hæc aduentitia & noua &
D nimis à vetustate differentia. Contra hoc potest obiici, quia Valerius Maximus in libro secundo cap. de more ludorum dicit, quòd à Curetibus & Lydis Thusci trahunt originem. Respondetur quòd non negat Myrsilus quin Thusci ha-
E buerint aliquantam originem ab his, vt patebit in fine, sed negat quòd prima his origo & denominatio Turrena fuerit à Lydis, quibus certissima origo fuit ante Ninum, aureo seculo sub Iano, & mox post inundationem terrarum,
F quum fuerint veteres Galli, id est, prisci inundati genitores Vmbrorum, vt Cato in originibus scribit, & Solinus in Collectaneis ex M. Antonio refert dicens: Veterum Gallorum pro-

lem Vmbros esse M. Antonius asseuerat, & eosdē à Græcis dictos Vmbros, paterno epitheto, quia tempore aquosæ cladis imbribus superstites fuerunt. Hactenus argumenta produxit Myrsilus, & post eum Dionysius à patria historia Lyda & Turrena, nunc à vicinis Turrenæ Romanis testimonium vltimum requirit dicens:

CAPVT SEPTIMVM.

IPsi quoque Romani fatentur Hetruscos esse vetustissimos & aureo seculo natos, à quibus aras, ritus, diuinationes, colonias, & disciplinas habuit prisca Italia, initio sumpto à prima eorū Tetrapoli dicta Hetruria, à qua illos Romani Hetruscos cognominant. Nō est igitur aduersariis vlla via qua probent eos Turrenos à filio Atus habere vel nomen vel originem, sed id nomen desumpsisse à Tursibus, quia ipsi Surses & Sursenas si sunt vrbes pontificiæ, & Turses ac Tursenas.

Hæc cuncta iterato Dionysius in primo libro repetit visque tota argumenti in hoc est: Omnis probatio certissima historiæ est ab authoribus patriis, vel patriæ proximis. Quare aduersariis nulla certa via restat probandi Turrenos esse prolem Lydam, vel ita cognominatos à Lydis. Si enim Xanthum Lydum historicum legant, inuenient, nullum nomine Turrhenum

fui

A fuisse filium Atus, aut venisse in Thusciam, sed Turrhenos fuisse maris dominos ante Pelasgum regem. Si item quærant Thuscorum patriam historiam, respondebit solos Turrenos esse in Italia indigenas, & à nullo alio pendere, aureo se-
B culo ortos, Iano Deo & patre, seq; parentes esse Vmbrorum & totius Italiæ, quibus solis sint dij patriæ principes Vertumnus, Horchia, parentes Italiæ, & Razenua deus, à quo vti à duce se Razenos vocant, & à turrita metropoli Turre-
C nos, quam Asiani lingua sua Mossyneam, Hetrusci verò Tursenam & Sursenam, proferunt, Romani autem Surrenam & Turrenam. Si vltimo à vicinis Romanis quærant de Turrenis, vtique Fabius Pictor, Cato, Sempronius, & alij
D vetustiores Romani, dicent se vocare illos non à Turrheno aliquo duce, sed à prima regia metropoli dicta Hetruria Hetruscos, aureo seculo sub Iano ortos, vetustissimos patres Vmbrorum atq; Faunorum & nympharum Aboriginum prisco
E rum, à quibus prisca Italia religionem & disciplinas susceperit. Nulla igitur restat aduersariis, via, vt à probatioribus sumãt argumentum. Hoc loco notandum est, quòd falsum est, quod Myrsilus ait Tursenã dici Turritam te-
F trapolim. Nam vltra Lucam & montem Catinum in Apuana Thuscia est Tursena oppidum olim turritum paruum, & non tetrapolis, sed monopolis, vt Oculus probat. Hoc oppidum ætas

nost

nostra corrupta prima litera t, & posita c, ob A
propinquitatem prolationis, non Turrenam sed
Cursenam profert. Potest tamen saluari Myrsi-
lus, quia loquitur solũ de antiquis Turrenis qui
Volturreni, id est, antiqui Turreni dicuntur. Et
hoc videtur ad intentionem ipsius Myrsili & B
Dionysij in primo lib. Et hoc patet ex tribus. Pri
mo quia loquitur de Turrenis qui iacent medij
inter Perusinos & Phaliscos. Secundo quia di-
cit quòd Romani vocant eos Hetruscos à metro-
poli dicta Hetruria. Sed ea est Volturrena circa C
Volsinos, vt copiosè probauimus in quæstionibus
Anniis, quia Tursena, Etursia, Etursa, Voltur-
sena, quas Romani proferunt Turrenam, He-
truriam, Hetruscos, Volturrenos, eandem habent
tum deriuationem tum definitionem, tum vel D
maximè quia inuincibilem à coniugatis habent
argumentationem. Si enim teste Plinio in ter-
tio naturalis historiæ capite sexto Ciues Voltur-
reni in quorum parte eadem sunt Volsinienses,
hi sunt proprio cognomine Hetrusci, vtique ci- E
uitas Volturrena in cuius parte eadem sunt
Volsinienses, ipsa sit proprio cognomine ciuitas
Hetruria necesse est. Sed hæc vt diximus copiosè
explanata sunt in quæstionibus Anniis, & in
commentariis Xenophontis dictum est quid si- F
gnificent ista, Monopolis, Diopolis, Tripolis,
Tetrapolis. Itaque Myrsilus loquitur de Voltur-
renis Hetruscis priscis, qui medij sunt inter iuga

Cymi

A *Cyminia & Volsinienſia, vbi limites erant Perusini. Et in his eſt verum quòd Turſena & Volturſena, id eſt, antiqua Turrena ſignificat Turritam tetrapolim nunc Viterbum, vt in Anniis quæſtionibus probabimus, cui Surſena quam*
B *Surrenam proferimus, proxima eſt, & inſcriptio dicit Surrenienſibus Auguſtalibus. Et ita ſaluatur Myrſilus. Tandem ex his Myrſilus ita concludit dicens:*

C

CAPVT OCTAVVM.

QVòd ſi etiam ad hos venit Torebus filius Atus, vtique non ab eo aduenæ nominati ſunt Turrheni indigenæ, ſed econtrario ab eis Torebus fuit cognomi-
D natus Turrhenus à Græcis. Igitur & ſi totam Italiam coluerint Græci, vt noſtri tradunt, ex ipſis tamen Lydis & Turrhenis viciníſque Romanis, falſa eſſe oſtendimus, quæ contraria his de Turrhenis multi, vt
E diximus conſcripſerunt.

Vltima concluſio Myrſili per vnam diſtinctiuam, probationem habet hoc modo. Aut Torebus filius Atus non venit in Thuſciam, & ita Turrheni non dicuntur ab eo. Aut venit,
F *& tunc quia indigenæ non denominantur ab aduenis, & item ante Pelaſgum regem Turrhenum nomen & dominium inuenitur: conſequens eſt, vt antiqui Turrheni non dicantur à*

Tore

Torebo nouitio, neque sint proles Lydorum, sed A
econtrario ipse aduena Torebus, ab indigenis
Turrhenis cognominatus sit Turrhenus. Notan-
dum est primùm quòd Græci qui dicunt Turrhe-
nos fuisse antiquiores nomine Turrheno, quàm
Torebus filius Atus, scribunt r h aspiratũ Tur- B
rhenus, vt significetur prolatio Etrusca qui di-
cunt Tursenum & Tursenam, & non Romana
qui proferunt Turrenum & Turrenam. Nam
r h aspiratum semi is est. Et ideo dicit Myrsilus,
quòd non Turreni à Turrheno, sed potius Tur- C
rhenus à Turrenis derivationẽ habet. Item quia
aduenæ ab indigenis cognominantur. Contra
quia Etruria à Tursibus dicta, & habitatori-
bus Vmbria, ab aduenis Pelasgis & Lydis Tur-
rhenis mutauit nomen, vt insinuat Plinius libro D
tertio naturalis historiæ capite sexto. Ad hoc
respondetur per id quod ait Seruius super primũ
Aeneidos, quia victi à victoribus nomen acci-
piunt. Et idcirco Etrusca Vmbria Pelasgia, li-
cet parum duraucrit, à victoribus Pelasgis di- E
cta fuit, qui Syluano fanum ingens Volturnæ
sacrarũt, teste Vergilio in octauo Aeneidos,
iuxta quam Volturnam adhuc manet planicies
dicta campus Pellasgi à vulgo. Et mox à Tur-
renis victoribus dicta est Turrhenia, vt supra- F
dicto loco Plinius dicit, & nos in Etrusca hi-
storia explanauimus. Porrò Torebus veniens nõ
vicit eos, sed iure cõsanguinitatis à Cybele vxore

A *Iasij, & filio eius Bante Larthe Thusciæ, comi hospitio susceptus & Vetulonia decoratus est, vt author est Berosus in quinto antiquitatum. Et Sillius significat in octauo libro dicens: Mœoniæq; decus quondam Vetulonia gentis. Et idcir-*
B *co Torebus vt aduena susceptus, & in eorum ciuilitatem, iura, leges, ritus, loquelam, & cognomen transiens, Turrhenus & ab eo Turrheni Lydi cognominati fuerunt.*

C

M. CATONIS FRAGMENTA DE ORIGINIBVS, CVM COMMENTARIIS ANNII.

D MArcus Cato Porcius, Sempronius & alij viri illustres Romani scripserũt de origine gentium & vrbium Italię, vt ait Dionysius Halicarnasseus in primo libro. Et Sempronium quidem non potui de ori-
E ginibus inuenire, nisi is liber sit cui est titulus, de diuisione antiqua Italiæ, cuius iã cõmentaria cõfecimus. Porrò quisquis fuerit iste Cato qui de originibus scripsit, nõ potui eũ integrum habere, nisi fragmenta &
F quidem inordinata in collectaneis vetustis cuiusdã magistri Guilielmi Mãtuani. Nos verò in ordinẽ solũ fragmenta redegimus, vt cuncta simul quisq; legat, quę ad vnã re-

gio

gionē Italiæ ſpectāt,& alia ſingula ſuis lo- A
cis,vt ſub exemplo,quæ ad Etruriam ſolā
fragmenta ſpectant,in Etruriæ commen-
tariis ponemus,& ſic de ſingulis. Et quoniā
plurima eorum quę in his fragmentis Ca-
to ponit,etiam Plinius,Sempronius & alij B
docent,& in aliis commentariis expoſui-
mus,idcirco ne immenſitas commentario-
rum lectorem obruat, breuibus abſoluē-
mus cuncta niſi vbi noua neceſsitas dicen- C
di plura occurrerit. Diuiduntur autem hęc
fragmenta in duas partes. In prima eſt
vnum fragmentum proœmij. In ſecunda
ſunt fragmenta originum. Primo igitur
ponitur fragmentum proœmij in quo ſunt D
hæc verba Catonis.

GRæci tam impudenti iactantia iam
effunduntur,vt quoniam his dudum
nemo reſponderit,ideo liberè à ſe ortam
Italiam & eandem ſpuriam ſimul & ſpur-
cam atque nouitiam,nullo certo authore E
aut ratione,ſed per ſolam inſaniam fabu-
lentur. Quamobrem nunc,vt cæteris La-
tinis viam faciam: quæcunque memoria
prodita gentibus Italiæ ſunt,& nunc Ro-
mano imperio ſubditis,diis volētibus ſcri F
bere inſtituo.

*Ergo Græcorum iactantia ſimul & ignomi-
nioſa origo Italiæ per inſaniam à Græcis falſo*

obie

A obiecta Catonem impulit ad scribendum de origine Italiæ. Quam obiectionem etiam scribens ad filium deplorabat, quam ad verbum Plinius ponens in vigesimonono libro naturalis historiæ cap. primo: Marci, inquit, Catonis propria verba
B ponamus. Dicam de istis Græcis suo loco Marce fili, quid Athenis exquisitũ habeam, & quòd bonum sit illorum literas aspicere, non perdiscere. Vincam nequissimum & indocile genus illorũ. Et hoc puta vatem dixisse. Quandocunque ista
C gens suas literas dabit, omnia corrumpet. Tunc etiam magis si medicos suos huc mittet. Iurarũt inter se Barbaros omnes necare medicina. Sed hoc ipsum mercede faciunt, vt fides his sit, & facilè disperdant. Et subdit Cato: Nos quoque di-
D ctitant Barbaros & spurios nosq; magis quàm alios opicos appellatione fœdant. Itaque Cato vaticinium egit, vt quum Roma & Italia eorum authores reciperet, tum omnia corrumperent, quia authores eorum pleni mendaciis, omnium
E originibus nebulas iniicere curauerũt. Vnde Lactantius in primo libro diuinarum institutionum, cap. xv. Apud etiam malos reges panegyricis mendacibus adulantur. Quod malum à Græcis ortum est, quorum leuitas instructa di-
F cendi facultate & copia, incredibile est quantas mendaciorũ nebulas excitauerit. Scimus enim, inquit Iosephus contra Appionem grammaticum, in quot locis Hellanicus de genealogijs &

temporibus ab Ageſilao diſcrepat, & in quan- A
tis Herodotum corrigit Ageſilaus, & Ephorus
Hellanicum in pluribus oſtendit eſſe mendacem,
& Ephorum Timeus, Timeum poſteri, Herodo-
tum cuncti. Semper enim Græci, vt author eſt
Diodorus in tertio, paruo tempore literis impenſo B
ad quæſtum conuertuntur, & eius gratia no-
uas res per opinionem adinueniunt, & de rebus
maximis diſſentiunt & altercantur, nullaq;
certa ſcientia reddita, ſemper in confuſo audito-
res ſuos relinquunt, & per omnem vitam ani- C
mos hominum errare compellunt. Quamobrem,
vt Cato in fragmentis dicet, Etruſci ſemper hor-
ruerunt literas & diſciplinas Græcorum, & ob
id nolebant etiam literas Latinas ſuſcipere,
etiam poſtquam Etruriæ ciuitas Romanis à D
Turrheno data fuit. Itaque iuxta eiuſdem Ca-
tonis vaticinium, quia futurum erat, vt ſuſce-
ptis literis & authoribus Græcis Italiæ vetus ful
gor obtenebraretur mendaciis Græcorum, ipſe
charitate patriæ atque Italiæ motus, luſtrauit E
Italiam, & quæcunque memoria prodita erant
apud ſingulas gentes Italiæ collegit, potiſſimè
apud Turrhenos qui patres Vmbrorum fuerunt,
& illas vetuſtiſſimas leges, literas, ritus, mores,
temporáq; inundationis & Iani retinebant, vt F
Dionyſius in primo libro inſinuat, & Myrſi-
lus ſuperius expoſuit. Vnde occurrit Cato men-
daciis & verboſitati Græcorum, pro ſeruanda

Italiæ

A Italiæ antiquitate, & quidem ſplendidiſſima, oſtendens habitatam Italiam longe ante vitiatorem aurei ſeculi Ninum regem Aſſyriorum, quando Græci nondum erant, nec quiſpiam eorum in Italiam venerat. Et hanc anti-
B quitatem auream qua per totum orbem nulla erant nota inuaſiua arma ante Ninum, omnes conſentiũt fuiſſe ſub Iano, Cameſe, atque Saturno priſco Caſpio, non Græco, qui poſt Ninum primus floruit Apteras, annis quingentis & am-
C plius, vt notat Euſebius de temporibus, & nos copiosè probauimus in aliis commentariis. Vnde, vt videmus, omnes ab aureo ſeculo originẽ Italiæ ſcribere atque mentibus hominum imprimere ſtuduerunt, Fabius Pictor, Sempronius, Trogus,
D Iuſtinus, Cato, Vergilius, Ouidius, tam in Faſtis quàm in opere maiore, Macrobius in Saturnalibus, & alij qui de Iani, & eius collegæ vetuſti Saturni ætate loquuntur. Hoc enim principio veluti fulgore maximo Græcis men-
E daciis oppoſito, mox velint nolint, concludebant noſtri maiores. Ianus regnauit in Italia aureo ſeculo. Ergo Italia habitata fuit in primo generis humani ortu, quoniam tam Græci quàm Latini confitentur, quod in principio generis hu-
F mani, prima ætas aurea ſata fuit. Alioquin principium generis humani, non fuiſſet prima ætas. Rurſus ita noſtri Græciam mendacem audentem in hiſtoria redarguebant. Ianus regnauit

ætate aurea. Ergo ante Ninum fuit habitata A
Italia, quippe quod ipsi Græci concedunt, Ni-
num fuisse primum, quem nouerint cupiditate
regnandi toti Asiæ atque Aegypto arma vi-
ctricia intulisse, & auitum aureum morem gen-
tibus immutasse. Erant enim tum rudes ad re- B
sistendum homines, qui aureo seculo assueti, nulla
nouerant arma, & ob id facile terminos vsque
Libyæ illos perdomuit, vt noster Trogus ait, &
post eum Iustinus abbreuiat in primo Epito-
matum. Verùm nunc ætate nostra, qui se literis C
Græcis dant, etiam hæc negligunt. tantum vi-
delicet virus contra veritatem secum ferunt li-
teræ Græcæ, vt nunc etiam, quod maiores no-
stri probauerunt, aureo seculo natam Italiam
funditus ignorent. Et non aduertunt quòd Iu- D
uenalis noster Aquinas exclamet in Satyra: Et
quicquid Græcia mendax Audet in historia.
Et item: Quid, inquit, rancidius quàm quòd se
non putat vlla Formosam, nisi quæ de Thusca
Græcula facta est? Et item: Omnia Græcè, quum E
sit turpe magis nostris nescire Latinè, Fœminas
reprehendit, sed viros includit, quum nullus se
putet doctum, nisi qui de Thusco, qui prius di-
sciplinas fluctuantes Græcorum horruerat, teste
Catone: Græculus est factus. Gaudent quidam F
Itali, quòd omnia Græca fabulosa nouerunt,
quum sit nostris magis turpe res nescire Lati-
nas, & Italiæ origines & antiquissimos splen-

dores

A dores. *Bonum est, inquit Cato, literas Græcas aspicere, non perdiscere. Aspiciamus igitur authores Græcos, vt si quid consonum Italico fulgori inuenerimus, vti nostrum ab eis eripiamus. Vbi verò contraria scribunt, non perdisca-*
B *mus, id est, non credamus, quoniam veritatem vt cancer corrumpunt: pudeatq; rationem Italiæ mutuari à Græcis, vt loquitur Plinius in tertio naturalis historiæ, capitulo decimoseptimo. Hactenus de proœmio Catonis, nunc ad ori-*
C *ginum fragmenta reuertamur, in quibus Cato facit duo. Primò ponit in communi originem orbis, & Italiæ. Secundò singularum gentium Italiæ. Primò igitur ponit duas opiniones de origine orbis & Italiæ in communi, dicens con-*
D *tra Græcam leuitatem:*

ITaliæ splendidissima origo fuit, tum tempore, tum origine gentis. Cœpit enim aureo seculo sub principibus Diis Iano, Camese, Saturno, gente Phœnicia &
E Saga, quæ post inundationem terrarum per orbem prima colonias misit. Et de mundi quidem origine authores non paria sentiunt. Nam Chaldæi sibi sempiternitatem persuadent. Phœnicibus verò ac
F Sagis magis placet origo. Inter vtrosque conuenit ante Ninum circiter annis quinquaginta & ducentis, quibus durauit aureum seculum, terras fuisse inūdatas, & in

Scythia Saga renatum mortale genus. Si- A
ue enim ab æterno mundum existimes, &
ignis principio cuncta tenuerit, & sensim in
sua loca elementa coëuntia homines pro-
duxerint, siue (vt fertur) ante aureum se-
culum terras subrutas inundatio possede- B
rit, & exsiccata humo apparuerint homi-
nes, equidem principatus originis semper
Scythis tribuitur, à quibus auctis colonias
per orbem missas ferunt.

Breuibus Cato absoluit innumeras histo- C
rias, & infinitam syluam rerum, quæ cuncta
vtcunque nos exponemus. Prima fronte vani-
tatem Græcam, & ignominiam obiectam eli-
dit, dicens: Italiæ origo splendidissima conuinci-
tur à multis locis. Primo quidem ex tẽpore splen- D
didissimo, quia aureo & non ferreo ac spurio si-
mul & opico seculo nata est. Secundo, à splen-
dore progenitorum. Sanè sciendum est, vt hic
ait Cato, & Diodorus etiã in tertio libro, Chal-
dæi sempiternum mundum opinati sunt. Phœni- E
ces verò Sagi ex tempore factum crediderunt.
Primos sequitur Aristoteles, secundos Plato &
Christiana fides. Conueniũt de inundatione vni-
uersali, quæ præcessit Ninum & auream ætatem
annis ducentis quinquaginta, vt Cato suppu- F
tat, aut his vno minus, vt tradunt alij, ex Græ-
cis quidem Xenophon & Archilochus, ex Phœ-
nicibus Maseas Phœnix & Hieronymus Ae-

gyptius

A gyptius, & ex Latinis Fabius Pictor. Fuerunt autem diluuia ab authoribus notata quinque, vniuersale q; per antonomasiam dicitur terrarum inundatio. Secundum, Niliacum. Tertium, Atticum. Quartum, Thessalicum. Quintum,
B Pharonicum. Quæ in libro de æquinoctis Xenophon, & nos in commentariis super ipsum exposuimus. Cato & Fabius & alij de primo loquũtur, quia ipso exacto cœptum est humanum genus, & prima ætas aurea. Sed siue diluuiũ præ-
C cessit, siue nullum diluuiũ ante Ninum vniuersale fuerit, vtique non semper fuêre homines, sed post chaos innumera tempora, vel post dictũ diluuium cœpit ex putrefacta humo genus hominum prodire, vt Græca vanitas contra ve-
D ram philosophiam sensit, & Diodorus in primo libro repetit. Non enim quod nobilissimum est in natura semel accidit, neque disponi potest corpus sine certo semine ad humanam animam. Sed de his aliàs. Siue ergo ex putrefactione primũ cœ-
E perint homines, siue à Deo conditi, siue à prima inundatione terrarum seruati, quæritur vbi primum cœperint, & inde diffusi fuerint per orbem. Respondet hoc loci Cato, & similiter Trogus, & eius abbreuiator Iustinus, & sanctus Moyses,
F quòd primum in Scythia cœptum est, & Scythis principatus originis à cunctis ratione tribuitur. Quærendum est item, quo loco Scythiæ primo resedit. Respondet Diodorus Siculus in ter-

tio ex Scythica historia, quòd principio sui parua numero & ignobilis dominatu (qui non erat) consedit generatio hominum iuxta fluuium Araxim in Armenia maiore. Moyses quoque in Armenia maiore saluatum fuisse humanum genus & multiplicatum, & ab inde per orbem in colonias diuisum, scribit. Eadem scribunt Berosus Chaldæus, Maseas Phœnix, Hieronymus ac Manethon Aegyptij, vt author est Iosephus in primo de antiquitate Iudaica. Est autẽ Armenia maior eadem Aramea & Saga vicina Persis, vt insinuat Plin. in sexto natur. histor. cap. xvij. dicens: Scytarum populi Persæ illos Sagas vniuersos appellauere, à proxima Saga gente, antiqui Arameos. Cui argumento est vrbs prima quam ædificauerunt iuxta Araxem fluuium vbi consederũt. Nam Ptolemæus per syncopam vocat illam Sagalbinam, alij verò Geographi sine syncopa Sagam Albinam: sicut quidam per syncopam Volturnam alij sine syncopa Volturrhenam vocitãt. Est autem Saga lingua Aramea, id quod Sangni lingua Sabina, & ab eo sanctus sacerdos lingua Latina. Vnde Sagam Festus pro sacerdote expiatrice exposuit, & diuus Hieronymus libro interpretationum pro sacrificulo & immolatore, id est, pontifice intepretatur. Quare illa prisca gens post diluuiũ dicta est Saga, id est, pontificia & Thusca siue sacrificola, quia teste Beroso religiones & ritus à Iano edocta

A edocta primùm fuit. Moyses verò tradit, quòd Noa primus pontifex cum filiis & vxoribus sacrificia & holocausta obtulerit. Siue igitur idem sit Ianus & Noa, vt tempus & epitheta vtriusq; conuincunt, & Berosus asserit, & plures iunio-
B res consentiunt, vt in commentariis Berosianis exposuimus: siue homines principes diuersi fuerint, omnes tamen Iano epitheta splendidissima tribuunt, quòd ante inundationem fuerit cum filiis & vxoribus patria Phœnix, & nauigio in
C Armenia cum eis saluatus fuerit primus pater Chaos, & semen orbis, vnde Dei & homines formati fuerunt: primusq; rex & Monarcha ætatis aureæ, penes quem vnum erat vasti custodia mundi, & ius omne vertẽdi cardines, & dandi
D albam virgam, id est, primos fasces, vt Berosus explicat, & omnis Latina historia de Iano cõsentit, quam Ouidius in primo libro de Fastis & aliis recollegit. Vnde ab eo Saga, Sagi Tusci appellati sunt à pluribus, vti est illud Plinij in
E tertio naturalis historiæ, capite decimoseptimo. Omnia, inquit, ea flumina fossasq; primi Sagi fecêre Thusci, egesto amnis impetu per transuersum in Atrianorum paludes, quæ septem maria appellantur, nobili portu oppidi Thuscorum A-
F triæ, à quo Atriaticum mare ante appellatum, quod nunc Hadriaticũ. Et immediatè superius: Ab eis Sagis ostium Padi ponitur. Et caue à corruptissima impressione, quæ Hadriam oppi-

dum & prius Hadriaticum mare, & à Sagi, A
pro Atria, Atriaticum & Sagi somniat, & cu-
ius impressionis stomachosa & aperta vitia pro-
babimus, quæstione vigesima Annia. Cui argu-
mento est, quòd emendatè ibidem Sagis ostium
Padi impressit. Exposuit igitur in cõmuni Cato B
& breuibus, tanquam ætate sua manifestissi-
mis, quòd Italia orta est non ætate opica spurca,
vitiata, & ferrea, sed prima aurea, in primo or-
tu generis humani ante Ninum. Et item nata
est à splendidissimo patre Iano Saga pontifice C
maximo, religiosissimo, literatissimo, philosopho,
theologo, patre omnium deorum & hominum,
monarcha totius primi generis humani, penes
quem vnum & solum tunc erat vasti custodia
mundi aurei, & ius omne vertendi res & car- D
dines, & ob id Vertumnus deus vertendarum
rerum dictus, cui etiam forma militis esset, quia
fasces dabat ad continendos homines in aureo
officio, vti Pictor significat. Quare non à spur-
cis Græcis, qui aurea non erant ætate, sed à tem- E
pore aureo, & splendidissimus principibus, &
diis regibus, & pontificibus splendidissima est
origo Italiæ.

Deinde Cato in communi tradit, vbi primùm
Ianus cum coloniis veniens consedit in Italia, & F
eam vagientem in cunis suscepit, & vbi primam
metropolim & duodecim populos cum fascibus
totidem pro regenda Italia instituit, dicens:

Et

A ET ex his veniſſe Ianum cum Dyrim & Gallis progenitoribus Vmbrorum, rateq; cum colonis per Tyberim vectum, ad læuum Tyberis Etruriam tenuiſſe locum, vbi colonias in continente primum
B expoſuit, & ipſum deum ſimul Vaticanum habitum dictúmque fuiſſe. Et regionem Vaticanam, id eſt, Vagicanam dictam, quòd ibi Ianus quaſi in cunis natam primúmque vagientem Italiam exceperit.
C Inde cum coloniis à Vagicano progreſſum in tractum Vmbriæ fundaſſe regiam & fani Olympum, foſſamque ſacraſſe, & auguſtalem Turrenam non longè à regia dicaſſe, vbi ad ſalutandum regem duodecim
D coloniæ nouis lunaribus conuenirent. Inde duodenis coloniis faſces ad continendos rudes ſcribũt ſingulo prætoriano lictori quatuor & viginti armatis ingenuis diſtributis. Eas poſuit colonias ad ripas quidẽ
E Tyberinas Ianiculum, & Aryn Ianum, ad ripas Arni totidem, Pheſulas & it idem Arin Ianum, Ad littus Etruſcum quatuor, Pheregenæ, Volcen, Volaterra, Cariara, quæ & Latinè Luna. In mediterraneis qua-
F tuor, Ogygianum, Aretium, Roſellas, Volſinium. Paulò pòſt dextrũ Tyberis latus regulis ſuis permiſit. Cameſi, à quo Cameſenæ duæ: & Saturno, à quo Saturnia olim,

quod

quod nunc Capitolium, & ab ea latè Sa- A
turnia terra. Hęc prima fuit aurea illa æta
te, & quidem anguſtiſsima origo Italiæ.

Dyrim Mauri, ſed Etruſci Atlaum, Græci Atlantem intelligunt, vt author eſt Beroſus, & B
Plinius ſignificat in v. naturalis hiſtoriæ, cap. ij. dicens: A Fuut ad Dyrim (hoc enim Atlanti nomen eſſe lingua Maura conuenit) ſunt c c. milia paſſuum. Cæterùm veteres Galli, veteres inundati interpretantur, vt in commentariis ſuper Xenophontem ac Myrſilum expoſuimus. C
Fuit enim Ianus ſaluatus ab inundatione cum filiis & vxoribus in Scythia Saga, vt Beroſus tradit. Progenitores ergo Vmbrorum fuerũt veteres inundati Ianigenæ, vt hoc loco Cato aſſerit, & Fabius Pictor, & alij Latini tradunt, quos D
Solinus in Collectaneis colligens: Veterum, inquit, Gallorum prolem eſſe Vmbros, & M. Antonius aſſeuerat, quos Græci Vmbros dixerunt, quia aquoſa clade imbribus ſuperſtites fuerunt.
De læuo & ſiniſtro latere Tyberis, quæ ſunt E- E
truria & Latium, & de prouincia Saturni Latio, in qua dij principes ſunt Saturnus & Ops, ſimulq; de Etruria, vbi dij principes ſunt Vertumnus & Horchia, ideſt, Ianus & Veſta, iam ſatis expoſitum eſt in commentariis ſuper Fa- F
bium Pictorem & Myrſilum. De Vaticano ita dicit Gellius de Atticis noctibus lib. xv. Agrum Vaticanum, & eiuſdem agri Deum præſidem

appell

A appellatum acceperamus à vaticiniis, quæ vi ac instinctu eius Dei in eo agro fieri solita essent. Sed præter hanc caussam M. Varro in libro diuinarum rerum aliam esse tradit istius nominis rationem. Nam sicut, inquit, Deus Aius appel-
B latur, araq; eius statuta est quæ est in infima noua via, quòd eo in loco vox diuinitus edita fuerat, ita Vaticanus Deus nuncupatus, penes quē essent vocis humanæ initia, quoniam pueri simul atque parti sunt, eam primam vocem, quæ
C prima in vaticano syllaba est, edunt. Idcirco vagire dicit, exprimente verbo sonum vocis recentis. Hæc Gellius. Vatire enim & vaticare apud Etruscos erat vagire: sicut natire & naticare, erat cessare à vagire. Argumento est, quia Etru-
D sci nunc Viterbenses, apud quos innumera manent antiquitatis argumenta, quum puerum in cunis vagientem vt faciant cessare iubent, dicũt: Natica puerum. Quòd verò vbi regia metropolis est Volturna & fanum eius, ibi consederunt,
E & Fabius Pictor & Myrsilus Catoni consentiunt, & ratio conuincit. Vbi enim geniti sunt Vmbri, ibi Ianus cum Gallis progenitoribus eorum consederunt. Geniti autem fuerunt in Sale Vmbrona circa Volsinos, qui nunc ager Volturrenus, nunc Viterbensis dictus est, vt supra Myr-
F silum demonstrauimus. Quare in regia Volturrena Viterbensi principio Italiæ consedit Ianus & coloniæ primæ. Quid sit Olympus, & fossa

sacra.

sacra, & ritus sacrandi loci, copiosè expositum A
est in commentarijs super Xenophontem & Pictorem. De Turrena Augustali, quam Surevam dicimus, & in fine Myrsili tetigimus, & medio miliari distat à Volturna, hoc notandum
est, quòd Suia cognominabatur, & à Iano ac Ve B
sta igni vestali atque sacrificiis fundata & dicata fuit, vt versus Etruscis literis in sacrario Ryyelli scriptus indicat, quem loco suo interpretati sumus. Est autem Suia, teste Hieronymo & Talmudistis, salus & salutatio, quia ibi xij. po C
puli in nouis lunaribus ad salutãdum Larthem veniebant, vt dicit hoc loco Cato, & Macrobius refert in primo Saturnalium. De fascibus lictoribusq; ac prætoriis, copiosè tradunt commentaria nostra super Fabium Pictorem. De xij. ve- D
rò vrbibus primis & originibus vocabulorum, sciendum quòd Ianiculum, Oenotrium, ac viniferum, interpretatione sunt eadem, vt ostendimus super Myrsilum. Etiam Ianus condidit viculum pro limite sacro inter se atque Camesen, E
& inter prouinciam suam Ianiculam Etruriã, & inter Saturniam Latium, vt explicauimus super Pictorem & Sempronium. Secunda vrbs Aryn Ianum, ideſt, sublimitas Iani. Differunt inter se Caryn & Aryn, quia primum interpre F
tatur vinea, alterum sublime. vt tam D. Hiero. quàm Talmudistæ perhibent. Hinc Genuense promontorium Caryn Ianum, id est, vinea Iani, &

non

A non longè ſancta Maria in vineis. Igitur Caryn Ianum, vrbs eſt ſublimis Iani, ſiue ſnblimis, ideſt, celſi Iani, ſiue quia in edito poſitum & ſublimi loco. Teſte enim Dionyſio in primo lib. mos condendi vrbes antiquis fuit, vt eas conderent
B non magnas ſed paruas & locis munitis. Erant enim pauci homines ab initio. Quatuor vrbes ad mare condidit. Prima eſt Pheregenæ, latinè verò fortuna Genij, quia phere fatum dicũt Aramei, vt Samuel Talmudiſta dixit. Genium verò prin
C cipium & patrem poſteritatis intelligunt. Vnde Ianus Genius deus Italiæ, ſicut & Vaticanus dictus eſt. Hinc Ianua vrbs à Iano, ſicut & Caryn Ianum & eadem Genua ab eodem Iano Genio dicta eſt. Non enim exiſtimandũ quòd Ianus ſo-
D las duodecim colonias poſuit ſub metropoli vna regia, ſed quòd illas primas à principio pro imperio & gubernatione Italiæ inſtituerit, & ex eis auctis, in alia loca Italiæ traduxerit aliâs. Cui argumento eſt, quia omnem Ciſapeninam Galliã,
E quæ Lombardia dicitur, & omnes Italiæ alpes Thuſci coloniis repleuerunt poſt has duodenas vrbes. Ita enim ſub Iano cœptũ eſt imperium Thuſcorum in tota Italia aureo ſeculo & innoxio, non armorum violentia, quæ ea ætate non erat,
F ſed ſucceſsiua coloniarum miſsione, atq; propagatione per Italiam. Semper enim iuniores & poſteri natura non armis impellente, ſeniſsimis priſcisq; domibus quæ loco deorum à poſteris habe-

bantur

bantur, regebantur. vti Aristoteles in primo A
libro Politicorum insinuat, & fragmenta Theophrasti & Themistij Peripateticorum exponunt. Quòd autem sub Iano is ordo seruatus fuerit in Italia, & ætas ipsa aurea irreuincibiliter probat, quoniam natura tunc viuebatur, qua posteri veneratione ac pudore non vi, seniorum imperio & fascibus subdebantur, & Fabius Pictor insinuat, & Cato, & Sempronius docent, & alij plures, qui sub Iano cœptum imperium Thuscorum, & ab eis missas C
per Italiam colonias more illius ætatis asseuerant. Quos Liuius breuibus imitatus in quinto ab vrbe condita, his verbis repetit: Thuscorum, inquit, ante Romanorum imperium, opes, mari, terráque longè patuere, supero ma- D
ri & infero quibus Italia insulæ modo cingitur quantùm potuerint, nomina sunt argumento, quòd alterum Thuscum communi vocabulo gentis, alterum Atriaticum, ab Atria Thuscorum colonia, vocauere Italicæ gentes. Græ- E
ci Turrhenum atque Atriaticum eadem vocant. Et mox de augustissima, vt ait Cato, huius imperij aurei origine subdens Liuius: Hi inquit, Thusci in vtrunque mare vergentes duodenis vrbibus priuscis Apeninum coluerunt F
terras ad inferum mare. Postea trans Apeninum totidem quot originum capita coloniis missis, tenuerunt vsque ad alpes omnia loca quæ

trans

A trans Padum sunt, excepto Venetorum angulo, qui sinum circum incolunt maris. Alpinis quoque ipsis haud dubie ea gentis origo est, & maximè Rhetiis, quos loca ipsa efferarunt, ne quid præter sonum linguæ ex antiquo, neque eum in-
B corruptum retinerent. Hæc Liuius. Itaq; etiam sub Iano plures coloniæ passim per Italiam missæ sunt, præter illas duodenas Etruriæ, quarum duæ ad Tyberim fuerunt Ianiculum & Aryn Ianum. Et ad mare quatuor, quarum prima
C Pheregenæ, id est, fatum Iani Genij dicta est, Latini per syncopam Phregenæ proferunt, quam uis impressio stomachosa Phregnæ impresserit, & quidam falsò Fregelle scripserit. Nam Fregellæ in Campania mediterranea, Phregenæ ve
D rò in Etruria maritima est, circa locum vbi nunc palus, de qua Sillius in octauo libro. Nec non Argolico dilectum littus Aleso, Alsium, & obsessæ campo squalente Phregenæ. Secunda colonia est Volcen, celebrata à Ptolemæo, Plinio,
E & aliis chronographis Thusciæ. Hanc suam coloniam fecêre Romani, vt Plinius in iij. naturalis historiæ, capitulo sexto insinuat dicens: Colonia Volcentum, à populo Romano deducta. Iacet diruta nunc non procul castro vrbe mariti-
F ma, & absque, l proferunt accolæ, Vcce pro Volce, vti scribit Ptolemæus. Est autem ce & cen, id quod æs vel argentum, vt Samuel dicit, & diuus Hieronymus interpretatur. Alij metallum

quodcunque significare dicunt. Vol autem vt in A
Anniis quæstionibus diximus, significat antiquissimum & priscum. Hinc Volcen, prisca vrbs æraria est, vbi primũ Ianus signauit æra. Quod non tacuit Iginus & Protarchus Trallianus, vt author est Macrobius in primo Saturnaliũ, B
vbi ait: Cunq; Ianus signaret æra, habuit in honore memoriam Saturni. Mons quoque maritimus huic vrbi proximus, etiam mons Volcentarius dicitur, quamuis nautæ siue per interpretationem, siue per corruptionem proferant mons C
Argentarius. Tertia vrbs est Volaterræ. Ater vt Samuel dicebat, Scythica olim lingua, latam plateam ante exitum domus significat. Ergo quia hoc est vti atrium, quod à Thuscis primùm venit, vt author est Varro de lingua Latina, D
argumentum est, Atrianos Thuscos esse Volaterranos, ideſt, priscos Atrianos. Quare vrbs est prima Atriorum inuentrix, & à cuius colonia Atriaticum mare prius dictum fuit & inclyta Persio vate. Quarta vrbs Luna, sic dicta ab E
insigni, vt exposuimus alibi, dicente Martiale: Caseus Etruscæ signatus imagine Lunæ. Verùm vt ait Cato per interpretationem Latinam Luna dicitur, sicut Græcè Selene, vt Strabo in quinto dicit. Nam Sago Etrusco vocabulo Cariara F
dicitur, nunc corruptè Carrara. Est enim Carte ste Hieronymo vrbs, & Iara luna, Hinc Cariara est vrbs Luna nunc deserta, non procul Mar-

cra

A cra, vltimo limite Etruriæ sicut Phregene non procul primo limite Tyberis. Cæterùm, vt ait Cato, circa Arnum duas colonias ex duodecim primis posuit. Alteram Phesulas quasi Phesulai, alteram Aryn Ianam. Forte ad Arnum
B aliquis collis vel tumulus est vbi colonias Ianum Aryn, id est, sublime Iani oppidum posuit. Et fortè inueniretur si quis spectet non procul transitu Arni, quem ætas ista pontem Aryn Ianum vocat. Hi sunt Fluentini præ-
C terfluenti Arno appositi, nunc Florentini. Vrbs quidem Florentia noua est, sed gens Ianigena vetustissima, vna ex primis duodecim coloniis Iani, ex quibus vna pars vici Thusci Arniensis Romæ condita fuit, vt exposuimus super
D Fabium Pictorem. Hese autem transcensus est, & Vlai palus, vt Samuel noster exposuit, & diuus Hieronymus libro de interpretationibus consentit. Hinc Phesulai prolatione Aramea & Phesulæ prolatione Romana est transE census à paludibus. Subiacens enim planities paludosa erat à Iani ætate vsque ad Herculem Aegyptium, qui omnes paludes retorsit in vnum alueum, cui cognomentum suum Arnum indidit, vt in commentariis Berosianis exposui-
F mus. Vrbs nunc diruta est, & sociis Aryn Ianis, nunc Florentinis adiecta. Porrò quatuor alias colonias & xij. vltimas posuit inter Arnum & regium fanum Volturnæ. Vnã Ogygia-

num à suo cognomine posuit. Nam Ianus Ogy- A
gius patria Phœnice fuit, vt Berosus significat,
& Xenophon de æquiuocis dicit. Et hoc signifi-
cauit Solinus cum de primo diluuio scribit, quòd
primum diluuium notatum fuit sub Ogyge, à
quo ad Deucalionem interfluxerunt anni DCC. B
vt etiam in commentariis Xenophontis exposui
mus. Est regio Ogygiana, inter Senas & Are-
tium, in qua posteri ædificatum oppidum Ogy-
gianum dicunt, vulgò verò Gygianum trunca-
ta prima syllaba de more Thusco, vt ostendimus C
in quæstionibus Anniis. Alteram coloniam à co-
gnomine vxoris suæ Vestæ Ianus vocauit Are-
tium, vt ait Cato. Sanè sciendum est, ante o-
mnem linguam Latinam fuisse supradicta no-
mina vrbium xij. Et ideo qui Latinè putant di- D
cta falluntur nimis, sicut qui Phesulas, Fia,
Sola, & Aretium ab aris vel aratura vel ab
ariditate exponunt. Hæc enim nomina ante La
tinam linguam ab Etruscis indita sunt Ara-
meæ originis. Et vt ait Berosus Vestam Iani E
vxorem, Aretiam dixerunt, id est, terram. Ea-
dem enim est Vesta & Terra cognomine apud
Latinos, sicut apud Arameos Iabit & Aretia
siue Horchia, vt super Berosum ostendimus, Et
ideo vnam ex duodecim primis coloniis Aretiũ F
ab vxore Ianus cognominauit Rusellæ turrim
& magis propugnaculum significat deriuatio-
némque habet à Ros, vt diuus Hieronymus vi-

detur

A detur significare libro interpretationum. Est etiã dirutum oppidum iuxta Thermas sancti Philippi, & Rosellæ vulgò dicuntur. Vltima colonia, Volsina, id est, prisca Sina, id est, assessoria, vt Samuel exponebat. Fortè assidebant primi apud
B Ianum & duodecim Lucumones. Vnde cum regia Volturrhena cognomine Etruria, in eadem parte connumerata fuit, dicente Plinio in tertio naturalis historiæ capitulo sexto. Volturrheni, inquit, cognomine Etrusci in eadem parte Volsi-
C nienses. Hæc inquit Cato est prisca Italiæ origo, angustissima quidem numero hominum, sed splendidissima, tempore & genitoribus diis vetustissimis, & non aduenis nouitiunculis Græcis. Sequitur aliud fragmentum de nominibus
D Italiæ his verbis:

ITalia complura à Diis & Ducibus sortita fuit nomina, à Iano quidem Ianicula, quem quidam Oenotrium dictum existimant, quia inuenit vinum & far. Came-
E sena à Camese, & à Saturno Saturnia, Saleumbrona quoque à gentilibus. Durauit Saturnia nomẽ totidem fermé annis quot ante aurea ætas vsque ad Apim, Deorum Italiæ vltimum, vt Antiochus Syracusanus
F scribit, à quo Apenina quam Taurinam idem interpretatur, etsi Græci de more quidam à bobus Herculis, vel quos opimos gignit Italia, vt ait Hellanicus, aut à vitulo

egreſſo, vt Herodotus vel quoniam Græci A
boues vocant Italos, vt fabulator Timæus
dictam exiſtiment, inde à duobus fratri-
bus altero Heſperia, altero Italia poſtre-
mum nomẽ retinuit. His nominibus prin-
cipio nurcupata fuit Italia circa Tybe- B
rim, vt qui inter omnes Italiæ amnes, in o-
mnium Deorũ & principum tutela eſſet,
atque imperij totius ex his communis ſe-
des, à quo in principio & origine ipſa Ita-
liæ, Albula nomen à Ianigenis habuit. Di-c
uiditur autem in Apeninos montes, & Ci-
ſapeninam & Tranſapeninam Italiam.

A Tyberi inchoanda eſt expoſitio, quia per
eam videbitur intentio Catonis contra Græcos
in hoc fragmento. Ianus primus omnium in Va- D
ticanum & Ianiculum venit, vt omnes conce-
dũt, quem & antiquiſſimum omniũ geniorũ &
Deorũ Italiæ volunt dicente noſtro Aquinate
Iuuenale in Satyra. Dic mihi nunc quæſo dic
antiquiſſime diuum. Reſpondes his Iane pater? E
Vnde veteres Salij ſacerdotes carminibus ſuis
Ianum celebrant, deum Deorum & patrem, vt
author eſt Macrobius in Saturnalibus. Bero-
ſus quoque omnium Deorum maiorum & mi-
norum atque hominum conſutium, & patrem F
aſſerit. Cameſes & Saturnus rate Thuſcum ve-
nerunt in amnem ad eundem Ianum, vti Bero-
ſus, Trallianus, Iginus, & Macrobius in primo

Satur

A Saturnalium,& Ouidius in primo de Fastis asserunt. Cranam filiam suam deam circa ripas Tyberis, deam Helernam Ianus fecit, vt testantur Berosus in quinto & Ouidius in sexto de Fastis. Ita ab initio quatuor dij maximi ad
B eundem locum Tyberis conuenerunt, Ianus, Cameses, Saturnus, & Crana. Apis quoque qui Taurus ab Antiocho interpretatur, iuxta Tyberim venit, & à se Italiam Apeninam, id est, Taurinam dixit, vt hoc loci Cato significat. He-
C sperus quoque Vetuloniæ regnauit haud procul à Tyberi, & in Auentini parte Tyberina Italus Capenam condidit, vt Fabius Pictor & alij scribunt. Ex his hoc fit à Catone argumentum: Omnes duces qui genuerunt Italiam cœperunt
D circa Tyberim, in cuius regione vltro citróque cœpta est Italia. Nam in quorum tutela locus est, in eo dij Genij genuerunt Italiam. Quare amnis Tyberis attingens Hetruriam & Latium, est solus locus in tutela Deo-
E rum Geniorum Italiæ. Sed enim nullus horum Deorum reperitur Græcus. Non igitur Italia à Græcis spurcum exordium habet, sed à splendidissimo sanguine diuum & Deorum. Ianus enim & Cameses & filia eius Crana, atque
F Saturnus, non fuerunt Græci sed Aramei, vt tam Berosus quàm Latini concedunt, & nos super Sempronium atque Fabium Pictorem declarauimus. Item Apis Aegyptius, cognomine

Iuppiter iustus, Dionysius fuit, nomine autem A
Osiris, qui in Italia triumphauit de gigantibus,
vt clarissimè probauimus super Berosum. Item
Hesperus & Atlas Italus à quo Italia nomina
sumpsit, fuêre externi à Græcis. Quare nullus
Græcus fuit origo Italiæ, licet opici & spurci B
Græci aduenæ benignitate Italica ad habitan-
dum aliquanti admissi. Hanc puto mentem esse
Catonis, quia quicquid de origine Italiæ scripsit
contra insanas improperationes Græcorum re-
tulit. Nunc singula Catonis dicta ponderanda C
sunt. Ianum quidam volunt fuisse Oenotrium
quia vinum & far primus docuit, & ob id teste
Fabio Pictore in omni sacrificio ipsi far cũ mica
salis offerebatur & vinum libabatur. Quod
congruit ei, quod Ouidius in primo Fastorum D
dicit, quærens: Mox ego, cur, quanuis aliorum
numina placem, Iane tibi primùm thura me-
rúmque fero? Et superius: Inde, inquit, vocor
Ianus, cui cum cereale sacerdos Imponit libum
farráque mixta sale. De triplici verò Oenotria E
& Oenotriis tribus, dictum est satis in com-
mentariis super Myrsilum, & similiter de Vm-
brona. De Camesena quoque & Saturnia, su-
per Sempronium & Fabium Pictorem tradi-
tum est ad longum. Et non minus de Hespero F
& Italo. De Api & Osiride, & quòd ab eo
fuerat dicta Italia Apenina siue Taurina, exa-
ctissimè scripsimus in commentarijs Berosia-

nis

A nis. Quod verò ait, Græcos de more contrariari Antiocho Syracusano, ad id retulit quod ad Marcum filium scripsit, Græcos esse genus nequissimum & indocile. Nequissimum quidem quia omnibus inuidens cunctos aliorum splen-
B dores ad se trahere, & à propriis gentibus excludere ac nebulas mendaciorum iniicere studẽt. Indocile verò, quia nunquam antiquioribus de antiquitatibus credũt. Vnde teste Dionysio Halicarnasseo in primo libro, Antiochus Syracu-
C sanus est si quis alius antiquissimus historicus. Et vt in eodem libro dicit, quanuis alij dicant Italiam dictam Taurinam à bobus, Antiochus tamen scribit à duce ipso dictam Taurinam, mox vt desiit dici Saturnia. Et tamen iuniores
D fabulatores à bobus dictam somniant, quasi nos ignoremus exponere, cur Græcia & Peloponessus dicta fuerit antiquitus Aegialea, id est, Hircina quia opimos hircos gignit, & quia genus hominum est spurcum, fœtidum & hirci-
E num, & quia Itali Græcos vocant Hircos. Et tamen sicut mihi non est iuniori credendum de antiquitatibus, sed vetustioribus historicis, ita neque iunioribus fabulatoribus Hellanico, Herodoto, & Timæo, sed antiquissimo Antiocho
F de antiquissimo Italiæ cognomine Apenino siue Taurino creditur. Quare quoniam Apteras vetustissimus Græcorum Saturnus, impius, ferreus, qui patrem castrauit, filios interemit, fra-

tribus bella & ferrũ intulit, longe post Apim, imò A
& aureum seculum fuit annis fermè DC. si à
Nino vsque ad ipsum in Eusebio numeres, con-
sequens necessariò est, vt præclarè mentiantur
quidam Græculos secuti, qui Græcum Saturnũ
venisse ad Ianum aureo seculo scribunt, vt co- B
piosè probauimus in cõmentariis Sempronianis
Fabianis & Berosianis, in quibus & mendaces
Græcos ostendimus, dicentes Italiam & Hispa-
niam Hesperias dictas à sydere quũ à duce He-
spero sint cognominatæ. Hoc pacto refelluntur, C
qui à Pœno duce Annibale putant Italiam di-
ctam Apœninã, id est, Taurinam, quæ teste
Antiocho & astipulatore Catone, ab ipso duce
Api fuit sic dicta quum desiit dici Saturnia post
aureum seculum annis ferè CCL. Tot enim du- D
rauit aureum seculum & Saturnia nomen, vt
Cato insinuat, & Berosus supputat à morte Sa-
turni iusti aurei & pij, vsque ad triumphum
Apis in Italia. A quo vsq; ad Annibalem col-
liguntur anni mille ducenti & amplius, vt in E
emendata nostra Chronographia numerantur.
Quare mille ac ducentis annis & amplius ante
Pœnum Annibalem Italia dicta est Apenina.
Præbet his errorem transitus Annibalis in in-
troitu Italiæ qui Pœnus ab Annibale dicitur, F
de quo monte Iuuenalis in Satyra: Et montem,
inquit, fregit aceto. Quod verò ait Italiam di-
uidi in tres partes, videlicet in montes Apeni-

nos

A nos qui diuidunt mediam longitudinem Italiæ. Et item in Italiam Cisapeninam ad inferum mare, & Transapeninam ad superum pelagus Atriaticũ. Eandem diuisionem insinuat Liuius in v. ab vrbe condita, vbi de origine & ampli-
B tudine imperij Thuscorum scribit. Et item Sempronius expressit, cuius commentaria confecimus. Postremò de nomine Tyberis Prisco Albula dicendum est. Et primo quot nominibus appellatus est. Secundo à quibus cognomenta acce-
C pit. Tertio quando. Quarto quid significet Albula. Quinto quid sit ei dextrum & sinistrum quia supra dixit ipse & Fabius quòd Ianus ad lævam Tyberis tenuit Hetruriam. Ad primam respondet Plinius in iij. naturalis histor. cap. vj.
D Tyberis, inquit, antea Tybris appellatus, sed prius Albula. Et Verg. in viij. Aeneid. ait. Tum reges, asperque immani corpore Tybris, A quo post Itali fluuium cognomine Tybrim Diximus amisit verum vetus Albula nomen. Tribus igi-
E tur nominibus insignis fuit Albula, Tybri & Tyberi. Ad secundum dico quòd Tyberis dictus est à Tyberino rege Albanorum, vt dicit Liuius in primo ab vrbe condita, & Ouidius in secundo de Fastis confirmat dicens:

F Albula quem Tyberim mersus Tyberinus in vndis
Reddidit, hibernis forte tumebat aquis.

Et in decimoquarto Metamorphoseos ait: Sed

Cap

Capis ante fuit, regnum Tyberinus ab illis Cœ- A
pit, & in Thusci demersus fluminis vndis No-
mina fecit aquæ Tybris verò dictus est à cogno-
mine Tyberis regis Thuscorum, vt Vergilius si-
gnificauit & nos intrigesimaquarta quæstio-
ne Annia demonstrauimus. Sed Albula deri- B
uationem habet ab Alba Iani, de qua Ouidius
in sexto de Fastis ait: Sic fatus (scilicet Ianus)
& virgam qua stryges pellere posset A foribus
noxas (hæc erat Alba) dedit. & Berosus in quin
to antiquitatum: Ianus, inquit, Aboriginibus C
filiam suam Cranam creauit reginam, eique
sceptrum cum Alba dedit. Et hoc est quod Cato
significauit & Vergilius, quòd verum & vetus
nomen Tyberis fuit sub Ianigenis Albula, sci-
licet ab Alba Iani. Ad tertium verò quæsitum D
respondetur, quòd Tyberinus rex Albanorum
qui ab Aenea fuit decimus, submersus periit in
Tyberi, & ei vltimus nomen dedit, ante vrbem
Romam conditam annis tribus & sexaginta
supra centũ, vt Eusebius de temporibus consen- E
tiens Latinæ historiæ supputat. Tyberinus verò
fuit quem Pelasgi cognominauerunt Tyberim
tempore Thesei regis Athenienſium. Cuius in-
uincibile argumentum est, quia Manto fatidi-
ca seruiuit sub Theseo & Cleonte, & fugiens na- F
uigauit in Thusciam ad Tyberinũ regem, à quo
grauida peperit Ocnũ conditorem Mantuæ, vt
omnes tã Latini quàm Græci cõsentiunt. Quare

eod

A eodem tempore Theseus Athenis & Tyberinus in Thuscia regnabant, & ab vno ad alterum adnauigauit fatidica Mãto. Vt autem Euseb. notat de tẽporibus, Theseus regnauit sub Priamo. Igitur ante Troiæ excidium regnauerunt
B simul apud Troiam Priamus, apud Athenas Theseus, & apud Fanum Volturnæ Larthes Tyberinus, ante Mezentium Agillinũ, vt etiam notat Manethon in supplemento Berosi. Quare penultimum nomen Tyberis inditum fuit Al-
C bulæ ante ruinas Troiæ sub Priamo, anteq; vrbem conditam annis CCCCL. & amplius quãdo non extabat lingua Latina. Et multominus ante Troiam conditam extabat lingua Latina, quando vetus verum & priscum nomen Albu-
D la erat. Quod etiam sic patet. Duo alia cognomina tenuit Albula antequam sub Tybri nomẽ Albula amitteret. Primum fuit Lydus à Lydia gente bello præclara, quæ teste Vergilio quõdam iugis insedit Hetruscis, id est, Volturrhenis
E vicinis Tyberi. quoniam vt ait Plinius in tertio naturalis historiæ cap. sexto. Volturrheni circa Volsiniũ sunt cognomine Hetrusci. Etenim à fontibus Tyberis vsque ad finem primæ medietatis septentrionalis, Turrhenus Mæon consedit, &
F Lydas XII. colonias posuit, vt Herodotus scribit, & Myrsilus repetit, & Dionysius Halicarnasseus in primo libro breuibus refert. Porrò Mæones venerũt tempore quo Dardanus interempto

fratre

fratre suo Iasio, fugit in Phrygiam, vt author A
est Berosus in fine antiquitatum. Quare ante
Troiam conditam Albula cœpit cognominari
Lydus amnis à gente eius accola, quali nomine
quandoque Vergilius & poëtæ illum nominant.
Sed frequentiore cognomine Tusco, vt in supe- B
rioribus versibus Ouidius & Vergilius viij.
Aeneidos. Et Martialis lib. iiij. Epigramma-
tũ: Hesperias, inquit, Tusco lauit in amne boues.
Quidam dicunt Thuscum dictum, quia oritur
in Hetruria. Sed eadem ratione diceretur Vm C
bro, quia oritur in Vmbria. Et ideo sumenda est
ratio à Fabio Pictore sic dicente. Tyberis limes
imperij Volturrheni inter veteres Ianum & Sa-
turnum, quia principe illius vrbe Volturrhena
dictus est per syncopam Volturnus, & ob id Tu D
scus non Latinus. Sunt ergo duo cognomina à
regia Volturrhena, id est, antiqua Turrhena in-
dita Tyberi, videlicet per syncopam Volturnus,
sine syncopa Turrhenus & Tuscus. Hinc Varro
in primo de lingua Latina: Tyberis, inquit, vt E
quod caput extra Latium Volturnus nõ spectat
ad linguam Latinam, etiam si transit in vsum
Latinæ linguæ. Nam Volturrhena & Turrhena
sine syncopa, aut cum syncopa Volturna & Tur-
na, vt est extra Latium caput imperij Thusci, est F
originis Hetruscæ & Arameæ, vt probauimus
in quæstionibus Anniis. Ita non debent scribi
cum aspiratione Turrhenus, Volturrhenus &

Thu

A Thuscus, quia Tusca est pars ciuitatis regiæ, vt in eisdem quæstionibus ostendimus. Hinc sine aspiratione scribendum est in septimo Aeneidos vbi dicitur: Turrenóque boues in flumine lauit Iberas. Etenim ante omnem linguam Latinam
B & Græcam sub Iano fuit nomen Turrenum, & sub Hercule Aegyptio Tuscum, vti copiosè probauimus in quæstionibus dictis, & super Myrsilum Itaque nomina & cognomina Tyberis fuerunt Tybris sub Priamo, Tyberis sub rege
C Albano, Lydus sub Turrheno Mæone, Thuscus sub Thusco rege filio Herculis Aegyptij, sub Iano & Saturno Volturrhenus ab vrbe regia. Restat de prisco omnium nomine Albula, quid significet & vnde sit nominis origo, quod fuit
D quarto loco quæsitum. Ad quod respondet quidam quòd Tyberis dictus fuit Albula, à colore albo. Sed falsitas huius apparet ex duobus. Primo ex proprio epitheto, de quo Seruius super vij. Aeneidos: Proprium, inquit, epithetum Tyberini
E coloris est flauum esse, vt ibi Vergilius dixit: Et multa flauus arena. Et Horatius in Oda: Vidimus flauũ Tyberim retortis Littore Etrusco violenter vndis ire deiectum. Et Ouidius in xiiij. Metamorphoseos: In mare cum fulua prorumpit
F Tybris arena. Secundo apparet falsum: quia non extabat lingua Latina, cũ Albula nomen accepit sub Iano, vt exposuimus, & hoc loci Cato insinuat. Ergo Albula nomen accepit compositum

tum ab vla & Alba sceptro Iani. Pro quo scien- A
dum est de his tribus vocabulis, Alba, vla &
vlai. Alba quidem est nomen compositum ab al
quod est commixtio, vt diuus Hieronymus per-
hibet. Eban verò vt noster Talmudista Samuel
dicebat, differt ab Ebal. Ebal enim, vt dicebat, B
& Hieronymus consentit, est aceruus lapidum
Eban verò est aceruus ex virgis & ferro. Vnd.
si quis commisceret lapides & fasciculum face e
ret, diceretur Alebal, siue per syncopam Albal.
Si verò sit fascis vnus ex flagello & ferro com- C
mixtus, dicitur Aleban, & per syncopam Al-
bã, à qua vrbs regia priscæ Scythiæ iuxta Ara-
xem dicitur Albina, & ei hærẽs prouincia Al-
bania, & ager Iani regius in duas regiones di-
uisus nomina prisca tenet R. Ianus & Albi D
Ianus, à quo Albula Tyberis. Ergo sceptrũ Iani
quod dedit Cranæ erat Alba, vt Berosus scri-
bit, & Ouidius testatur. Alba verò est fascis
commixtus virgis & ferro. Sunt enim fasces,
quibus singulis virgis ad flagellandum sunt in- E
clusæ singulæ secures ad percutiendum, quas
primus more Scythico Ianus instituit ad terrẽ-
dum noxios, ne turbarent aureum seculũ. Vnde
& Ouidius hoc significauit dum dixit quòd Ia-
nus dedit Cranæ virgam quæ erat Alba. id est, F
fascis, qua Stryges pellere posset à foribus noxas.
Et has primus instituit Ianus, vt ait Cato, &
dedit xij. primis coloniis ad continendum rudes,

vt

A vt ait Fabius Pictor. Dedit autẽ in regia cuius pars dicitur Vetulonia, dicẽte Sillio in viij. de ea:

Bis senas prima illa dedit præcedere fasces.
Et iunxit totidem tacito terrore secures.

Quemlibet enim regem Lucumonem antecede-
B bat suus lictor ferens fascem virgarum ac securim, vt ait Dionysius Halicarnasseus in vij. lib. Sunt ergo antiquitus fasces, sicut nunc corona & sceptrũ, insignia iusti imperij & sæpe Alba siue fasces ponuntur in authoribus pro ipso im-
C perio, & imperiali re, vti est illud Horatij in Oda: Te sæpe & albo Vare fides colit velata panno. Albus, id est, imperialis toga, pannus Etrusca lingua dicebatur, qua solùm velari digni erant fideles duces & sacerdotes religiosi,
D vnde apud Araxem fluuium, vbi teste Diodoro consedit principio genus humanum Sagum, & ibi vrbs regia condita dicta fuit Saga Albina, & per syncopam, vt Ptolemæus scribit, Sagalbina, id est, Saga imperialis. Primaq; huic
E finitima colonia & prouincia Alba & Albania Scythico vocabulo etiam à Ptolemæo & Geographis describitur, quòd primæ à Sagalbina coloniæ imperiales illo missæ fuerunt. Quare non mirum si regio vbi consedit Ianus omnium
F pater & rex, dicta sit Alba Iana, siue de more compositionis per syncopam Albiana, id est, imperium Iani & imperialis regio Iana. Extant argumenta nominis tam regis quàm imperij.

Nam vbi regia est Iani Volturna, adhuc Ry Ia- A
na & Ry Ianensis dicitur, id est, regia Iani. Ry
enim regis vocabulum est, vt in Anniis quæst.
diximus. Altera autẽ huius regionis pars quæ à
Ferentino oppido vergit in Tyberim Albiana
dicebatur, à qua fluentum quo in Tyberim mer- B
gitur, vsque ad hanc ætatem Albianum dicitur,
quod etiam hærentẽ Tyberi planitiem Vmbriæ
cognominat Albianũ. Vnde nõ mirũ si Tyberim
Ianigenæ à principe vrbe regia Volturnũ, & à
fascibus Albulam, id est, imperiale fluentũ deno C
minauerunt, quia vlai est palus, vla verò fluen-
tum. Et hoc est quod Cato intendit contra Græ-
cos, quòd non fuit curæ diis, vt spurci ac nouitij
Græci essent primi cultores Italiæ, quia ipsi dij
& principes primi aureo seculo & deinceps ele- D
gerunt regionem Tyberinam & eius fluentum,
tãquam communem arcẽ & sedem imperij deo-
rum & non Græcorũ, & nomina sua locis, fluen
to, & gentibus Italiæ indiderũt, vt esset firmum
argumentũ atque æternũ, quòd gens Itala orta E
sit antiquissimo tempore à diis principibus orbis,
& non a Græculis nouitijs in tota rerum natu-
ra, vt Iosephus vocat eos in libro contra Appio-
nem grammaticũ. Nam Græci fuerunt post con-
ditam Troiam rudes quidam Aborigines, quo- F
rum incerta est origo, qui pulsis Ianigenis eam
incoluerunt, dicente Strab. in Geographia Græ-
ciæ, quòd eam antea coluerunt Barbari. Et ar-

gumen

A gumentum esse ait, quòd apud eos multa barbara nomina manent. Et ob id suam originem nesciũt, & deos à Phœnicibus, Aegyptiis, & Illyrycis mutuati, suos fecerunt Cælum, Hercules, Saturnos, Ioues & eiusmodi, primúsque omniũ
B qui origines & formas & ritus Græcorum esse præclarè mentitus fuit Homerus, qui fuit heri ac nuper, vt ait Herod. in ij. libro, & Iosephus contra Appionem grammaticum.

C *Fragmentum de Istria & Alpibus Italiæ.*

ALpes omnes Italiæ colonias fuisse Thuscorum incolæ asserunt, & ab ipsis vel ducibus vel capitibus originum,
D nomina gentibus & locis indita, vt Rhetij à Rheto rege Lydorum, & Veronenses à Vera Colonia Thusca, Comenses à Fani regiis Turrenis à quibus vallis Volturrena, & Oscij à quibus Oscella. Istria quoq; à
E duce misso à Iano nomen retinet. At Græcorum quidam scribunt dictum ab Istro amne cognomine Danubio, cui Danæ gentes accolæ nomen impressere, fabulanturq; ramum ex eo in Istriam effluere, inq; Hadriaticum mergi. Fingunt alij argonauim in Istriam primum ab Istro è montibus humeris vectam, & in Hadriaticum demissam, videlicet tanta est in mentiendo
F

Græcorum vanitas simul & leuitas, vt ab A
Istri ostiis ad eius fontes immensa gẽtium
spatia transuolauerint,& amnes etiam ob-
stantes tranarint,& humeris ea conuecta
connauigarint,vt etiam in Italia mentien-
di sibi loca inueniant. Nescio argonaui ne B
Græci aquas an argonauis humeris mon-
tes nauigarit.

Iam superius ex Liuio sciuimus Thuscos prius inhabitasse terras duodenis vrbibus cis Apeninum ad inferum mare, postea trans Apeninum C *missus coloniis tenuisse omnia trans Padum loca, & ipsas alpes Italiæ vsque Rhetios. Semproni*us verò etiam Cispadanã totam Italiam scribit deductam à Thusciæ Larthibus Bianore & Felsino. Ibi quæcunque Cato hic scribit, clarius* D *digesta leges. Sed quod hic ait Istriam à duce Ianigeno dictam, vtique à Beroso Chaldæo qui in precio à Romanis fuit habitus excerpsit, qui in v. antiquitatum sic ait: Anno Saturni Babylonici patris Beli. xxvij. Tuyscon Sarmatas* E *maximos populos fundauit, & Mesa cum filiis Istri priscos Mesios posuit, ab Adula monte vsque Ponticam Mesemberiã. Eos missos fuisse à Iano ex Scythia non Italia superius scribit, de quibus in commentariis Berosianis copiosè scripsimus. De Danubio verò qui & Ister, Plin.* F *in 4. naturalis historiæ cap. xiij. Ister, inquit, ortus in Germaniæ iugis montis Arnotæ ex aduerso*

A uerso Rauci oppidi Galliæ, multis vltra Alpes milibus, ac per innumeras lapsus gentes Danubij nomine immenso aquarũ auctu, vbi primum Illyricũ alluit Ister appellatur, sexaginta amnibus receptis, medio fermè numero eorum nauiga-
B bilis, in pontum vastis sex fluminibus euoluitur. Ex his patet quòd ab Istro fluuio non dicitur Istria, quia non dicitur Ister amnis, nisi remotissimus ab Italia vbi Illyricum alluit, vt dicit Plinius. Ergo à capite aliquo originis
C dicto Istro & misso à Iano tum prouidenti Italiæ, vt Cato insinuat, nomen accepit Istria. Item libro iij. cap. xix. Istriam, inquit, cognominatam à flumine Istro in Hadriam effluente à Danubio amne, eodémque Istro ex aduerso Pa-
D di fauces contrario eorum percussu, mari interiecto dulcescente, plerique dixere falsò, & Nepos Cornelius etiam Padi accola. Nullus enim ex Danubio amnis in mare Hadriaticũ effunditur. Deceptos credo, quoniam Argonauis flu-
E mine in mare Hadriaticum descendit, nec procul Tergeste. Nec iam constat quo flumine, humeris trasuectam Alpes, diligentiores tradunt subisse Istro, & capite sequente: Pola, inquit, nunc Iulia, quondam à Colchis condita. Ergo à
F Scythis, vt Cato & Berosus indicant.

Fragmentum de regione Venetiarum.

VEnetia est omnis ora circum sinũ maris post Istriam vsq; ostia Padi. Qui-

busdam placet à Tylauento illos exordiri. A
Nam Taurisanos Persæ gentem ab Api
duce conditam asserũt. Venetis cunctis pri-
ma origo Phaëtontea est, quæ Græcis occa-
sionem mentiẽdi de Phaëtonte & Eridano
præbuit. Posterius mixta his nobilis stirps B
Troiana, à quibus Patauium suo condito-
re inclytum.

*De ora Italiæ Veneta plura etiam Sempro-
nius dicit, Phaëton verò pater Lyguris non fuit
Græcus, sed qui ab Aegypto in Atticam, & ab* C
*Attica in Italiam primas colonias transportа-
uit ante Oenotrium & omnes Græcos, vt Cato
significabit in his fragmentis. Contra quod dictũ
Catonis obstrepit in primo libro, Dionysius Ha-
licarnasseus, dicens Catonem similia fabulis te-* D
*xere. Sed iam Cato respondit: Vincam, inquit,
Græcorum nequissimum & indocile genus, qui
literis suis omnia corrumpunt, pudetq; mutuari
à Græcis rationem Italiæ, vt ait Plinius. De hoc
Phaëtonte amplè tradit Berosus, quem Cato se-* E
*quitur, & nos in eius cõmentarijs exposuimus.
Itaque longè ante Phaëton in Lyguria & vsq;
Tylauentũ colonias posuit, etsi paucas ante Tro-
iam conditam. Post Troiam verò euersam An-
tenor & Troiani quidam in Venetias migraue-* F
*runt, & ideo Cato dicit quòd post mixta est illis
Troiana nobilis proles. Vnde in tertio libro nat.
hist. cap. vigesimo. Plinius: Venetos, inquit, Tro-*

iana

A iana stirpe ortos, author est Cato. Nõ desunt qui ab Enetis Asiæ putent. Berosus verò à duce Phaëtonteo Eridano circa Padum positas colonias asserit, & ab alijs posteris Phaëtõtis Eneto, Tyla, & Vento, Venetos omnes, à cuius regione B postea Venetiæ vrbs clarissima nomen accepit, sicut ab agro veteri Ogygiano, castrũ ibi postea conditum Ogygianum inter Senas & Aretium dicitur, & Vetuloniæ fons nouus Sipalis, à Sipali vico Cybele nomen posterius habuit. Quæ verò C Græci mentiuntur de Phaëtonte & Eridano, scripsimus in commentarijs Berosi.

Sequitur fragmentũ Catonis, hoc prænotato, quòd Tauriscisunt Norici, vt Plin. notat in 3. nat. hist. cap. xxj. qui prius Carnos, & hi Tau- D risci ab Api, id est, Tauro nominati, qui eo ad fontes Istri vicinos venerat, vt Diodorus dicit in primo lib esse scriptũ in columna Osiridis Iouis iusti, qui & Apis & ab eo loco vocatus est ab Italis cõtra gigantes, quibus bellum per totũ or- E bem indixerat, vt notat Beros. in quinto antiq. Et Diodor in sexto asserit, dicẽs: Ioui iusto fuisse patrem impium, & ipsum omnibus facinorosis & impijs per totum orbem indixisse bellum, & vti Macedones circa Palenen in Macedoniæ F illum iuuerunt, ita Itali ipsi affuerunt in campo Phlegræo, quem posteri Cymeum dixerunt: & ob id consensu totius orbis, Iouis iusti Saluatoris cognomina promeruit. Itaq; à fontibus Istri &

Noricis Apis Osiridis Iuppiter iustus in Italia A
triumphauit, & à se Apeninam dixit, vt Berosus scribit, & Antiochus atque Cato testantur, & Diodorus quasi per protocollum astipulatur. Sunt Osiridis vestigia multa in Vetulonia, nedum in tota Italia. Ab his Noricis Osirianis B
Taurisanis condita est vrbs clara Taurisium, vt nomen arguit, quam corruptè proferunt Triuisium. Nunc sequitur fragmentum Catonis de Transpadana Gallia, ita dicentis:

OMnia sub alpibus Transpadana loca C
priſci conuenæ Thuſci miſsis coloniis tenuere, ab hísque multa loca nomina retinent. Plura deleuerunt Galli, qui primi Arunte Cluſino duce alpes transcenderũt, & ſenſim ab omni Gallia Ciſalpina Hetru D
riam pepulere, ab hísque nomẽ ſortita retinet Gallia Ciſalpina, qua Mãtua ſub conditore Ocno Bianore & Thuſcorum rege illuſtris. Penetrauere trans alpes Boij, Senones, Inſubres, & aliæ Galliæ tranſalpinæ E
gentes. Gallia Ciſpadana olim Bianora à victore Ocno, poſtea Felſina dicta vſq; Rauennam, nunc Gallia Aurelia & Aemilia à Romanis ducibus nomen habet. Princeps Metropolis Felſina primum à rege Thu- F
ſco conditore. Inde à ſucceſſore Bono Tuſcanienſi Bononia dicta, Spiretũ Padi oſtiũ à Pelaſgis conditoribus Spira dictum, & à

Diom

A Diomede instauratum. Nouaria ante ab Herculis Aegyptij nomine Libya, & à cognomine Aria Aegyptio vocabulo Leonina, sed à Lyguribus instaurata, Nouaria dicta est. Olanũ ante ab Thuscorum duce,
B qui cum Orobiis Coloniis ibi primus insedit, quorũ origo incerta vti Comi, Bergomi Lycinofori, & aliquot circa populorũ, inde ab Insubrium principe nomine Medo adaucta Mediolanum nomẽ seruat. Padus
C ante à duce Coloniarum Eridanus, sed à profunditate Botigon ab Hetruscis & Botigũ à Lyguribus, & à circa arbore Picea, Gallicè Padus nuncupatur. Post Padi ostia Rauẽna, Sabina stirps. Interiit Saga oppi-
D dum Hetruscorũ, vti & Atria: à quo mare Atriaticũ, quod nunc Hadriaticum. Gallia flaminia à Rauenna ad Ariminũ, à comitibus Herculis conditum, à quo cognominantur. Ab eo ad Anconam Senegallia à
E Senonibus dicta pulsis Hetruscis, nunc Gallia Togata.

Fragmentum paruum.

Ancona prius Picena vocabulo Hetrusco simul & Aboriginum dicta.

F *De Transpadana regione diximus in commentariis Sempronianis. Veteres Galli Italiæ, & primi Galli qui transcenderũt Alpes Italiæ, & primi Galli qui superato Apenino venerunt*

in Thusciam & cremauerunt vrbem Romam, A
differunt. Veteres enim Galli ab inundatione dicti fuerunt Ianus & Ianigenæ patres primæ & antiquissimæ prolis Italiæ Vmbrorum ante Ninum, aurea prima ætate, quæ fata est post diluuium vti exposuimus pluries. Hi fuerunt B
ante vrbem crematam fermè duobus millibus annorum, vt in emendata Chronographia patebit. Galli verò primi qui transcenderunt Alpes Italiæ à Galathe filio Herculis dicti, sunt Celtæ, quos vulgò Francigenas dicimus. Venerunt C
autem in Italiam teste Liuio in quinto ab vrbe condita, illecti dulcedine vini ab Arunte Clusino, in vltionem stupratæ à Lucumone tum potente vxoris, anno ante crematam vrbem cc. tempore Tarquinij prisci, & post aureum D
seculum paulominus mille quingentis annis. Hi transcensis Alpibus sensim à Transpadana regione primum pepulerunt Thuscos ab imperio, deinde à Cispadana, donec Rhetus ab eis pulsus etiam à Cispadana coactus est ducere Colo- E
nias Thuscas in Rhetios, vt omnes historici consentiunt. Ita ob stuprum vnius fœmellæ, perditum est imperium Thuscorum in tota Gallia Cisalpina, ab eis sic dicta, & tandem à Longbardis victoribus Longbardia, & per synco- F
pam Lombardia. Sunt autem Longbardi Germani, vt patet in Ptolemæo. Galli verò qui occupauerunt imperium Thuscorum in Alpi-

bus

A bus & tota Lombardia ab eis Gallia Cisalpina dicta, fuerunt Boij, Insubres, & Senones, qui multis oppidis mutauerunt nomina. Ergo origo totius Italiæ Transapeninæ quæ vulgò Lombardia dicitur etiam vsque Anconam, non est
B Græca sed Thusca & Thaëtontea mixta cum aliquot ex finitimis Gallis, & Germanis. Ex Græcis verò, qui dicentur. Nam Venetijs mixta proles Troiana Tuscæ originis est à Dardano Thusco. Particulares verò vrbes
C sunt hæ. Mantua à Larthe Thusco Transpadana metropolis Hetruscorum Transpadanorum sola reliqua. Et in Cispadana vrbs Bononia, Felsina dicta cum esset princeps Hetruriæ Cispadanæ, vt Plinius notat in tertio naturalis historiæ, capite decimosexto &
D vigesimo. Mediolanum, ex quo nomen vtriusq; ducis retinuit, argumentum est, non armis, sed communi concordia & socijs armis, ibi à Thuscis & Gallis imperatum esse. Spira oppidum in ostio Padi
E à Pelasgis cõditum, sed inde damnati & eiecti, vt testatur Dionysius Halicarnasseus in primo libro. Inde instaurata à Diomede, prævalens vt editum est Delphicis thesauris, vt refert Plinius in tertio naturalis historiæ, capite decimo-
F septimo. De eo verò quod ait de Nouaria & Como, sic dicit Plinius in eodem libro, capite decimooctauo. Vercellæ Libycorum ex Saluis ortæ. Nouaria ex Vertamacoris Vocontiorum, non

vt

vt Cato existimat Lygurum. Et item Insubres A
cõdiderunt Mediolanum. Orobiorum stirpis esse
Comum atq; Bergomum & Lyciniforum, & ali
quot circa populos, author est Cato, sed originem
gentis ignorare se fatetur, quam docet Cornelius
Alexander ortam è Græcia, interpretatione B
etiam nominis à vita in montibus degentibus.
Hæc Plinius. Vult ergo Plinius quòd non Ly-
gures, vt Cato, sed Alpini Vocontij Vertamaco-
ri condiderint Nouariam. Verùm existimo eas
primum ab Alpius Thuscis Coloniis tam Ver- C
cellas quàm Nouariam conditas, quia primi o-
mnium tenuerunt Alpes. Deinde à Libyo Her-
cule Aegyptio adauctas. Vnde & Libyci etiam
à Ptolemæo nominãtur tota vtriusque regio, &
Aria, idest, Leonina, sicut Arnus & Lybarnus D
Musarnus sunt cognomina Herculis, condita
ab Hercule, & vltimo instaurata à Lyguribus,
dicta est noua Aria, idest, Leonina noua siue
noua Herculea. Orobiorum gentis originem Ca-
to dicit esse incertam propter argumentum vo- E
cobuli Orobios, quod potest esse Græcæ vel He-
truscæ originis. Græcè enim oros mons & Bios
victus & viuens dicuntur, & ita Orobij sunt
viuentes in montibus in quibus sunt Comenses
& Bergomenses, & ita esset illis aduentitia & F
nouitia Græcula origo, vt Alexander arguit
à Græci vocabuli origine. Sed modestius locu-
tus est Cato dicens esse ambiguæ originis, quia

Orob

A Orobium etiam est nomen Sagum Arameum, quorum lingua vtebãtur Sagi Ianigenæ. Nam oros etiam apud Arameos & Hebræos Talmudistas est mons, & bit filius vel filia. Hinc Orobij filij montium, qui montes incolunt & alpes.

B Et ab ijs fuerunt Comenses Bergomitæ & eiuscemodi, quia Thusci prius Alpes postea subsidentem oram coluerunt. Cum ergo Alexander Cornelius dicit esse Græcæ illos originis, hoc negatur. Et cum probat ab origine vocabuli Græ-

C ca, quod est validissimum in historia argumentum, hoc non iuuerit, quia, vt ait Cato, Orobium nomẽ est incertæ originis, cum tam Græcæ quàm Arameæ sit originis. Nunc verò regula succedit, quòd vbi est nomen Barbarum, ibi origo

D prius fuit Barbara, etiam si id nomen postea effluxerit in linguam Latinam vel Græcam, vt Vesta est nomen Arameum, ab Esta quòd est ignis vel flamma vt Talmudistæ perhibent, & effluxit postea in linguam Græcam. Vnde ab

E ἑστιῶμαι Vesta Græcè deriuatur. Et tamen Vesta vxor Iani non fuit Græca origine, sed Barbara. Nec mirum si Græci multa nomina à Barbaris mutuati sunt, vt Strabo significat in Geographia Græciæ, quia vt arguit Barbari prius

F incoluerunt Græciam, & lingua Barbara est antiquior quàm Græca & Latina. Quamobrem quum prius sit Orobium nomen Hetruscum quàm Græcum, & certa simul historia

Thusc.

Thuſcorum ab initio conuenam prolem eſſe Al- A
pinos ſimul & omnia Tranſpadana loca, &
non aduenam Græculam, conſequens eſt, vt Oro
bij ſint ijdem & conuenæ Thuſci Alpium inco-
læ. Vide Sempronius, & in ſuperiore fragmento
tertio ab iſto, Cato, Comenſes retulerunt eſſe Vol- B
turrenæ regiæ originis, ab argumentis certiſſi-
mis lacus eorum Latij, & vallis Volturrenæ ad-
huc apud eos dictæ. De Padi nominis origine ſic
ait Plinius in tertio naturalis hiſtoriæ, capite
decimoſeptimo: Metrodorus, inquit, Sceptius di- C
cit, quoniam circa fontem multa ſit arbor Picea,
quæ Pades Gallicè vocetur, Padum hoc nomen
accepiſſe, & Lygurum Lingua amnem ipſum
Bodingum vocari, quòd ſignificet fundo caren-
tem. Cui argumento eſt oppidum iuxta Indu- D
ſtria, vetuſto nomine Bodinco Magum, vbi
præcipua altitudo incipit, Ariminum à comiti-
bus Herculis dicit conditum, probatq; à cognomi
ne, quod eſt validiſſimum in hiſtoria argumen-
tum. Ar enim vel Ari eſt cognomen Herculis E
Aegyptij, quorum lingua ſimul & Hebræa &
Aramea ſignificat leonem. Iminim verò teſte
Talmudiſta Samuele & D. Hieronymo in vo-
cabulo Himenus ſignificat ipſe numerat feſti-
nantes. Hinc Ariminum Arameè, eſt id quod F
Latinè leo ſiue Hercules ipſe numerans feſtinan
tes, ſcilicet ad expeditionem cõtra tyrannos Ita..
liæ. Quidam Ariminum, quia non habẽt aliud,

ad

A ad Latinam originem recurrunt, quasi prius fuerit Latina lingua quàm nobilis & antiquissima Barbara: & oppida splendidissimæ antiquitatis, aut nouitia aut Græcula faciunt, & quidem falsò. Plinius in tertio naturalis historiæ, cap. xvj. etiam illi amnem Ariminum assignat, quia præcipuè amnibus nomina indebant veteres, quasi immortalius duraturis. Residua quæ in hoc fragmento deficiunt, reperies in Sempronio, & commentarijs nostris super eum.

C *Sequitur autem fragmentum aliud Catonis, his verbis:*

GAlliam togatam primi coluere Liburni & Siculi, quos pepulere Vmbri,
D hos Etrusci, trecentis & amplius eorum validissimis oppidis iusti more belli expugnatis. Eos tandem vicere Galli Piceni, lingua Etrusca genus sacrum dicitur, orti à Sabinis. A Picenis ad Garganum montem
E aliis & aliis temporibus diuersæ gentes tenuere. Marsia duce Lydorum, in quibus Asculum. Præcutij, in quibus Hadria siue Atria. Vtestini, in quibus Amiterni. Marrucini & Peligni, in quibus Cursellum, Orton
F & Sulmo. Frentani primùm à Liburnis & Dalmatibus, inde his pulsis à Thuscis orti, quorum lingua Larinum metropolim vocauerunt, id est, nobilem principem.

Laron

Laronem enim Etruſci,& Larunem, & A- A
runem vocant nobilem principem. Inde in
Tranſpadana Larium Lacum, & in Thu-
ſcia Larones amnes, & Arunes coloniæ, &
viri Arunes,quos Thuſci ſecunda declina-
tione, Romani & Græci ſicut Atlas tertia B
declinant,& proferunt Aruntes.

Conſtat Plinium in tertio naturalis hiſtoriæ multa ex hoc loco mutuatum à Catone. Vnde ca. xij. Brunduſio conterminus Pediculorum ager, nouem adoleſcentes totidémque virgines ab Il- C lyricis tredecim populos genuere. Et infra Laritium Diternia Tifernus amnis, inde regio Frentana. Et capite decimotertio alia à Catone oppida gentibus aſſignat, dicens: In Veſtinis Angunali. Sabinorum Amiterni Gellianus, in- D quit, author eſt, lacu Fucino haustum Marſorum oppidum Archippe conditum à Marſia duce Lydorum. Et item capite xiiij. Piceni orti ſunt à Sabinis voto verè ſacro. Et in capite ſequente: Circa, inquit, Ariminum ab Anco- E ne, Gallica ora incipit, Togata Gallia cognomine. Siculi & Liburni plurimi tenuere in eius tractu in primis Parmenſem, Præcutianum, Haerianúmque agrum. Vmbri eos expulere, hos Etruria, hanc Galli. Vmbrorum gens anti- F quiſſima Italiæ exiſtimatur, vt quos Vmbros à Græcis putent dictos, quòd inundatione terrarum, hymbribus ſuperfuiſſent. Trecenta eo-

rum,

A rum oppida Thusci debellasse reperiuntur. Hæc Plinius. In hac Vmbria & hoc capitulo Plinius enumerat Hispellum, Tuder, Fulginates, Menaniates, Spoletum, Amariam, qui propriè Veilumbri (id est, à Veis priscis Vmbris or-
B ti) à Ptolemæo & Geographis vocantur, vocabulo verè Etrusco, Et ideo argumentum maximũ est, ab origine nominis vetustissimi Etrusci, eos fuisse primam omnium & vetustissimam veterum Gallorum Ianigenorum prolem, in
C Sale Vmbrone ortam, cuius adhuc amnes Veios vocamus, & montem Veiocum. Hinc plures etiam eos cum Thuscis connumerant. Quòd verò ex antiqua Thuscorum grammatica reliquit nobis Cato, est quia Arunus & Laronus
D & Atlaus secundæ declinationis apud Thuscos erant, apud verò Græcos & Romanos tertiæ, vt Aruns Aruntis, & Atlas Atlantis. Ex quo patet facilè inuentu esse, vbi sint in Thuscia quos Plinius in tertio naturalis historiæ vocat Arun
E tinos veteres, Aruntinos fidentiores, & Aruntinos Rullienses. Sunt etenim vbi manent vocabula Etrusca, Arunes & Larones. Et in Sabatia quidem, non procul Roma, lacus Sabatinus emittit amnem Laronem, à quo oppidum
F Amnilara non Anguillara dicitur. Hi igitur sunt Aruntini fidẽtiores à Sabatio Sancto Fidio dicti, qui populos in regione condidit, vt in commentarijs Berosianis diximus. Alter verò

amnis Laro est, qui per Rullianam regionem primùm, inde montem Atho præterfluens in mare mergitur. Et ideo Aruntini Rullienses dicuntur, & non Iulienses, vt ridiculosa impressio dicit. Aruntes verò senes, vt Vergilius vocat, siue Aruntini veteres vt Plinius loquitur, hi sunt Volturnæ Camillarij, vt postea videbitur.

Sequitur fragmentum Catonis his verbis.

A Gargano ad Brundusium coluêre Ce lij, vnde Apuli Daunum, Apuli Boi, in quibus Arpe, Canusium, Bararium. Sub his Apeninus ex transuerso diuidit in duo fines Italiæ, quos inter Tarentinus sinus iacet. Circúmque ipsum vndique è magna Græcia. Ad orientem verò magnæ Græciæ pars est Oenotria Arcadum, & Calabri prius Ausones, ad quos Græca verbositas fert venisse primam Græcorum classem annis fermè quadringẽtis ante ruinas Troiæ, quum Oenotrium ducem Arcadum post Troiam conditam adnauigasse in Calabriam tradat Antiochus Syracusanus, & circa oram maritimam posuisse colonias. Et vt parcius mentiãtur Greci, ab eo quondam dictam Italiam Oenotriam scribunt, quum ab initio Italiæ à vetustissimo rege Sabinorum & Etruscorum, penes quẽ erat imper

A imperium, id nomen sortita fuerit.

Plinius in tertio naturalis historiæ, capite sexto: Græci, inquit, genus in gloriam sui effusissimum, Italiæ quotam partem appellauerunt magnam Græciam. Inuenerunt igitur in
B *aliquota paruáque portiuncula Italiæ locum, vbi aduenæ Græci ab ipsis Italis excepti suum nomen inderent, quo facilius mẽtirentur, etiam reliquas partes Italiæ à se ortas fuisse. Porrò de tempore quo venit Græcus Oenotrius, licet ma-*
C *gno impetu contra Catonem & alios, Dionysius in primo libro inuehatur, tamen Catoni & antiquissimo Antiocho Syracusano magis creditur de antiquitatibus & Oenotrijs, vt ostendimus superioribus commentarijs, & in his quæ*
D *supra Myrsilum & Sempronium explanauimus. Nunc ad aliud fragmentum conuertamur, quod hoc modo Cato scripsit:*

A Leucopetra ad Sarnum amnem vicínum Neapoli tenuêre diuersi popu-
F li, Vmbri, Itali, Samnites, Siculi, Peuccini, Picentini, & Etrusci: quorum vrbes sunt Clusium, Pestum, Elea nunc Velia, inter amnem Volturnum & montes Apenini. Sabelli sunt proles Sabinorum, vt nomen est
F argumento, à Latinis Samnites, à Græcis Saunites appellati.

Hoc fragmentum valde diminutũ est, & ideo in Sempronio requiratur. Leucopetra est vlti-

mum Italiæ, è regione Siciliæ, à qua versus in- A
terius Littus & montem Apeninum tenue-
runt hi qui venerunt ex Vmbria & Etruria &
Sicilia cum Italo, & item ex Oenotria cum
Peuccio Arcade fratre Oenotrij, & Samnites
qui è Samnio venerunt duce Lucio, à quo Lu- B
cani dicti fuerunt, sicut à Bruto Vmbro Brutij,
& Piceo Etrusco Picentini. Supra docuit decli-
nare Cato, vt quod Etrusci secunda declinatio-
ne dicebant Piceus Picei, Latini in tertia Pi-
cens Picentis protulerunt. Dicit autem Sabellis C
esse argumento nomen, quòd sint proles Sabino-
rum, quia omne nomen deriuatiuum & dimi-
nutiuum originatur necessariò à primitiuo &
integro. Ergo quoniam diminutiuum & deri-
uatiuum est Tussa Nana & Tuscanella, à Para D
Tussa & principe Tusca, necessariò consequens
est, vt Tussa Nani & Tuscanelli sint proles Tus-
sæ siue Tuscæ principis, à qua Plinius Tusca-
nienses vocat.

Sequitur fragmentum. E

A Tyberi ad Sarnum, incoluere pri-
mi Aborigines proles Vmbrorum.
Princeps his vrbs vetustissima Camerena
à Camese condita, non procul vbi postea
Alba Thusci his admixti, Osci qui nunc F
Capuani, Voloſci quos vocamus Vol-
scos, quibus metropolis fuit Anxur nunc
Taracina, Stabia, Anitini, Hortenses Lon-
ghani

A ghani, Oscori, Macrani, Nuetini, Latinè Grauiscæ. Picenci, Sorani, Pherentinates, Phregenates, Sangnini, Thusculani, Certinenses, Vrsentini, Volcentani.

Qui populi tenuerint Campaniam veterem
B *& nouam & à Tyberi ad Sarnum, exponit Cato. Primi fuerũt primi Aborigines. Sanè Aboriginum triplex genus extitit. Vltimi fuerunt circa aduentum Aeneæ Itali conuenæ, quibus admixti aduenæ incertis sedibus vagabãtur, &*
C *latrocinio vitam agebant. De quibus loquitur in Catilinario Sallustius, & Dionysius in primo libro. Hi Latinè Aborigines, id est, absque certa origine dicti sunt, quia nemo his assignauit eam. Secundum genus fuit ante hoc in ma-*
D *gna Græcia, dicti Græcè Aborigines, quòd è montibus Arcadiæ cum Oenotrio venerunt. Vnde & Cato & Dionysius in supradicto libro aiunt, Aborigines fuisse Græcorum genus. Tertium genus fuit aureo seculo, vocabulo Etrusco*
E *& Arameo dicti Aborigines. Tres dictiones sunt: Ab id est, pater: Ori, id est, foramen & cauea: Genos, id est, posteritas & proles, vt periti Talmudistæ, & diuus Hieronymus exponunt. Hinc Aborigines est paterna cauea nata pro-*
F *les, quoniam priscis aureo seculo ædes erant antra & tuguria, & cauæ quercus, vt Ouidius in primo Metamorphoseos insinuat, & Vergilius in octauo Aeneidos dicit de eis:*

Gensq; virum truncis, & duro robore nata. A
Et de hac dicit Cato, quòd fuit prima Vmbro-
rum proles. Ianigenæ enim Galli veteres, fue-
runt patres omnium, & prima eorum proles
antiquissimi Vmbri, vt supra exposuimus. Hi
verò Vmbri genuerunt Aborigines priscos, à qui B
bus alij orti sunt in Italia prisca, id est, circa
Tyberim, quæ fuit prisca Italia, vt supra Fa-
bium Pictorem exposuimus. Et hoc pacto intel-
ligitur quòd Aborigines dicti sunt, à quibus fuit
alijs origo Italiæ, subaudi priscæ. Alioquin non C
staret, quia ante eos inueniuntur Vmbri anti-
quissima & prima Italiæ proles, & ante Vm-
bros inueniuntur patres eorum Galli Ianigenæ
veteres. Et de hac prisca Italia intelligitur, quod
Iustinus ait vltimo Epitomatum: Primi, in- D
quit, qui tenuerunt sedes Italiæ fuêre Aborigi-
nes, quibus rex fuit Saturnus iustus. Sed ante
Saturnum fuit Cameses Saturnus Aegyptio-
rum, vt asserit Berosus, & Cato, & Iginus,
& Macrobius in primo Saturnalium. Hic enim E
Cameses, qui & Saturnus Aegyptiorum, re-
gnauit in Libya, & Sicilia, & Italia, vt Be-
rosus scribit & Diodorus in quarto libro con-
sentit. Vnde & ab eo Camese Camesenas, quæ &
Camerenæ, vrbes inuenimus conditas in Libya, F
Sicilia, & Latio, & Vmbria. Est enim Camesena
in montibus. Et in Latio circa Alba fuit Camere
na, quã expugnauit Romulus, vrbs Aboriginũ
vetust

A vetustissima, vt in secundo libro scribit Dionysius: & hoc loco Cato insinuat. Nec te moueat quòd loco s, posteri posuerunt r, vt Camʒses & Camesena dixerũt Camers & Camerena, quia hoc fuit in vsu antiquis, vt ostendimus in quæ-
B stionibus Annijs. Hi igitur fuêre prima Latij & Campaniæ origo, & non Græci. Postea aui eorum Thusci, mittebant colonias, & ita multas regiones tenuerunt à Tyberi vsque ad magnam Græciam, vt super Sempronij ostendimus, qui
C verò ex Thuscis colonias miserunt, hoc loco narrat Cato, & Plinius in tertio naturalis historiæ à sexto capite passim in regionibus eosdem enumerat, quorum etiam exponere origines non pigebit. Thusculanos à Thuscis dictos, nomen ac-
D cusat. Sangnini Thusci sunt in Sabatia, quibus amnis est dictus adhuc Sangninaia à Sangni gentili Sabi. Et item Sangnina est oppidum Volturrenæ, nunc Viterbi, in regione adhuc dicta Sangninaia, cuius longitudo est à sancta Ma-
E ria Sangninaia ad ipsum oppidũ fermè deletum Sangnina, circa Celenum. Phregenates item ex Phregene vna ex duodecim principibus vrbibus Iani, de qua supra dictum est Pherentinates, à Pherentino Trossulo oppido Othonis Cæsaris, vt
F memorat Suetonius in eius vita, distat à Vetulonia, nũc Viterbo, quinto miliario. Sorani Thusci permanent versus mare, ad ius Senensium nunc pertinentes. Picenti à duce Etrusco, vt su-

pra exposuimus. Nuetum, nunc Cornuetum, di A
stat à Volturnæ fano vigesimo lapide. Inscriptio
eorum vocabulis & literis Etruscis, vocat eos
Nuetinos, id est, Latinè Grauiscos. Quòd verò
postea additum est Cornuetani, ab insigni eorũ
corno arbore factum est, vt in quæstionibus B
Annijr explanauimus. Volcentini, à Volcen vr-
be vna ex duodecim principibus dicti, nomen
est argumento: sicut & Cercinenses coloniæ, à
Cercinæ portione Vetuloniæ dictæ, de qua Cerci-
na in quæstionibus Annijs diximus. Hi tenue- C
runt vltimum Italiæ promontorium, à quibus
nomen accepit, & cuius meminit Plinius in ter-
tio naturalis historiæ. cap. xj. Cercinum, inquit,
esse longissimum Italiæ promontorium, aliqui
existimant. Senes nostri Ascreani ferunt fama D
teneri, tantæ maiestatis olim fuisse, quòd nunc
dicitur Viterbum, vt etiam maleficos ab vltimis
Apuliæ illo traheret supplicijs afficiendos. Stan-
dum est autem famæ, vbi vetustas derogat cer-
tam fidem, vt ait Liuius in octauo ab vrbe con- E
dita. Verùm nec fides abest, Lucumones, quibus
tota Italia subiecta erat, in fano Volturnæ resi-
dentiam habuisse, in cuius parte Vetulonia Cer-
cinæ est, à qua Lucumonias Cercinas colonias in
extima Italiæ miserunt. Vrsentini, non dubium F
à Tuscorum familia vrsa nominati. Argumen-
tum à nomine, in vico Tusco Romæ Vrsam fa-
miliam consedisse, & ob id Romanos Vrsinos &

anti

A antiquissimos esse, & Tuscanienses simul, & vici Tusci colonos. Anitini, ab Anitinensi agro in Tarquinienſi, sicut Longhani, & Oscori, à familijs Vetuloniæ dicti, quorum prædia etiam ætas nostra vocat campum Oscorum & Lon-
B ghum. Vnde in Tusca vicus Longhus est, à quo in vico Tusco Romæ est vicus Longhus, vti super Fabium Pictorem & in Annijs quæstionibus diximus. Oscora quidem familia, dicta ab Osco Larthe, à quo positi Volosci, siue antiqui O-
C sci & postea Osci, qui & Capuenses, vt exponit Seruius super illo carmine Aeneid. Oscorúmque manum. De his omnibus memoriam facit etiam Plinius in tertio naturalis historiæ. Nam capite septimo sparsim numerat à Tyberi ad Sar-
D num, Soram, Ferentinates, Phregenates, Sangninos, Tusculanos, Anitinum, Hortenses, Taracinam oppidum, lingua Volscorum Anxur dictũ. Oscos, Volscos, & à Surrena augustali Surrentum. Nuetanos verò Plinius prolatione Ro-
E mana Nubetanos profert, quoniã Nuetum, Nubetum & Grauiscum aërem dicunt Etrusci, vt in interpretatione Cornuetana docuimus. Si copiosius de Etrusca origine quæris à Tyberi ad finem Italiæ, lege
F Sempronium cum nostris commentarijs.

*

Sequitur fragmentum Catonis. A

ROma principio sui pascua bobus erat
Circum Tyberim septem rupes sibi
perpetuæ in Erniddo succedentes, cauis
paruis distinctæ erant, sub quibus alueum
Tyberis quandoq; egressus paludes in pla- B
nitiem rupibus subsidentem inferebat. Sa-
turnus primus incoluit Capitolium. Italus
Auentinum, Roma palatium, Cælius cum
Thuscis Cælium & Viminalē Romulus cū
palatio, in quo quadratam Romam condi C
dit, etiam Exquilinum tenuit ab excubiis
dictū, quas illi Lucumo dedit more Thu-
sco XII. lictorum, id est, trecentorum arma
torum, ad custodiam corporis simul & di-
gnitatem, quia Tatius non erat sine suspi- D
cione infidæ societatis.

Primo quæritur, cur tam breuiter de origine vrbis Romæ transiuit Cato? respondetur, quia voluit haberi pro certo, solùm à tribus gentibus, videlicet Luceribus, Thuscis, & Romnensibus E *Albanis, & Tatiensibus Sabinis, originem habuisse Romam, & non à Græcis. Nec videbatur Catoni rem certam ponere in compromisso & disputatione. Et quia ante se Fabius Pictor amplissimè scripserat, super quem cōmentaria edi-* F *dimus. Quòd autem Cato sequutus sit Fabium, patet per id quod in secundo libro Dionysius dicit, quòd Fabium Pictorem sequutus est Cato*

Por

A *Porcius, & quidam alij in historia expositionũ Remi & Romuli.*

Sequitur fragmentum.

ETruria olim Italiæ, princeps, ab eorũ metropoli regia sic cognominata, à
B Tyberi in Macram diffunditur. Gens prima illorum maritima Lygurum, dicta à filio Phaëtontis Lygure, quem montani Lygures Pheriton nuncupant. Post Tyberina ostia Pheregenæ primum Etruriæ op-
C pidum in vicino littore, dictum à Genio Iano, qui primus ibi colonias posuit: & à Pheritone, id est, Phaëtonte, qui colonias adiecit, vti in Lyguria montana vbi à Genij coloniis Genua oppidum: & ab adie-
D ctis Pheretianis ad idẽ coloniis, amni proximo & regioni Pheretianæ nomen reliquit. Primus omnium Græcorum Phaëton ex Attica soluens cum Lygure filio, multis ætatibus & seculis ante Oenotrium Arca-
E dẽ colonias adiecit Italico littori, ab ostiis Tyberinis vsq; ad Niceam Masilienſiũ, & in medio portum Lygurnũ à filio nuncupans, vltro citróque littus omne Lyguriam dixit. Verùm Etrusci, & eos secuti Romani
F ab ostiis Tyberinis Etruscũ vocauerũt vsq; ad caput Etruriæ. Inde Populonicum ab vrbe metropoli Popium, Romanè Puppium. Postremò, à Lygurno portu ad Ma-

cram

cram,ad cuius fontes est Apua oppidum A
Apuanos Lygures vocant,montanos verò
omnes Lygures qui à Macra in Niceam
effunduntur.In montanis Lyguribus sunt
portus Herculis Aegyptij.Nam Lybarnũ
in his est à nomine simul,& cognomine il- B
lius.Græci,vbicunque nomen Herculis au-
diunt,putant esse suum,à nomine sumen-
tes,argumentum,quum tamen ille neque
nomine Libyus,à quo deuicti Libyi,sed
Alceus dictus sit:neque dictio Hercules sit C
Græca,sed Aegyptia.Nam illi Heraclio,
id est Iunonis gloria cognomen fuit.

Supra diximus Phregenas dictas à fato Ge-
nij,verum Cato sentit dictas à duobus,videlicet,
ab ipso Genio Iano & postea Phaëtonte qui co- D
lonias adiecit. Credatur igitur Catoni magis
quàm superiori expositioni,cum quia antiquiori
de antiquitatibus magis creditur,tum vel ma-
ximè quòd validissimo à geminato limitibus
nomine vtitur. Pro quo notandum est, quòd E
Phaëtontem Hebræi vocant Phuth, Aegiptij
Pheth,Aramei Pheriton,& Græci ac Latini
Phaëton,vt hoc loci ex parte significat Cato&
nos super Berosum plenè exposuimus.Et vt pa-
tet in Beroso,& in commentarijs diui Hierony- F
mi super x.cap. Geneseos Libyi antea Phuthei
à Phuth & Phaëtonte dicebantur,sed deuicto
Antheo eorum principe ab Hercule nomen vi-

ctoris

A Ctoris Libyi susceperunt. Vnde & Diodorus Siculus in fine quarti libri ait Herculem Aegyptium nõ Græcum subacto orbe posuisse in triũphum columnam in Libya. Deinde notandum quòd in historia inuincibile argumentum est
B vbi nomen ducum limitibus geminatur, vt quia superũ & inferum mare quibus limitatur Italia, dicitur Turrhenum, consequens est, vt tota Italia fuerit colonia & potentatus Turrhenorum, vt valido argumento Liuius probauit in
C quinto ab vrbe condita vbi ait: Quantùm valuerint supero & infero mari quibus Italia insulæ modo cingitur, nomina sunt argumento, quia vtrunque Turrhenum vocant Græci. Cæterùm littus ab ostijs Tyberinis vsque Genuam
D geminato nomine Pheritonis & Genij limitatur, quia circa Tyberim est Pheregenæ à Pheritone & Genio dictæ, & Genuæ est Genua à Genio, & Pheriton amnis & regio. Quare omne littus ab ostijs Tyberis vsque Genuam fuit
E coloniarum Iani Genij Italiæ & Phaëtonearum quæ & Lygurum. Vnde & portus Lygurnus in medio. Quare ab Tyberi ad Genuam iure antiqui Lyguriam dixerunt, & diuiserunt in Lyguriam Etruscam, Populonicam, Apuanam, Montanam, Geniam, & Montanã Monacham, Genua à Genio & Ianua ab eodem Iano dicta. Vnde ibi Caricus Ianum, id est, vineæ
F Iani. Vnde & sancta Maria in vineis Genuæ.

Car

Carim enim vineæ sunt in plurali, & Carim in A
singulari, vt diuus Hieronymus interpretatur,
& Talmudistæ consentiunt. Notandũ itẽ quòd
nomina localia & gentilia & interdum com-
munia dum veniunt in compositionem semper
syncopantur, aut per synæresim vltima syllaba B
primæ dictionis abijcitur, nisi fiat hiatus, quia
tunc etiam prima syllaba secundæ dictionis sub-
trahitur gratia euphoniæ. Exemplũ syncopæ in
compositione, Vol & Turrena, dicitur Volturna,
& Lianum Coriti, Corti Lianum. Exemplum C
synæresis primæ dictionis, vt Corit Nyenta, Cort
Nossa, Cort Enebra. Cort enim simul in cõposi-
tione syncopatur ablata media litera, i, & in fi-
ne synæresiZatur, amota finali prolatione. Vnde
Pheriton si componatur cũ Genio, aufertur vlti- D
ma syllaba ton, & à Genio i medium, & dicitur
Pheregenum oppidum. Et si additur syncopa di-
citur Phregenum. Aliquando verò in commu-
nibus synæresiZatur prima syllaba vltimæ di-
ctionis, & vltima primæ, vt magis auctus in E
compositione dicitur mactus, sicuti illud est,
Macte virtutis esto. Portus verò Herculis &
Monachum in Lyguria montana Monacha
dicitur, inquit Strabo; ab Hercule Græco. Sed
Cato leuiter dictũ ac falsò existimatum, probat F
à pluribus, Primo à Lucina vrbe Lybarno, quã
etiam Ptolemæus & Geographi scribunt. Nam
Libys est nomen proprium Hercolis Aegyptij,

&

A & Arnus est vnum ex cognominibus, vt ait Berosus in quinto antiq. Sunt autem cognomina eius Her, Hercol, Ar, Arno, Musarno, quæ lingua Aegyptia significant, Her quidem pellitum quia induebatur simplici pelle Leonis quo-
B tidie. Col etiam apud Hebræos totum significat. Hinc Hercol significat pellitum totum, quia pellibus ferinis toto corpore tegebatur pro armis, nondum armis inuentis in primo ortu generis humani, vt ait Diodorus in primo lib. Ar verò
C & Ari significat leonem, dictúsque fuit Ar ab insigni suo leone, quia ab insigni sæpe nominabantur duces, vt Macedo lupus, & Anubis canis, teste Diodoro in primo libro. No autem famam celebrẽ significat. Hinc Arno, id est, leo ce-
D lebris à virtute, qua vt ait Diodorus propulsabat iniurias ab humano genere. Musa item disciplinam significat apud omnes gentes. Dictus est igitur Musarnus, id est, doctor leo celebris, quia deditus fuit initiationibus & incanta-
E mentis militaribus, vt significat Diodorus in sexto. Ergo Lybarni Lygures sunt coloniæ Herculis Aegyptij: vt à nomine arguit Cato & cognomine, à quibus propulsauit hominum malorum iniurias, & leonem insigne suum reliquit,
F Arnienses quoque Thusci dicuntur, quia ab his propulsauit iniurias stagnãtis planitiei & reduxit cunctas paludes in vnũ alueũ, & illis Leonẽ insigne dimisit, vt Florentinis. Musarni item

in Tuſca vrbe, nunc Viterbo ſunt, à quibus propulſauit gigantum iniurias, tum in proxima Etruſca Lyguria vbi compluti lapides Lamonis, tum præcipuè Lurkios Leſtrygones à principatu Vetuloniæ, item illis inſigne ſuum leonem, & ſceptrũ Longholam reliquit, & incantamẽta initiationéſq; militares ad lacum Vadimonis edocuit. Vnde collis Arbani ab eo Muſarnus, & oppidum dirutum nõ procul lacu Vadimonis dicitur Muſarna ciuitas. Quòd non ſolũ in Thuſcia, ſed etiam in Indiæ regnis Gedroſia & Carmania egit, vbi metropoles vrbes Muſarnas & populos Muſarnos fundauit, vt in Ptolemæi Geographia & alijs Coſmographis notatum videmus. Ergo per argumentum à nomine & cognominibus, in Italia Aegyptius Hercules non Græcus reliquit monumenta expeditionis ſuæ, quia Libyus, Arnus, Muſarnus fuerunt cognomina eius & nomen, ſicut Græco nomen fuit Alceus, cognomen Heraclius. Similiter Hercules eſt nomen Aegyptiæ originis nõ Græcæ, quod falsò furati Græci tribuerunt Amphitryonis filio, vt ingenuè fatetur Herod. in ij. lib. Similiter Monachus portus Lyguriæ eſt Aegyptiæ originis non Græcæ, vt voluit Strabo. Eſtq; dictio compoſita à Mon & Akes, id eſt, habitatione & municipio hamantium, qui ſcilicet hamis piſcabantur. Itaq; concludit Cato, nihil eſſe in tota Lyguria originis Græcæ.

A B C D E F

Sequi

A *Sequitur:*

GEns prima Etrurię maritima eſt. Oppida in his Pheregenæ, Alſium Agilla, quæ & Cære à Pelaſgis conditum, Pyrgus, Grauiſcæ ab aëre dictum, Coſæ, Vol-
B cæ, Thelamon, ab Argonautarum principe cum in Etruriam ad Lucumones profectus Hercules Alceus lacum Cyminium effecit, & puella Faula ſubrepta ex Fano ad Euandrum perrexit. Vmbro fluuius li-
C mes tractus Vmbrorum. Caput Etruriæ limes Etruſcorum Phaliſcæ, Populonium nauium & claſsis Etruſcorum olim princeps. Volaterræ & Vada eius Piſa condita à Piſis Alpheis Pelaſgis. Luca illuſtris Lu-
D kio Lucumone rege Tuſcorum Lucus & montes Feroniani. Luna, Cariara ab Etruſcis dicta, à Græcis Selene. Apua in tranſitu Apenini ad fontes Macræ, vnde Apuani Ly gures ab Arno ad Macram.

E *Excurrit Cato, ab oſtijs Tyberis, ad oſtia Macræ, gentem primã Thuſciæ maritimã, vbi multa quærũtur. Primò, quare dimittit Maſſam præclaram vrbem etiam ætate noſtra, de cuius Lucumone, meminit Vergilius in decimo*
F *dicens: Maſſicus ærata princeps ſecat æquora tigri. Reſpondetur quia non multum fuit in vſu Geographorum ponere illam. Contra hoc videtur, quia in vſu Geographorum fuit ponere*

Tarquinias, & tamen Cato eam præterit. Respondent quidam, quia Cato posuit in maritimis, in quibus authores concordant. Reliquit igitur Tarquinias, quia in ea discordant. Nam Plinius enumerat eam cum mediterraneis in tertio naturalis historiæ, capitulo sexto. & Sillius Ital. eandem in maritima gente, vt ostendemus trigesimaprima quæst. Annia. De quatuor vrbibus primis à Iano positis Pheregena, Volce, Volaterræ, Luna, superius diximus. Alsium dictum ab Aleso Argiuo, vt significat Sillius in octauo dicens. Necnon Argolico dilectum littus Aleso Alsium. Nam in comparatione & deriuatione nominũ gentilium & localium, vt plurimum syncopa fit & sinæresis, vt Alesium Alsium, & Volturrena Volturna. Plinius in tertio similiter enumerat. In hac gẽte Pheregenæ, Alsium Agilla Care cognomine, nunc Cære vetus. Item Pyrgus à quo sancta Maria Pyrgani, vulgò Vurgani. Grauiscæ ab aëre, sed Etruscè Nuetum, Latinè Nutetum, id est, Grauiscum, & ab insigni, vt supra ostendimus, nunc Cornuetũ Cosas in plurali dixit Verg. Quiq;, inquit, liquere Cosas. A barbaris Gothis destructæ sunt, post sub Desyderio Longbardorũ rege restitutæ vt eius decretum ostendit, Asidoniæ dictæ sunt. Nam Sidones etiã in Germania sunt, in qua & Longbardi, vt in Ptolemæo proditur. Hinc Asidonia, quasi à Sidonijs Lõgbardis cõdita dicitur.

Sequit

A *Sequitur:*

A Tyberi ad Cyminia iuga, ſecunda gens Thuſciæ eſt, cognomine à Thuſcis Lartheniana, id eſt, metropolis Eniana, Larthem enim ſummum regum vocant.
B Enianum verò vrbs in ea ab Enetanis Pelaſgis cõdita, quam Veij Etruſci pulſis Pelaſgis ampliatam, à principatu prouinciæ ſimul & conditoribus priſcis Larthenianũ, Romani verò à genere populi Veiens vocauerunt. Oppida in his ſunt, Sabum in
C Sabatia à Sabo conditum, Larthenianum cognomine Veiẽs, Nepe, Phalaris, Soracte Phaliſcorũ mons Apollini ſacer, Phaliſcanũ, Pheſcenniũ, Vmbricum, à priſcis Vm-
D bris dictum, Flauianum, Arcennum, Meſium, à quo ſylua Meſia, Roſulum, Aræ Mutiæ. Sutrium à Pelaſgis conditum ab inſigni grano dictum, Romana ſocietate inclytum. Capina à qua Capinates. Lacus
E Cyminius & Troitum Phaliſcorum, finitimum Etruſcis.

Gens illi triplex, inquit Vergilius, Vti expoſuimus in quæſtionibus Annijs, ex vrbibus in
F *hoc fragmento & ſuperiori aſſignatis patet verum eſſe quod Dionyſius in primo libro aſſerit, antiquiſſimas vrbes fuiſſe paruas. Quod profecto in his omnibus cernimus. Larthenianum enim de quo in commentarijs ſuper Semproniũ*

& alijs locis exposuimus, erat vrbs Metropolis totius prouinciæ, & tamen nunc existimatur & est parua. Plutarchus in vita Romuli dicit, Veientes à Romulo dictos Sardinianos, quia Etrusci siue Volturreni dicuntur esse coloni Sardiniani, quia scilicet primi ab Etruria in Sardiniam colendam miserunt colonias. Vnde vt Strabo in quinto asserit, quum Hercules misisset Iolaum cum Tospiadibus in Sardiniam, inuenit Iolaus ibi colonos Barbaros natione Thuscos cum quibus habitauit. Sed hic sunt duo dubia. Primum cur Romulus vocauit Veientes Sardinianos. Nam licet Etrusci cognomine Volturreni, ob colonias illò missas cognominati sint Sardiniani, non tamen sequitur quòd eo epitheto Veientes debuerint dici. Respondetur, quòd posteri sæpe dicuntur epitheto paterno, vt de Vmbris sæpe diximus. Enetani verò siue Eniani Pelasgi fuerunt, electi è Veijs Etruscis, vt hoc loco insinuat Cato, & etiam Plutarchus in vita Romuli significat, dum ait quòd Veij Etrusci dicuntur coloni Sardiniani, & clarius Dionysius in secundo libro dicit: Veiens esse generis Etrusci. Et idcirco epitheto paterno pulsis Pelasgis dicti sunt & ipsi Sardiniani. Secundum dubium, quis Hercules fuit qui Iolaum misit cum Tospiadibus. Ad hoc Græculus mendax audebit respondere quòd fuit Alceus suus, non Libyus, Aegyptius. Et vt sibi credatur, mutabit o, in e,

Et

A Et dicet Thespiades. Sed quia de more suo dicunt & nihil probant, idcirco eadem facilitate reijciuntur qua proferunt. Nam tempore Alcei florebat Etruscorum imperium, nec permittebãt alienos principatu misceri, & vix præmium
B virium è fano Volturnæ retulit Faulam puellam, vt Verrius asserit, & nos in alijs explanauimus. Præterea ea ætate insula refertissima colonijs erat. Et ideo Sillius & Latini ad Libyũ non Alceum retulerunt Tospiades, quum Sillius
C primum Tospiadum Sardum, Libyco non Alceo sanguine ortum decantauit in duodecimo libro dicens: Mox Libyci Sardus generoso sanguine fidens Herculis, & reliqua. Deinde vt super Sempronium probauimus, Larthenianum
D cognomine Veiens non distat ab vrbe Romana, plus tertiodecimo miliario. Nec debet quæri sub nomine Veiens, quo nominabant Romani, sed quo Etrusci vocant ad hanc ætatem Larthenianum, vulgò verò corrupta prima litera Mar-
E thenianum pro Larthenianum proferunt. Nam Veios amnes, & prædia Veia, & nomen Veium, nusquam in tota Thuscia, nullibiq; quàm in tetrapoli Etruria nunc Viterbo reperies. Itaque vt Cato edocet, sicut ab Etruria vrbe cognomen
F accepit tota Thuscia, ita à Lartheniano, & Veiente metropoli, cognominata est secunda gens Lartheniana siue Veiens ab vrbe Roma vsque ad iuga Cyminia proxima vrbi Etruriæ, vt si-

gnificat Liuius in primo ab vrbe condita, vbi ait: Erat Sabinis vicina Etruria, proximi autem Etruriæ Veientes. Vtique proximi tam limite quàm genere, vt exposuimus de vrbibus huius prouinciæ, has enumerat Cato. Sabum nunc vocant Sanctum Sabum, siue à Sagni gentili Sabi, quem Romani Sanctum Fidium, semipatrémque vocabant, vt super Sempronium exponemus, siue adiecto aliquo alio sancto. Nepe ab insigni nomen habet. Phalaris etiam Phaliscæ dicebatur. Vnde quum Seruius supra septimum Aeneidos dicit Ianum quadrifrontem è Phaliscis vrbe Romam aduectum, non contradicit Macrobio in primo Saturnalium dicenti, è Phalari, quia eadem vrbs est Phaliscæ ac Phalaris. Soracte est mons Phaliscorum, vt etiam Acron asserit super Odam illam Horatij: Vides vt alta stet niue candidum Soracte. Errant igitur qui putant montem Phisconum esse montem Phaliscorum, quia prior est inter Etruriam & Volsinas, alter verò inter Phalarim & Flauianum, siue alter in Etruria, alter in Veiente. Phaliscanum vulgo nunc corrupto dicitur Philamanum. Phescennium vnum in Campania, Quod autem hoc loci Cato, & in tertio naturalis historiæ. Plinius in Thuscia numerat, est oppidum Phaliscorum in Veiente, & est nunc vulgò dictum Ciuita castellana, vt docebimus in trigesima

A gesimaseptima quæstione Annia. Vmbrica vrbs fermè deleta iuxta Phescennium. Flauianum iuxta Tyberim adhuc nomen habet, & eius meminit Vergilius in octauo, quum Veientes
B populos enumerans sub Mesapo dicit: Hi Phescenninas acies, æquosq; Phaliscos, Hi Soractis habent Arces Flaviniaq; arua & Cymini cum monte lacum. Arcenna siue Arcennum oppidum Veientum circa limitem Ceritanum, deletum à Romanis, vt in fine quarti libri ab
C vrbe condita dicit Liuius. Postea restitutum & reparatum. Barcennum dicitur, præpositæ de more consonante. Verùm, vt super Berosum ostendimus, primum omnium nomen illi fuit Brygianum, nunc corruptè Braccianum, Me-
D sium oppidum non procul loco nunc Baccino dicta erat. Nam quæ nunc sylua Baccani dicitur, antea Mesia à Thuscis dicebatur, de qua Liuius in primo ab vrbe condita dicit: Sylua, inquit, Mesia Thuscis adempta fuit, & in bello Veiente
E cum Fabijs dicit auditam fuisse vocem è sylua Mesia. Rosulum, & mons Rosulus nomen retinet. Aræ Mutiæ, vulgò Aræ Muzæ, oppidum in edito est iuxta Fescennium, de quo Plinius in secundo naturalis histor. Ad Aras, inquit, Mu
F tianas in Veiete, & in sylua Cyminia loca sunt, in quibus depacta terræ non extrahuntur. Sutrium per syneresim componitur, à suto, id est, frumento & tris. Sunt enim tres spicæ illius insi-

gne, vt xxxvij. quæstione dicemus. Aberrant igitur quidam ridiculi, qui Sutrium à Saturno conditum fabulantur. Est enim ante à Graijs Pelasgis conditum, vt nomen arguit, & per ypsilon debet scribi Sytrium, Capinam scribit etiam Plinius in tertio naturalis historiæ, & capinates lucosq; Capinos scribendum est ac dicendum, à Capi eorum olim insigni falcone. Nam Capena & sylua capena in colle Auentino erat, vti Fabius Pictor & Sempronius & alij tradunt. Troitum oppidum Phaliscorum vltimum est in cyminijs in limite Viterbensis agri, & ideo finitimum Hetruscis Stomachosa impressio Liuij in decimo ab vrbe condita, impressit Troilum pro Troitum ab insigni olim eorum pisce dictum, quod à Gothis dirutum, quam vidimus perseuerat Familia Troita Viterbum diu colens.

A B C D

Sequitur:

GEns tertia Thusciæ Transcyminia, à Cyminiis diffunditur ad Pistoriũ. In his Volturrena sub radicibus Cyminiis iacens cognomine Hetruria, à qua tres gentes Hetruriæ appellantur Hetrusci, vt à communi metropoli, & ager Hetruscus antea Vmbronus dictus vbi Vmbri orti. In eo agro Ferentia, Trossolum, Meonum, Turrhena, Volturna. Sub Volturrena Aruntes veteres cognomine Camillarj, lõgius Blere, Olena, Tussa Nana, Larthes

E F

A Larthes oppidum, Sale Vmbrona, Cort Nossa, Cort Enebra, mons Coriti in iugis Cyminiis, è regione mons Phiscon quæ & ars Iti, Volsine, Pelij, Oropite, Sentinas, Clusium vetus à pugna, sed à
B duce Comersol, montes tumniates, Sora, Soana non procul Saturnia lapides à Ioue compluti in auxilium Herculis contra Lygures Hetruscos gigantes, à filio dicti Lamones, amnis Pelia, mons Pelus, mons
C Tumnias, Rosellæ, Vmbro in monte, Sena colonia, Phocenses, Pistorium, Vmbro amnis, Stellates, Fluentini, qui & Arnienses, Clusium nouum, vnde Clusentinus transitus Annibalis, Aretium, Cro
D tona à Crotone socio Herculis condita.

Sicut à metropoli Babylonia, Aegyto, Persia, Samnio, omnes sub ea regiones cognomina acceperunt, pari forma tres Thusciæ gentes à Metropoli sua Hetruria & antiqua Turrena,
E *dictæ sunt Hetruscæ ac Turrenæ, vt hic significat Cato, sed primario significato Volturreni iuxta Volsinienses, hi sunt cognomine Hetrusci, vt asserit Plinius in tertio naturalis historiæ, ac propterea Volturrena ad radices subiacens*
F *Cyminias est metropolis Hetruria, vt hic Cato memorat. Quod profecto & argumentum à cõiugatis inuincibile demõstrat. Si enim Volturreni, iuxta radices subcyminias & Volsi-*

nienſes, hi ſunt cognomine Hetruſci, vt aſſe- A
rit Plinius, vtique neceſſariò ſequitur quod
ait Cato, vt Volturrena iuxta Volſinienſes &
radices ſubcyminias ipſa ſit cognomine He-
truria à qua de more antiquo tres Thuſciæ
gentes denominationem habeant. De origine B
verò nominum Turrena, Hetruria, Voltur-
rena, & qua orthographia ſcribenda ſint, in
quæſtionibus Annijs, & ſuper Myrſilum co-
piosè tractauimus, & ſimiliter de Sale Vm-
brona, Peruſia, Stellatibus, Arnienſibus. Nunc C
per ſingula excurremus, quæ hic enumerat Ca-
to, & quæ Plinius in tertio naturalis hiſto-
riæ, capite ſexto. Ferentia quinto fermè mil-
liario diſtat à Fano Volturnæ, de qua quæſtio-
ne Annia octaua tangemus. Troſſulum & D
Mæonia, Mæonum, Turrhena ibidem expo-
ſita ſunt. Volturna minor monopolis non tetra-
polis in agro Fani Volturnæ regiæ, altera de-
leta eſt. Deinde Cato quæ alia oppida Volturnæ
regiæ vicinæ eſſent enumerat. Aruntes, inquit, E
veteres cognomine Camillarij. Plinius eos vo-
cat Aruntinos veteres. Vergilius in ſeptimo Ae-
neidos, vocat eos à commentarijs Thuſcorum
& ſecretarios atque referendarios annalium
antiquorum, qui referebant dicentes, his no- F
ſtris agris ortus Dardanus Turrena ſede pa-
tris Coriti, in Phrygiam abijt. Sic enim ait:
Fama eſt obſcurior annis, Aruntos ita ferre

ſenes

A Senes, his ortus in agris Dardanus, Idæas
Phrygiæ penetrauit ad vrbes, Threïciámque
Samum, quæ nunc Samothracia fertur Hunc
illum Coriti Turrena à sede profectum Aureæ
nunc solio stellantis regia cœli Accipit idem.
B Sunt enim Camillarij cognomine mont aruni,
id est municipia Aruni, vt commentario octa-
uo superiore, & in quæstionibus Annijs expo-
suimus. Nã Mont municipia vel vicus, Aruni
verò declinatione Romana Aruntes dicuntur.
C Porrò Camillus Hetrusca lingua minister est
quem dominorum camerarium & secretarium
dicimus, vt Macrobius, Seruius & alij dicunt.
Hinc Camillum teste Seruio Hetrusci vocant
etiam Mercurium secretarium deorum, Quare
D Camillarij senes Aruntes, erant secretarij &
cancellarij Lucumonum. Erátque vicus eorum
in delicijs Thermarum distans à Fano Volturnæ
sede Turrhena Coriti, vno miliario, non
procul Thermis Iasinellis. Sunt nunc vestigia
E Thermarum, & suffodiuntur sæpe vetustatis
plura argumenta, & adhuc initium vici vo-
camus Hetrusca lingua Camillarium, & pon-
tem eius Camillarium inclytum martyrio san-
ctorum martyrum Hilarij ac Valentini, & fi-
F nem vici adhuc vocabulo veteri vulgò mont
Arunes dicimus, quod est Aruntes municipes
vel viculi Aruntum. Quare falsò scribũt in vij.
Aeneid. quidam Aruncos ita ferre senes, quia
Arunci

Arunci sunt noui sub Aenea nondum conditi, A
quando Latinus Aeneæ oratoribus dixit. Vete-
res Aruntes ita ferunt & scribunt hæc verba.
Dardanus ortus his agris, & profectus à Tur-
rhena sede Coriti patris sui Idæas Phrygiæ pe-
netrauit ad vrbes. Itaque non Latinus ibi dicit B
his ortus Campaniæ agris & Turrhena sede Co-
riti, quia falsum esset, sed solum dicit ita scribere
& asserere Camillarios Aruntes, quod ad vn-
guem verum est, dum Aruntini veteres, vt vo-
cat Plinius, aut Arunti senes, vt Vergilius, vel C
Aruntes veteres Camillarij, vt notat Cato scri-
bunt, his Aruntinis Turrhenæ sedis Coriti pa-
tris sui ortus est Dardanus. Sed de his satis.
Sequitur: Longius, inquit, Blere. Nam A-
runtes Camillarij vno lapide aberant à Voltur- D
na, Blere verò decimo. Origo nominis est à flue-
re. Nam Latini ponunt f, vbi Hetrusci b, quia
blere est flere. Flere autem est fluere & scaturire
siue erumpere lachrymas vel aquas. Hinc Ble-
re oppidum dictum, quòd non procul ab eo duo- E
rum fluminum Minionis & Blerani fontes
fluant, erumpant & scaturiant. Olena oppi-
dum dirutum iuxta Tuscanellam vbi & diru-
ta iacet Tussa Nana ad hanc ætatem dicta, ad
distinctionem Tussæ paræ. Nam para Tussa est F
princeps & coronata Tusca à Tusco rege filio
Herculis dicta pars regiæ tetrapolis. Tussa verò
Nana, id est, Tusca parua à cuius ruinis Tus-

canella

A canella condita ab Ascanio, vt incolæ scribunt, & à Cane Tuscanella cognomitata sicuti perhibent, & nos amplè ostendemus. An. quæstion. xxxiij. & xxxiiij. De Coriti verò extremis vrbibus copiosè dicetur infra quæstione An-
B nia xxxvj. & xxxvij. Mons verò Physcon corruptè Phyasconem proferunt. Dictus sic fuit à Physconibus veteribus Pelasgis, qui sacrauerunt Fanum ingens Volturnæ, vt Vergilius in octauo Aeneidos memorat, vnde &
C iuxta Volturnam proferimus duplici ll, campũ Pellasgi. Nam teste Ptolemæo & Geographis, vrbs Physcæ est in Pelasgiotis Macedoniæ, à quibus Physcum nomen & Pelasgi in agro Volturreno. Dictus est etiam idem mons Arx
D Iti, id est, Iouis, qui & Coriti. Idem enim fuit Iuppiter & Coritus vt Berosus exprimit, & in fine primi libri diuinarum institutionum refert Lactantius. Quare falsò in historia sancti Flauiani martyris scribitur Arx ici pro iti,
E sicut in Vergilio Aruncos pro Aruntos, De Pelijs Pelasgis sunt mons & amnis Pelia quẽ corruptè dicimus Paliam iuxta Oropitum, quem per syncopam Orbitum vocat in Decreto Desyderius rex. Ex quo patet multis locis nomina
F reliquisse Pelasgos: Nam Oropitum est vrbs Achaiæ, vt patet in Ptolemæo Vnde & Achæi etiam duce Vibio, vt aiunt, Perusiam ampliauerunt. Sed videtur quòd Cato contra suum institutum

tutum agat, quia vt ab initio patuit, Cato instituerat ostendere Græcos Italiæ nullam dedisse originem. Ad hoc dicimus quòd licet magna parte Italiæ potiti Pelasgi, etiam magnas vrbes condiderint, tamen, vt ait Dionysius Halicarnasseus in primo libro, non licuit eis diu victoria vti, quia mox à vicinis & præcipuè Turrenis à tota Italia pulsi fuerunt, & ita à Græcanica origine integra Italia mansit. Sentinas oppidum erat inter Aquasenses & montes Tunniates, à quo adhuc dicitur pons Sentinus, & in Liuio legimus Hetruscorum agrum Sentinatem. Est etiam Sentinas ager in Phaliscis. Clusium vetus est cognomen à pugna, quia cluere antiqui pugnare dicebant, vt ait Plinius libro decimo quinto naturalis historiæ, capite vigesimonono. Nam illi proprium nomen fuit Comersol, quod & Liuius in decimo ab vrbe condita consentit ibi scribens: Clusium, inquit, antea Comer solum dicebatur. Et quidem à duce, vt ait Cato. Berosus in quinto antiquitatum ait Ianum instituisse regem Vetuloniæ Comerum cognomine Gallum, à quo regio & loca nominata sunt: Vestigia permanent, Clusij priscum nomen Comersol, id est, Comeri iugum, & in agro Volturreno Vallis Comera, & Rÿ Comerium, id est, regis Comeri amnis, & in Phaliscis Comersana Insula. Montes Tunniates sunt dicti Radicophani & sancta Flora, & vulgo corrupto

Dunn

A Dunniata pro Tunniata, de quibus Strabo dicit in quinto, quòd Populoniam & Cosas sequitur prospectus Tunnorum. Nam ab his montibus vsque portum Herculis & Cosas prospectus est, vbi est lacus Oropitelli, in quẽ Tunni sequu-
B ti purpuras & glandes irruunt, vt ibidem significat. Et ideo Tunniates dicuntur, qui nunc Roda Cosani à Longbardis appellati sunt Sora, & Soana in maritima Senensi sunt, & nescio quo pacto in mediterraneis hic ponuntur. De La-
C mone & pugna Herculis in tertio commentario supra Sempronium diximus. Rusellæ iacent dirutæ ad Thermas sancti Philippi, de quibus Liuius ait, pugnatum à Romanis fuisse in agro Rusellano. Vmbronem in monte existimo esse
D nunc sanctum Quiricum, quia sub eo oritur Vmbro fluuius, qui per Rossetum (nunc addita G. Grossetum est) in mare mergitur, vbi finit tractus Vmbriæ qui à Sale Vmbrone in regione Tyberina incipit. Sena colonia, de qua Pli
E nius in tertio naturalis historiæ: Colonia, inquit, Senensis, circa tempora Pompeij Colonia deducta est, quam teste Appiano in primo de bellis ciuilibus Pompeius quoniam fauebat duci Martio, hostiliter diripuit. Saturniam nuper ijdem
F Senenses reparauerunt, cuius meminit idem Appianus in eodem libro: Sylla, inquit, ex suis Romæ nonnullis præpositis Clusium profectus est, qua intrarunt residua belli, ortáque

equest

equestri pugna iuxta Glanem fluuium ad quin A
gentos ex hostibus Sylla occidit, quo etiam tempore circa Saturniam reliquias hostium vicit. Hi Saturnini, teste Plinio, ante vocabantur Aurunini. Aurunus autem fuit Larthes Hetruriæ, vt Berosus scribit in quinto antiquita- B
tum. Phocenses dicti omnes qui regionem vallis fluenti Esaræ incolunt, vbi & vetustissimus lacus & oppidum Phocekium vulgò dicitur. Eam appellationem habent, vt fama proditur, quòd ibi Phocenses Pelasgos, Turrheni & Crotonien- C
ses deleuerunt. In hac regione rex Desyderius condidit oppida dicta sanctos Geminianum & Miniatem, vt excisum alabastro eius decretum memorat. Pistorium est triplicis originis. Latina enim origine, vt fertur, à pistoribus in Ca- D
tilinario bello nomen magis refirmauit quàm desumpsit, quia à Pelasgis habitatum fuit, vt nomen accusat, quia à pistos & oros origine Græca componitur Pistorium, id est, fidelis terminus. Nam fidi viri eum locum incolebant, E
quia clauis est & tanquam claustra opposita Galliæ Cisalpinæ nunc Lombardiæ. Verum etiã antiquior illi inuenitur Hetrusca origo. Est enim nomen compositum à pist, quòd teste Samuele ostium, & oros quod est mons. Hinc Pi- F
storium propriè dictum, quòd sit ostium transcendendi Apeninum montem à Tuscia in Galliam. Vnde & ab eo in Gallias contendebat Catilina

A tilina, vt Salustius in Catilinario significat. Et Antoninus in Itiner. dicit Pistorium esse viæ Aurelianæ atque Claudianæ transitum in Gallias. Vmbro alter fluuius & Stella, in regione Pistoriensi & Pratensi feruntur. Stellatini
B in vico Tusco Romæ, vnam tribum effecerunt, vt super Fabium Pictorem vidimus. Pistorium cinxit primus mœnibus, rex Desyderius. Fluentini cognomine Arnienses ab Arno, cui præterfluenti vicatim erant appositi, vt Plinius signi-
C ficat, à Iano ex primis duodecim populis positi fuerunt, vt in principio significauit Cato, & nos ibi exposuimus. Tribum etiam ipsi vnam in vico Tusco Romæ, fundauerunt, vt in Fabio Pictore vidimus. Clusium nouum adhuc in Clu-
D sentino dicitur, vnde transitus fuit Annibali in Aretium & trasimenos. Existimo quòd sit à pugna Annibalis Clusentina regio dicta, quàm vulgus nunc corruptè Casentinam appellat Aesar fluuius dictus, quia lingua Hetru-
E sca Aesar dicitur deus, vt Sueton. dicit in vita Octauiani. Cur autem illum Hetrusci vti deum extimuerint, fabulam refert Strabo in quinto libro. Is Aesar fluuius cum Arno congreditur, & simul cum eo in mare mergitur, non
F procul portu Lygurno. Croton mediterranea, tempore Dionysij Halicarnassei colonia Romanorum facta, & dicta Cortonia, vt in primo libro idem Dionysius asserit. Ergo antiquitus,

neque Cortona dicebatur, neque ab antiquo Co- A
rito derivationem & originem habuit, sed Cro-
ton mediterranea appellata est, vt Dionysius,
Cato, & alij dicunt, & à socio Herculis Aegy-
ptij originem traxit, qui Croton dictus est.

Sequitur: B

APeninus mons Italiam in duo secat. R Radices sub Pœnino transitu Anniba lis in alpibus à Nicea ad ipsum fermè Pœninum in latitudinem extenduntur, vsque C ad Macram Lygures montani incolunt. A Macra item ad fontes Tyberis ad inferum mare Thusci, ad superum Galli Aureliani & Aemyliani. A fontibus rursus Tyberis ad Narē Vmbri inhabitāt. Principiò Ty- D phernum, & in fine Ameria, & Tuder sunt. Galli omnem Vmbriam pulsis Hetruscis occupauerunt, exceptis Typherno, Esisio, Hyspello, Fulgineo, & vetusta Veiorum prole, quam Veilumbrā, id est, Veiam pro- E lem antiquam Vmbram dicunt, in quibus principes sunt Spoletum, Tuder, Meuania, & Ameria fermè nongentis annis & amplius restituta ante Persæ bellum à Veiis Hetruscis antea condita, duce Ameroë At- F lantis Itali ex Pleione vxore filia. A Nare porrò amne vsque ad Equiculos tenent Sabini à Sabo conditi Sabatio Sangni genti-

li edito

A li edito. Inde ad fontes Sarni amnis Sabelli Sabinorum proles incolunt.

De Pœnino & Apenino & incolis eorum copiosissimè in commentarijs Sempronianis traditur. Quæ verò percurrenda sunt, hæc videntur. Primùm, quia Plinius in tertio naturalis historiæ, dicit Catonem tradere ante Perseum bellum annis supradictis Ameriam conditam, cùm tamen dicat restitutam à Veijs, videtur mihi ad hoc dicendum, quòd vel Cato alibi illud scribit, vel Plinius sumit conditam communiter, quia omnis vrbs dicitur communiter condi quum fundatur, vel consummatur, vel ampliatur, vel reparatur, vel restituitur & reædificatur. Vnde à pluribus & diuersis temporibus legimus Carthaginem fuisse conditam. Cæterùm de Atlante Italo, socero Coriti Thusci & vxore ac filiabus eius geniti in Volturrena sede Coriti, & locis eorum extantibus, simul & Sabatio Sangni gentili Sabi, in Berosianis commentarijs plenè tradidimus, Sequitur tamen, omnes Veilumbros à Veijs priscis Vmbris ortos in Saleumbrona. Nam Veij amnes & Veia vetusta prædia in Saleumbrone sunt. Est enim Veilumber Veia proles Vmbra.

Sequitur:

Lucani à Samnitibus (duce Lucio) dicti, sed ante illum Coloniæ erant Hetrusci generis, qui sunt Bussentũ à Vussetinis, Sen-

tini Tergilani, Vrsentini item à Trasime- A
nis, Volcentini à Volce maritima, & The-
bani ab Ocno missi.

Super Sempronium & in alijs de his diximus, quos etiam Plinius in tertio naturalis histo
riæ his locis enumerat. Hetruscæ verò fuisse ori- B
ginis nomina sunt argumento. Nam Vusetini
sunt incolæ Volturreni in Thermis adhuc Vuseti
nis dictis, quanquam in Plin. tertio libro. capi.
sexto Esetini stomachosa impressio notat. Cuius
error patet, cùm quia tota impressio illa mendosa C
est, tum vel maximè, quia post maritimam gen-
tem & colonias Thusciæ, Plinius per ordinem
alphabeti alias vrbes & vicos Thusciæ enume-
rat. Et vt patet ibi, Esetini sunt in litera V. Qua
re Vusetini Thusciæ sunt, à quibus Bussentum. D
Vnde & Busseta vulgò Thermas & vicos dele
tos proferimus. Sentini vtique à Sentinatibus
orti, sicut Vrsentini à Trasimenis. Vrsaiani enim
regionem planiciemq; ipsi subiacentem. Corto-
nienses nuncupant. Thebani ab Ocno missi, dicti E
sunt, qui cum sua genitrice fatidica Manto
Thebana ad Tyberinum venerunt, & Hetru-
scis coniugio iuncti fuerunt, & illo missi.

Sequitur:

SAngni gentilen Sabi pronuntiant Sabi F
ni, Sanctum Romani, Sagam Barbari,
à quo & Sagi primi Thusci, id est, põtifices
& sacri expiatores. Ex quo patet leuitas

cum

A cum loquacitate Græcanica quæ à Lacedemoniis ortos scribunt Sabinos, & Græca origine à σεβῶμαι dictos fingunt. Sed Roma tum rudis erat, cum relictis literis & disciplinis Hetruscis, mirabunda Græcis fabulis rerum & disciplinarum erroribus ligaretur, quas ipsi Hetrusci semper horruerunt, neque ob id Latinas quidem voluerunt suscipere vsque ad Cecinnam Volturrenum magistrum quadrigarum & augurum principem, patrem Menippi & auum Menodori, quas ante illum pater eius Volturrenus, auúsque Titus & proauus Turrenus, semper Romanis principibus charissimi renuerunt, cùm ad eas recipiendas vrgerentur. Nam ipse Turrenus patre Elbio Volturreno & regum Hetruscorum vltimo ad lacum Vadimonis cæso, equidē ad reddendam vrbem Hetruriam anno secundo Olympiadis centesimę vigesimæquartę allici potuit, sed ad recipiendas Latinas literas nunquam persuaderi potuit.

Etiam tempore Plinij Sagi Thusci dicebantur, qui egesserunt septem maria, & ostio Padi Sage nomen imposuerunt, vt scribit Plinius in tertio naturalis historiæ, capitulo decimoseptimo. Festus quoque Sagam exponit expiatorem, & diuus Hieronymus immolatorem, quod est pontificis & sacerdotis officium, Sed de his tetigi-

mus super Sempronium, & Berosum, & Fabium Pictorem, vbi etiam ostendimus Sabinos à Thuscis non Græcis originem & disciplinas assecutos fuisse. Hoc loci notanda sunt hæc. Primùm quòd Ianus docuit Physicam & Astronomiam, vt Berosus asserit & Physici, quia teste Macrobio Physici Ianum miris argumentis diuinitatis consecrant. Et vt ait idem Berosus, & Macrobius in primo Saturnalium, referens Xenophontem, primus Italos docuit ritus sacros & religionem & Theologiam, adeo vt Mythici tradant sub Iano omnium domos religione ac sanctimonia fuisse munitas. Et vt prosequitur Berosus moralem viam & diuinationes, quibus præualuerunt Hetrusci, docuit, & literis mandauit. Quæ omnia vsque ad suam ætatem duraA B C D E F

uisse Diodorus in sexto asserẽs: Turreni, inquit, literis & inuestigationi rerum naturalium atque Theologiæ plurimo tempore impenso, præcipuè in interpretatione fulgurum versati sunt, adeò vt vsque ad ætatem meam vniuersus orbis, tum admiretur viros, tum interpretibus fulgurum vtatur. Secundo notandum est quòd ipse Ianus fuit patria Ogygius Phœnix, & ob id propriæ Hetruscæ Ianigenæ literæ atque disciplinæ erant Phœnices, eædẽ Assyriæ, quarũ à Græcis distantia est, quia Phœnices & Chaldææ certissimæ sunt & antiquissimæ, & toti orbi admirabiles. Græcæ verò confusæ & nulla vnquam certa

sentent

A sententia habita, per omnem vitam homines errare compellant, vt clarè asserit Diodorus in iij. lib. Et ideo non mirum est quod ait Cato, quia Hetrusci semper horruerunt literas & disciplinas Græcorum vti nouitias & inconstantes, &
B sibi ipsis dissidentes, cùm ipsi antiquissimas & vsque ad tempora Diodori toti orbi admirabiles à Iano traditas retinerent. Audeo dicere atque probare cum oportuerit, etiam ipsum Aristotelem inconstantem esse, atque pluribus locis
C mendacem. O quantum nocuit veritati Italicæ à Iano traditæ, introductio vanissimæ philosophiæ Græcorum. Verè Cato vates fuit, qui, vt in principio ostendimus ad filium scribens, quandocunque, inquit gens ista literas suas ad
D nos adducet, omnia corrumpet. Tertio notandum est, vt ait Liuius in ix. ab vrbe condita, Romani discebant antea literas & disciplinas Hetruscas, vt postea Græcas, quia rudis Roma non aduertebat, sed mirabatur eius fabulas &
E mendacia. Nam postea erudita, & animaduersa eorum mendosa leuitate exclamabat: Omnia nouit Græculus esuriens. Et item quicquid Græcia mendax audet in historia. Et idcirco Hetrusci nolebant disciplinas Latinas su-
F scipere, quia pendebant à Græca fabulosa mendositate. Quartò notanda est Genealogia principum fani Volturnæ post perdomitam Hetruriam. Vltimus, inquit, Hetruscorum Larthes

fuit Elbius, à quo vicus Cyminius Elbius in A
Ptolemæo legimus. Hoc cæso ad lacum Vadimonis vrbem defensabat Turrenus filius eius, qui eam tandem Romanis dedit, vt hic notat Cato & Valerius Maximus lib iiij. cap. penultimo, cum de Hetrusco adolescente loquens, quod in- B
quit, sequitur externis annectam, quia ante gestum est quàm ciuitas Hetruriæ daretur. Huius Turreni filius fuit Titus qui si quo authore memoretur, nondum comperi. Huic Tito pater fuit Volturrenus, non solum prout Volturrenus est C
nomen locale, sed proprium, vti Florentinus Cecinna illustris principatu quadrigarum & augurandi, vt hoc loci Cato, & Plinius in naturali historia, & nos in XXVI. & XXVII. quæstio. Annia docebimus. Argumentum verò quòd D
primus literas Latinas suscepit, quia in Surrenæ Thermis canale ingens plumbeum Cecinne inuenit Paulus Benignus ita Latinis literis excisum. TVRR. TITIANI. V. C. id est, Turrheni, Titiani, Volturrheni, Cecinnæ. Ita Cecinnæ E
epithetum paternum auitum & proauitum antecedunt more Latino. Hinc Cecinna genuit Menippum patrem Menodori, cuius meminit Appianus in lib. 5. de bellis ciuilibus dicens Menodorum Turrhenum classe parata affuisse Iu- F
lio Cæsari contra Pompeium iuniorem, fuitque bello nauali Menocrate superior Menodorus noster Turrhenus. Etenim semper Capi fuerunt

Hetru

A Hetruſci,& inter dominos quadrigarũ & principes legionum cõputati apud Romanos, vt hoc loci Cato & Horatius in primo Sermonum, Satyra ſexta, à patribus & auis ſub Mecœnate commendat dicens, Non quia Mecœnas Lydo-
B rum quicquid Hetruſcos Incoluit fines, nemo generoſior eſt te, Nec quod auus tibi maternus fuit atque paternus Olim qui magnis legionibus imperitarint. Hoc quoque loci notandũ eſt quòd quidam Mecœnatem exiſtimant fuiſſe ex an-
C tiqua Turrhena ſiue Hetruſca lingua Volturrena, percharúmque Octauiano fuiſſe, quia fuit filius Menodori, cuius ope atque induſtria vicit reſiduas belli Pompeiani furias Iulius Cæſar Octauiani pater. Sic enim Mecœnas incoluit
D ſiue incola fuit Hetruſcus id eſt, Volturrenus, quia Hetruſci ſunt proprio cognomine Volturreni, quibus ſolis limites Hetruſci & Lydorum fines ſunt ijdem, tam ex parte Cyminia quàm Tyberina. Nam Vetulonia fuit à principio decus
E Mœoniæ gentis, vt ait Sillius in octauo. Et eadem Lydia gens bello præclara iugis inſedit Hetruſcis, id eſt, Volturrenis & Cyminiis, vt clarè oſtendemus in quæſtio. Anniis, præcipuè quæſtio. 8, 9. 11 30. & 32. Et à Turrhena Tyberis
F Turrhenus & à gente Lydius dictus eſt, & ab eadem vrbe Hetruria & Tuſca cognomine, dictus eſt Hetruſcus & Tuſcus non Latinus, vt Fabius Pict. in fine de origine vrbis Romæ

asserit. Vnde Acron supradictum carmen expo A
nens ait. Lydorum (inquit) Hetruscos fines in-
coluit Mecœnas, quia Lydi profecti ex Asia
incoluerunt Hetruriam circa Tyberim dicente
Verg. vbi Lydius amnis inter opima ferens. Ma
gnis autẽ legionibus, quia (inquit Porphyrius) B
magnis Lucumonibus imperitarũt proaui Me-
cœnatis & fratris eius. Erant enim Tusciæ duo-
decim populi, & singulorum singulus Lucumo
rex atque singula legio, quibus vnus impera-
bat. Idem dicit Seruius super octauum & deci- C
num Aeneidos. Et hoc modo expositio Hora-
tiani carminis est vera ad vnguem, quòd aui pa
terni & materni Mecœnates imperauerunt
magnis legionibus duodecim populorum, quia
Elbius fuit Larthes Hetruriæ & eius plurimi D
antecessores. Et ita in Odis expositio hæc vera
est, vbi Horatius ait: Mecœnas atauis edite re-
gibus, scilicet Larthibus nedum Lucumonibus.
Et in alia Oda: Turrhena (inquit) regum pro-
genies tibi, quia antiqua Turrena, id est, Vol tur- E
rena: Elbius & eius aui Larthes orti sunt. Qui-
dam dicunt eundem Mecœnatem oriundum ab
Aretio, inducúntque Macrobium in secundo
Saturnalium ita dicentem: Augustus quia
Mecœnatem suum nouerat esse stilo remisso, F
molli, & dissoluto, talem se in epistolis quas ad
eum scribebat sæpius exhibebat, & contra ca-
stigationem loquendi, quàm aliûs ille scribendo

seruа

A seruabat, in epistola ad Mecœnatem familiari, plura in iocos effusa subtexuit, ita: Vale mel gentium. Metuelle, ebur Hetruriæ, Laser Aretinum, adamas supernas. Tyberinum Margaritum, Cilneorum smaragde: Iaspi figulorum:
B Berylle Porsenæ: carbunculum habeas ινα συντεινω πάντα μαλάγματα Mœcharum. Ad hæc respondetur, quòd nihil de ortu Mecœnatis magis de Aretio, quàm Hetruria & Clusio Porsenæ exprimitur in hac epistola, sed solum
C epitheta quæ Augustus ei tribuebat, vtputa quòd esset gentibus dulcis, Aretio adamas, Hetruriæ æsar, Tyberinis supernus: Figulis, id est, poëtis Beryllus, & reliqua. Est autem æsar lingua Hetrusca deus dicente Suetonio in vita
D Octauiani. Ictu, inquit, fulminis ex inscriptione Cæsar: statuæ eius prima litera nominis effluxit, responsúmque est centum solos dies posthac victurum, quem numerum c, litera notauit: futurúmque vt inter deos referretur, quòd æsar, id
E est, reliqua pars è Cæsaris nomine Hetrusca lingua deus vocaretur. Rursus quod ad propositum nostrum facit, Mecœnas inter poëtas eximios Latinos nutritus, vix linguam Latinam sciebat, quum stylo scriberet remisso, molli, incon-
F stante atque dissoluto, vt intelligas paulò ante à Cecinna Volturrheno susceptas Latinas literas, adhuc ab Mecœnate dissolutas & molles haberi, vt Cato insinuat.

Sequ

Sequitur: A

Palatinum collem Roma Itali filia, sed prius Palatini Aborigines tenuerunt, qui ex agro Rheatino ad pascua ouibus quærenda illò profecti sunt. Argumento est Vellia Palatini altera pars à vellenda lana, ante his monstratam Hetruscam tonsuram appellata. B

Varro in primo libro de lingua Latina eadem scribit, & nos super Fabium Pictorem exposuimus. Et quia Vellia à vellendo, vnde & vellus nomen habet, idcirco debet scribi geminato ll. Nam vnico l, Velia est vrbs Italiæ vt Verg. Portúsque require Velinos. Hetrusci docuerunt Italiam lanificium & tonsuram ouium, & tincturam pannorum, quia teste Sillio in octauo, Vetulonia princeps Tyrio veste prætexuit Ostro. Et ob id vellus Romanum nuncupatur. Tuscum à tinctoribus Tuscanien sibus, vti est id Iuuenalis in Satyra: C D

Præstabat castas humili fortuna Latinas. E
Quondam, nec vitijs contingi parua sinebat
Tecta labor, somníque breues, & vellere Tusco
Vexatæ duraq; manus. *Sequitur:*

Capitolium dictum à capite inuento fluente sanguine, dum Iouini templi fundamenta iaceret princeps Tarquinius. Nã antea Tarpeius à Tarpeia ibi scutis Sabinorum obrupta, sed prius Saturnus vocabatur. F

batur. Sub eo Ianus quadrifrons. Quirinus à victoria Lucumonis à Quirino colle mo uentis.

Capitolium sæpe mutauit nomen, vt Cato nunc & Varro in primo de lingua Latina docent. Ianus verò vnde dicatur. Quirinus exponit, cuius historia tacta est super secundum librum Fabij Pictoris.

Sequitur:

Quirinalis à Iunone Sabinorum dea, quam illi Curitim, id est, hastatam Iunonem vocant. Etenim hastam curim & curinam proferunt, quia his simul & Hetruscis non est litera q, sicut Romanis. Inde Quirites.

Itum Hetrusci etiam & Itim proferunt, quos Aegyptij Isum & Isim, Latini autem Iouem & Iunonem, vt Seruius super Aeneida, & Macrobius in Saturnalibus insinuant. Vnde sub statua Cybeles de Isi Aegyptia, quæ venit ad nuptias eius, ita scriptum est literis & verbis Hetruscis: Veizu Meos iti: Meos iey Zeb. Id est. Veiuso hospita Isis hospitata est epulatrix, vt probauimus in tractatu de literis & titulis inuentis Hetruscis.

*

ANT

ANTONINI PII ITINERARIVM CVM COMMENTARIJS Annij.

ANtoninus Pius Cæsar Augustus, etiam pietatis laudem confirmauit, dum hoc itinerariũ scripsit. Causſa enim scribendi pietas fuit, dum pauperibus & peregrinis, itinera totius orbis descripsit: vt qui aut fugerent, aut in bella irent, aut ad dominos proficiscerentur, aut quauis causa remotissimas regiones adirent, sine indice ferè vndiq; penetrarent. Porrò quæ habentur nunc itineraria Antonini, non sunt, sed fortè ex fragmentis aliquot collecta, & plura his addita, multa diminuta, plura immutata. Argumento sunt duo fragmenta, quæ apud me sunt ex collectaneis magistri Guillelmi, collecta anno Salutis MCCCXV. Nam primũ fragmentum ex procemio est. At in his quę modo habentur, nullum procemium est. Deinde in secũdo fragmẽto, sex celebratissima tũc itinera ab vrbe Roma in Gallias docentur. At in his quæ vulgantur, nullius memoria fit. Rursus singula oppida, & vrbes, quæ in singulo itinere ab vrbe Roma vsque

A vsq; in introitū in Gallias succeſsiuè occurrunt, diſtinctè enumerat. Sed in vulgatis, omiſsis oppidis etiã itinera deleuerunt, nõ ſcripſerũt. Itẽ miliaribus vtũtur hæc vulgaria, quibus ſoli Itali vtuntur. At Antoninus
B nõ miliaribus vſus eſt, ſed ſucceſsione oppidorũ, quia omnia orbis itinera, omnibus gẽtibus deſcripſit, quæ gentes profectò ſucceſsiones oppidorũ intelligũt, miliaria neſciunt. Amplius, itinera maritima, à mediterraneis diſcreuit Antoninus. At vulgata
C confundũt omnia & miſcẽt, vt Saleumbronam & Larthem in maritimis ponũt, quæ ſunt in mediterranea Vetulonia. Denique & nomina corrumpunt vulgata, vt Martis
D pro Larthes, & Florentiam ponit, quæ non extabat Antonini tempore. Ex quibus patet, hos vulgatos codices non eſſe totos Antonini itinerarium, ſed eius magnam corruptionem à poſteris, per additionem, & di
E minutionem priuato ſtudio procuratam. Nam ſi ita cætera eſſent, vti hoc fragmentũ, verè toto orbe quis peregrinaretur abſque indice & errore, ſcirétq; integrè totius orbis Topographiam, & nomina itidẽ ciui
F tatum & locorũ. Igitur & hæc duo fragmẽta: expoſituri ſumus pro ſui tum breuitate, tum antiquitatis ſplendore: in quorum primo, pars procœmij ponitur ſub his verbis:

Diuus

DIuus Augustus, quamuis totum orbẽ A
rectè diuiserit, vbi ait: Orbis totus di-
uiditur in partes treis, Europã, Aphricam,
& Asiam, quæ ferè est dupla ad quamlibet
duarum, in descriptione tamen locorum
orbis, multa loca memoratu digna siluit; B
qúæve in præcipuis itineribus oppida &
vrbes occurrant, quæ maximè tum militi-
bus, tum peregrinantibus, tum historicis
non parum proficiunt, neglexit: Ea nos suo
nunc ordine percurrere instituimus. C

Plinius in tertio naturalis historiæ capite sexto, asserit se in partitione Italiæ nolle sequi Augusti ordinem. Ex quo patet, Augustum crasso & indigesto atque diminuto ordine descriptionem orbis tradidisse, quum Plinius & D Antoninus illam despexerint. Nec mirũ. Primi enim semper posterioribus rudius & magis ieiunè doctrinam ordiuntur, quia posteris facilè est inuẽtis addere, vt ait Aristoteles in Ethicis. Primus autem omniũ qui descripsit vniuer- E sum orbem, fuit Cæsar Augustus, quando pace parta mari terráque, CHRISTVS *salus nostra ortus est, vt insinuat Lucas Euangelista, Iosephúsq;, ac Latini historici. Hæc de fragmento proœmij. Nunc ad secundum fragmentum F veniendum est, in quo de sex itineribus ab vrbe Roma in Gallias, nunc longbardiam, verba facit. Et ita litera diuiditur in sex partes. In prima*

A ma diuidit sex itinera, & exponit primum Maritimum, dicens hoc modo:

Ab vrbe in Gallias itur itineribus sex, maritimo, littoreo, Aureliano, Cassiano, Tyberino, Flaminio. Maritimum tenet
B Pheregenas, Castrum nouum, Cellas, Herculem, Thelamonem, Caput Etruriæ, Phaliscas, Traianum, Populonium, Vada, Lygurnum, Erycis sinum, Entelliam, Delphi-
C num, Genuam inter Porsenam & Pheritonem, Monachum, Niceam.

Maritimum dicitur, quod fit nauigio: in quo post Ostiam primus portus occurrit Pheregene, dictus à Pheritone & Genio Iano, vti exposui-
D mus in decimotertio Fragmento Catonis. Erat oppidum vbi nunc palus. Castrum nouum tunc, sed deletum vetus dicitur, vt lapis excisus in mœnibus à Pio secundo Pontifice Max. indicat. Vulgo dicitur portus Ciuitæ Vecchiæ. Cellæ por-
E tus est iuxta ostia Minionis, vbi dicitur portus Cin Cellæ. Omne littus post Cære vetus vsque Minionem dicitur vulgo Etrusco veteri Cellæ. Vnde amnis post Cære adhuc dicitur Marecellianum, vulgo verò Marcellianum. Quare nomi-
F na sunt argumento, quòd ab amne Mare Celliano ad Minionis ostia, vbi Cellæ, dicitur Marecellianum, & littus, Cellianum, vbi quum Cæsar posuisset centum sedes iudicum, vocauit eas à numero centum, & à littore Cellas. Herculis

portus & Thelamonis sunt iuxta Turrenam, A
sic dicti à principibus Argonautis, qui illò ad-
uecti naui in vicinum fanum Volturnæ, siue
antiquæ Turrenæ ad Lucumones profecti, &
lacu Cyminio effecto, atque puella Faula præ-
mio habita, per Cyminium iter ad Euandrum B
iuerunt, & in Capitolina Saturnia subsederũt,
vt probauimus in nona & in vigesimasexta
quæstione Annia. Hi portus nomina retinent.
Caput Etruriæ portus supra Thelamonẽ est ver-
sus Populoniam, sic dictus, quia ibi incipiebat C
Lyguria Etrusca vsque in Ostiam, vt probaui-
mus in decimotertio fragmento Catonis. Dictus
est portus Etruriæ ab vrbe metropoli Etruria,
cuius pars celebrior Volturna est. Vulgus, nunc
vti & nautæ, dempta secunda r, litera, dicunt D
caput Etruiæ, pro caput Etruriæ. Nam adhuc
subtracta litera r, dicimus vallem Comeam, &
in prædijs Electræ fontes Electaios profert vul-
gus, pro valle Comera & fontanis Electrais.
Sunt autem fontes Electrai, in fine prædiorum E
Electræ, nõ longè à Volturnæ Fano, nunc Viter-
bo, quorum caput est mons & oppidum Coriti
viri sui, quod vsq; ad hanc ætatem dicimus ve-
teri lingua Etrusca Corit Ny Enta, id est, Coriti
mons & oppidum, vti probauimus in trigesima- F
sexta quæstione Annia. Rursus Phaliscas supra
caput Etruriæ portus, vulgus vocat Phalesce.
Traianum portũ Ptolemæus describit vbi nunc

Plobin

A Plobinum, quod vulgus corruptè addita m, Plombinum profert, sicut corruptè dicit Campiliam, Campanianum, Campitolium, pro Capitolio, Capilia, & Capaniano. Capilia enim est id quod iunior Pilia vrbs à Pilijs socijs
B Nestoris post Pisas condita, & Capanianum similiter posterius Panianum ab eo Pane dictum, quem Latini vocant Bacchum, vt probabimus in commentarijs super Etruriæ topographiam Plinianam. Hinc Capanianum
C est posterius oppidum Baccanum, à quo tota circum regio, & sylua olim Capaniana, nunc Latinè Baccana dicitur Populonium post Plobinum oppidum deletum, & sic dictum, quia erat puppium Philarcha, vt exposuimus vige-
D simaquinta quæstione Annia. Vada nomen retinent inter Volaterras & Pisas, sic dicta, quòd ab his vertatur littus in Lygurnum superius. Nam quod Aegyptij proto, id Aramei & Etrusci dicebant vado, Latini autem verto. Et
E ob id idem est Proteus, Vadimon, Vertumnus, vt probauimus in cõmentarijs super Xenophontem de æquinoctijs. Lygurnus portus dictus à Lygure filio Phaëtontis, quem Græci & Latini proferunt Phaëtontem, & Lygures Pherito-
F nem, vt probauimus in decimotertio fragmento Crtonis. Erycis portus nomen retinet à parte Tusciæ qua est oppidum Erycis, sed ex parte Lyguriæ ab oppido Veneris portus dicitur. Ptole-

mæus sinum Erycis vocat. Sillius verò Italicus A
in octauo libro, & Strabo in quinto appellant
portũ Lunæ, quo nõ est spacioſior alter. Entellia
interpretatur Aramea & Etruſca lingua Iſth-
mos oppidum, ab Ellia quod est Isthmos, vt
Talmudista noster interpretabatur, & Enta B
quod est oppidum. Vnde & Corit Ny Enta ſupe-
rius dicta, dixit dici à Ny quod est mons, &
Enta oppidum, quia fuit Coriti mons & oppi-
dum, vt expoſuimus copioſè in fragmentis Ca-
tonis decimoquinto, decimoſexto, & quæstione C
Annia decimaſeptima. Exiſtimo hanc Entel-
liam esse, quod vulgus Lyguſticum vocant Sex-
tum orientis. Et Plinius Segeſtam Tigulliorum.
Est autem Tigullia intus ſiue mediterranea, Se-
geſta verò maritima, vt idem Plinius ſignifi- D
cat in tertio naturalis historiæ, capitulo ſexto,
Quidam dicunt Tigulliam, nunc dici Laui-
niam illustrem comitibus Lauiniæ. Cuilibet ta-
men licet opinari. Delphinus hortus & porci-
fera à duce Porco dicuntur, quem poſteri per E
aſpirationem Phorcum dixerunt, qui colonias
à ſe Porcas, Porcareces, Porcarilias, Porcife-
ras, & à ſuo nomine Turrhenas Delphinas ab
Etruria vndique tranſportauit, vt probaui-
mus in commentarijs ſuper Myrſilum, & ſuper F
quintum Beroſi. Pheriton, à quo adhuc Pheri-
tiana regio circa Biſamnem, à Phaëtonte patre
Lyguris nomen tenet, vti expoſuimus in frag-

mento

A mento decimotertio Catonis. Genua verò à cognomine Iani, & Ianua ab eius nomine eadem dicitur. Cui argumento est, Caryn Ianuam promontorium, pars Genuæ veteris. Est enim Etrusca, Hebræa & Aramea lingua Caryn id
B quod vinea, vt etiam Diuus Hieronymus interpretatur. Hinc Caryn Ianum, id est, vinea Iani dicitur, & pars nouæ Genuæ: Vineæ item dicitur, vbi S. Maria in vineis. Itaque nomina & cognomina sunt argumento, à quibus originem
C habeãt Genuenses, videlicet à Phorco rege, à quo Phorcifera, à Phaëtonte, à quo Pheriton & Pheritiana, vt proferunt Lygures, aut Phaëtontea, vt Latini & Græci. Rursus à patre totius Italiæ Iano Genio, & Ianua, & Caryn Iana, & Ge-
D nua dicitur, licet quidam ignari antiquitatũ & originis Lygusticorũ & Etruscorum nominum referant ad Latinã originem, existimantes eam dici à gignendo, vel figura genu, & eiusmodi. De his tribus simul Plinius in tertio naturalis
E historiæ, capite sexto. Flumen, inquit, Porcifera, oppidum Genua, fluuius Pheriton, portus Delphinus. Quidã mendosi codices habẽt Pheritor pro Pheriton. Nomen fluuio à vulgo est
F Bisamnis, & à iuxta eum regione Pheritiana Pheriton. De Monacho supra Catonem diximus. Niceam, quia est limes Italiæ, cui Tusci imperabant, existimo à Larthe Etruriæ Nicio missis colonijs dictam, vti in vicinam Galliam

Braccatam Narbonensem dictam prouinciam antea colonias miserant Atlas Italus, Larthes Vetuloniæ, & socer eius Coritus, cuius proprium nomen fuit Cambo pro Electræ nuptijs, & à se tribus nominauerunt, vt clarè scribit in quinto libro Berosus, & eas Plinius in tertio naturalis historiæ, capitulo quinto, excurrens colonias & vrbes huius prouinciæ, ita eorum trium nominibus nominat, dicens: Cenicenses, & Cambo Electri, qui Atlantici cognominantur. Vnde non mirum est, si Nicius Larthes illò misit colonias, quum etiam Turreni capta Corsica, ab eiusdem nomine vrbem Niceam condiderunt, vt author est Diodorus in sexto libro, & nos in historia Etrusca posuimus. Hactenus de primo itinere maritimo Antonini, quo possunt adiri tam Galliæ Cisalpinæ quàm Transalpinæ. Nunc de alijs itineribus, quibus potest adiri sola Gallia Cisalpina, prosequitur. Et primum de littoreo ita dicit:

Littoreum continet Alsium, Cære, Pyrganum, Forum cellæ, Grauiscas, Cosas, Volaterras, Pisam, Lunam, & ipsum transitū in Gallias Cariaram.

Littoreum appellat, quo non nauigio, sed terrestri itinere ibatur per maritimas vrbes, licet aliæ propiores littori, aliæ remotiores sint. De Alsio diximus super Catonem & topographiam Plinianam, viculus magis quàm oppidum

A pidum fuit. Reparatum olim à Cæritanis proximus veteribus, submutato nomine dicitur Cæri à reparatoribus. Cære verò antea dicebatur Agilla à Pelasgis condita, vt Cato & Plinius & Dionysius consentiunt. Hanc Agyllinam pulsis
B Pelasgis Mezentius superauit, & à victoria ipse Agillinus, vti Scipio Africanus dictus est, & ipsa vrbs ab omine, vt Strabo in quinto scribit, dicta est Cære. Nunc Cæreueterem dicimus, ad distinctionem oppidi supradicti Cæri. Pyr-
C gus & Pyrganum per ypsilon, à Græcis nomen habuit. Nam Etrusca lingua Carearin dicebatur, id est, oppidum oppidorum, sed debet proferri per u, Latinum, & dici Purgus & Purganum. Vnde & sanctam Mariam Purgani
D Agri proferũt in colle castri veteris, olim noui. Forum cellæ vulgò vocant Forcellæ. Est nõ longè à Cincellæ oppido. Ciuita Vecchia est Cincellæ, vt quidam volunt, quod non sentio. Nam (vt diximus) sub amne Marcelliano vsque ad Mi-
E nionem, Cellensis, ab Etruscis, Pyrgana à Græcis quasi per interpretationem dicta fuit, quia quod Cellæ Aramei, Purgũ Græci, Latini propriè defensiuam turrim intelligunt. Omnes igitur huius regionis viculi, & incolæ vocabantur
F Cellenses, & Pyrgi veteres à mari Celliano ad amnem Minionẽ, quos includit Verg. in x. Aen. dicens: Qui Cerite domo, qui sunt Minionis in aruis. Et Pyrgi veteres, intempestæq; Grauiscæ.

Sunt autem Grauiscæ Latinè, sed Nuetum E- A
truscè, vt patet in inscriptione Etrusca Cor-
nuetana, & nos probauimus quæstione Annia
vigesimatertia & trigesimaseptima, & in frag-
mētis Catonis vndecimo & decimoquarto. Nue-
tum enim Etrusci, sed Nubetum & Grauiscum B
dicunt Latini. Porro à corno insigni eorum ar-
bore, Cornuetum dictum est, sicut Luna Peru-
sia, Sutrium, Nepe, Fescennium, vetulonia, &
eiusmodi, vti demonstrabimus in sequentibus
quæstionibus. Cosæ supra tumultuosam partem C
maris, cui imminet portus Herculis, vt Strabo in
quinto est author, olim deletæ à Gothis, post à
Desyderio rege restitutæ, à Germanis ducibus
eis præpositis Asidoniæ dicuntur, id est, à Sido-
nijs restitutæ ac regnatæ. Nam tam Longobar- D
di quibus imperabat Desyderius, quàm Sidones
sunt Germani, vt patet percurrenti Germaniæ
chorographiam in Ptolemæo, vbi Longbardos
describit à Rheno fluuio sub Sicambris vsque ad
trophea Drusi & sequentem fluuium Albim. E
Sidones verò è regione vltra Albim fluuium
sunt iuxta fluuiū Vistulam, quem nunc Visclam
vocant. Nunc Sidones dicuntur Poloni, & Si-
donia Polonia est. Cui multa sunt argumento.
Primùm, quia ciuitatem eorum metropolim Cra F
couiam interfluit amnis Vistula, & Sidones ibi
sunt. Rursus Loocibuti populi olim dicebantur,
à quo Boëmi Loob vocāt Polonos. Et Loocibuti
sunt

A *sunt iuxta Sidones. Cosæ itaque Asidoniæ à reparatoribus dictæ sub Carolo magno iteratò à Saracenis obrutæ iacent. De Volaterris, Pisa, Luna, satis explicatum est super fragmenta Catonis & Topographiam Plinianam. Cariara*
B *nomen est Etruscum, à Car, & Iara, quæ duo vrbem & Lunam significant, teste diuo Hieronymo de interpretationibus nominum. Hinc Cariaram vrbem Lunæ & regionem Lunæ significat. Et vulgus corruptè Carrariam pronun-*
C *tiat, vnde à Tuscio transitur in Galliam Cisalpinam, nunc Longbardiam à victoribus Longbardis.*

Sequitur Antoninus de tertio itinere sic dicens:

D Aurelianum, quod & Claudianum, fertur per ipsam Aureliam, Thermas Stygianas, Forum nouem pagorum Claudij, Tarquinias, Saturniam, Volcem, Tunniatem montem, Rosellas, Rosetum, Tursenam, &
E transitum Apuam.

Vbi sit Aurelia vicus, aut oppidum post vrbem Romam nondum compertum habeo. Thermæ Stygianæ nomen retinent, & à lacu vicino Sabatino, nunc Barcenni, dicebãtur etiam bal-
F *nea Sabatina: vt patet in vita Protogenis martyris. Et eadem à Cære veteri vicino Ceritana balnea vocauit Strabo in quinto, comparans eas Thermas, Etruscis Caijs dicens: vbi Etruria*

maximæ Romæ appropinquat: abundat aquis A
calidis, & non minus quàm Caiæ, quæ nobilitate sui præcellunt alias. Sed quidã ridiculi amoto g, vel c, posuerunt b, & dixerunt Baiæ pro Caiæ. Et similiter super elegia Tibulli de limphis Thermisq; Etruscis vbi ait: Nos tenet Etruscis ma- B
natq; in montibus vnda. posuerũt Baiarum pro Caiarum. Ita hi dum Topographiam nesciunt, & antiquitates negligunt, vtique etiam ipsos authores corrumpunt: vt ostendemus in Annia quæstione xxj. Ridiculosius etiam exposuerunt C
quidam illam Elegiam, quum Baiæ neque à montibus Etruscis fluant, neque lymphæ Tusciæ dici possint, neque à condita Italia vnquam illa regio Baia fuerit ab Etruscis vel possessa, vel regnata, vel habitata, quanquam Capua fuerit D
Etruscorum oppidum, vt non solùm docuimus, sed etiam demonstrauimus in fine commentariorum Sempronij, & alijs locis. Forum verò nouem pagorum Claudij, à quo iter Claudianũ dicitur, etiam memorat Plinius in tertio natur. E
historiæ, cap. sexto. Et per hoc iter fugit ab vrbe Roma sanctus Flauianus martyr in arcem Iti, quæ & mons Physconus dicitur, vt exposuimus in xvj. fragmento Catonis. & in vita eiusdem sancti Flauiani corruptè mõs Fiasconus & arx F
Ici scribitur. Vt autẽ dicitur in vita sancti Protogenis martyris, ductus ad Thermas Stygianas, inde ad Forum claudij quod distat ab vrbe

Romæ

A Roma xxviij. miliario, pro Christo decapitatus fuit. Est igitur Tulfa noua inclyta præfectis Romanis vsque ad tempora nostra, quæ destructa à Saracenis, nomen Claudium perdidit, & à reparatoribus vicinis Tulfanis veteribus nomen
B desumpsit, sicut diximus de Alsio, & de Cosis. Ab hac Tulfa noua, olim Foroclaudij, recta via est in Tarquinias, & à Tarquinijs in vrbem dirutam Volce, quam Voce vulgus nominat, iuxta quam est mons Volcentarius, vulgò argenta-
C rius, de qua sermo habitus est in tertio fragmento Catonis, vbi xij. primæ vrbes à Iano primùm post Turrenas editæ expositæ fuerunt, inter quas Rosellæ vna est. Nomen adhuc sed deletum oppidum retinet, à quo Rusellanus ager in Liuio, &
D in eo Rusellæ thermæ, nunc sancti Philippi. De monte Tunniate ac iugis eius quæ Rodaco fani & sanctæ floræ dicuntur, diximus in fragmento xvj. Catonis Rosetum existimo esse quod nũc addita g, dicimus Grosetum. Est enim in vsu
E tam Grammaticæ quàm vulgi eiusmodi præpositio consonantis. Nam quæ Grammaticè dicimus Eliam, Estam, Annam, Annum, Aractum, Arcennum, vulgus profert Veliam, Vestã, Nannam, Nannum, Baractum, Barcennũ. Est autẽ
F Aractus portus iuxta Phaliscas & Plobinũ, Luca vrbs inclyta viris, & opulenta mercatoribus, & illustris religione & literis, & olim militia, vt author est Strabo in v. cõdita fuit à Lucumone

Lukio

Lukio, qui xlv. Larthes Etruriæ à Iano extitit, A
& ob frequentes saltationes in sacris teste Festo
insanus habebatur, vti olim Dauid ob easdē ab
vxore insanus est habitus, vti ostendemus quæ-
stione Annia xiij. Iuxta Lucam est locus con-
ditoris nomen retinens. Dicitur enim Lukium. B
Oppidum verò Tursena post montem Catinum,
quod Lucenses corrupta prima litera vocant
Cursenam, nomen retinet, & præclarum Myr-
sili atque Dionysij Halicarnassei est argumen-
tum, Turrenos fuisse, & Turrenas vrbes ante C
Turrenum Mæonem, & ab eo nullo modo dici
Tusciæ vrbes Turrenas, sed à Tursibus Tursenas.
Non enim, inquit Myrsilus, Tusci proferunt E-
truriam, Turrenam, & Volturrenam, sed suam
metropolim à Tursibus dicunt Etursiam, Tur- D
senam, & Volturſenam, id est, extructis turritis
ædibus vrbem, vt copiosissimè, super Myrsilum
exposuimus, & quæstione Annia xvij. proba-
bimus. Est autem hæc Tursena in edito & mo-
re antiquo paruum oppidum. Non enim mos E
fuit antiquis condere vrbes magnas, sed vt au-
thor est Dionysius in primo libro locis munitis
paruas & crebras. Vnde cernimus probata fide,
quòd antiquissimæ vrbes Thusciæ sunt paruæ,
magnæ verò sunt nouæ conditæ vel adauctæ. F
Differebant enim vrbes antiquitus & multa
magnitudine, sed multitudine partium eiusdem,
quòd aliæ erant monopoles, aliæ dipoles, aliæ tri-

poles

A poles, regiæ verò semper Tetrapoles vt Samothræcia. Arbea Phœnicũ, Babylonia, Niniue, Hierosolyma, Syracusæ, Etruria, vti amplè scripsimus in cõmentarijs Xenophontis. Vltimum oppidum huius itineris est transitus in Gallias oppidum
B Apuanum. Est autẽ Apua, à qua pars in Tuscia dicuntur Apuani Lygures, vt in commentarijs Catonis & Sempronij dictum fuit. Nunc Pont Remoli dicitur. Hactenus de itinere tertio, nunc de quarto ita dicit:

C Cassiano itinere iur per Politorum Arcenum, Minionem, Forum Cassij, Aruntes, Camillarios, Tudernum, Verẽtanum, Vmbronem montem, Senam coloniam, Phocenses, Lucam, & Caferonianum tran-
D situm in Gallias.

Luca ergo habet duos transitus, alterum Apuam vt supra, alterum Caferonianum, id est, posterius Feronianum, dictum à luco Feroniæ, quod Ptolemæus notat, & rex Desyderius ver-
E *tit in Petram sanctam contra gentilem Deam. Omnia montana inter Petram sanctam & ipsam Lucam nomen retinent corruptum Carseniam pro Caferonianam. Politorum duplex, & hoc in principio Tusciæ via Cassiana, & al-*
F *terum in Campania, cuius meminit Liuius. Arcennam deleuerunt Romani principes. Veientum in limite olim illis & Cæritanis communi, vti Liuius in fine quarti libri ab vrbe condita insin-*

ta insinuat. Postea reparatum oppidum addita A
b, Barcennum dixerunt, vt in præcedente itine-
re diximus. Nunc corruptè Barceanum dicunt,
quod vel Barcennum vel Braceanum posterio-
ri nomine, aut Brigianum à prisco loci conditore
dicere deberent saltem grammaticè, si non ver- B
nacula lingua. Minio fuit iter Aeneæ ad Lucu
mones, vt Verg. scribit x. Aeneidos. Forum Cas-
sij à stratore viæ domo Cassiana dicitur, & vtri
usque nominis argumentum habet. Nam & sanc
tam Mariam fori Cassij, vulgò Forcassij dici- C
mus, & oppidum Vetrallam, id est, veterem au-
lam nominamus. Quare Aeneas ab Euandro
venit in fanum Volturnæ, lucumq; ingentem ad
Lucumones per Ceritis amnem Minionem, vt
ait Verg. & per Vetrallas & Aruntes Camilla- D
rios & Tudernum, quia hæc est via Cassiana.
Ad hanc ætatem à Camillarijs deletis ad Tuder
num, & à Vetralla in Camillarios iter stratum
Cassianum lapidibus miris, & si interruptum
multis in locis, cernimus. De Arũtis Camillarijs E
diximus in xv. Catonis fragmento, & de Tuder-
no quæst. xxx. Annia. Varentanum nomen reti
net circa lacum Volsinienſem, & spectat ad do-
mum Pharnaciam, vulgò Pharnesiam. Vmbro-
nem in monte existimo esse sanctum Quiricum, F
ad cuius radices oritur Vmbro fluuius. De Sena
fragmento Catonis xvj. diximus. Similiter supe-
rius itinere tertio, & Catonis fragmẽto xvj. ex-

positum

A positũ fuit. De Luca & Phocekijs vulgò dictis.
Nunc de quinto itinere sic habet Antoninus:
Tyberinũ quod & Cyminiũ iter, fertur
Gallera, Lartheniano siue Veiẽte, Rosulo,
Sutrio, Lacu Elbij, & iugis Cyminijs, Fano
B Volturnę, cuius claris gestis inuidit Liuius.
Saleumbrone Volturnæ, Larthe amni, Vol
sinis, Clusio veteri olim Comersolo, Clusio
nouo, à quo dictus Clusentinus transitus
Annibalis, & Phesulæ transitus.
C Cyminium iter quod nunc publicum est ab
vrbe Roma per Cyminia iuga & fanum Voltur
næ nunc Viterbum, idcirco dicitur Tyberinum,
non quia per Tyberim eatur, sed quia est medi-
terranea Lucina Tyberi. Vnde maritima regio
D etiam Claudiana dicitur, non quia nauigio ea-
tur, sed quia in maritima regione mari vicina.
Gallera est nomen originis Arameæ & Etruscæ
dicta à veteribus Gallis, id est, inundatis. Vnde,
vt ait Xenophon, ratem quæ vndas secat vocant
E Babylonici Galleas, & Etrusci Galeas, vt ibi
exposuimus. Larthenianum & Veiens esse idem
ostendimus xv. fragmẽto Catonis, & ibidem di
ximus de Sutrio. Rosulo monti manet nomẽ. La
cus Elbij & Cyminius ibi, vbi & vicus Elbij.
F Mons Cyminius, & ab eo iuga Cyminia nota
sunt in trãsitu publico, vbi contẽplatus est Q. Fa
bius opulenta arua Etruriæ, vt scribit Liuius in
nono ab vrbe condita. Fanum Volturnæ adhuc

quatuor

quatuor literis sacris inscriptis in monetis vetu A
stissimis & loco manentibus, atque in ore vulgi
frequentatissimis dicimus F.A.V.L. Volturnæ.
Quid autem sibi velit quod ait, cuius præclaris
gestis inuidit Liuius equidem alij alia existi-
mant. Dicam & ipse opinionem meam. Sueto- B
nius Tranquil. in vita C. Caligulæ scribit pau-
lulum abfuisse, quin ab omnibus bibliothecis sta
tuas & scripta Liuij deleret, quòd illum vti ver-
bosum, & negligentem in historia carpebat. Est
autem negligens is qui supprimit quæ referenda C
sunt, & verbosus qui absque probatione contra-
dicit afferenti rationes & authores. Et his duo-
bus peccauit Liuius in multis vt patet. Sed ex
multis quoad fanum Volturnæ hæc exempla sint.
Cælius Thuscus Larthes Fani inuit Romulum D
implorantem ab eo auxilium contra Ceninenses
Crustuminos & Latinos, & retulit trium-
phum. Et id idem fecit contra Sabinos Gale-
ritus Lucumo. Et ob id ipse primus posuit præto-
ria Romæ, & diuisa Roma in tres tribus impo E
suit nomina & tertiam partem dedit Thuscis,
vt clarè tradunt Propertius in elegia ad Ver-
tumnum & altera paululum præcedente, &
Varro in primo de lingua Latina, & Fabius
Pictor de originibus vrbis Romæ, & Diony- F
sius Halicarnasseus in secundo libro, & Mythici
sub fabula Iani eiaculantis aquas sulphureas in
Sabinos, vt Macrobius in primo Saturnal. &

Ouidius

A Ouidius in primo de Fast. indicat. At liuidus fuit Liuius vt hic notat Anton. qui vt funditus extingueret Thuscorũ splendorem & triumphos obnubilaret ab eis partos, non à Romulo gestos, omnino etiam scribere vnum verbum ne-
B glexit. Quòd profectò inuidissimi hominis est officium, & negligentis veritatem in historia. Similiter fuit verbosus, quia absque certo authore & probatione dicit contra Varronem, quòd Lucerũ nomen est incertæ originis. Fabius enim
C Pictor antiquior eo ostendit ab historia esse Etruscæ originis atque certissimæ. Rursus Liuio antiquior & doctior Varro in primo de linguæ Latina, dicit esse certæ originis à Lucumone Luceres dictos, idq; probat vetustissimis authori-
D bus Iunio & Tolumnio Tuscarum Tragœdiarum scriptore, & item inexpugnabili argumento, quòd Luceres est deriuatio Etrusca à Lucumone, & non Latina à Luco Asyli, vt Pædianus & Plutarchus in vita Romuli turpiter in Grã-
E matica Latina aberrantes dicunt, quia Lucus Latinè à luceo verbo per antiphrasim deriuatur, & à Luco Lucij, & Lucani Latina deriuatio est, & non Luceres, vt linguæ Latinæ peritissimus Varro ostendit. Non est igitur mirum si
F Cæsar excanduit ira contra scripta Liuij negligentia & supprimentia quæ clarissima erant, & eum appellauit iure verbosum, qui cõtra Varronem afferentem testes antiquissimos, & in-

uincibilem rationem, verbosa solum & anili lo- A
quacitate dixit Lucerum nomen est incertæ origi-
nis. Ei ideo vt vtamur regula beati Hieronymi, eadem facilitate Liuius & omnes alij similes
contemnuntur, qua sine ratione ac certo authore
contra doctiores sola verbositate vsi proferunt. B
Quum verò constet Liuium non ignorasse quæ
Varro & Fabius Pictor & alij referunt, constat
equidem illum non ignoratione scientiæ, sed ma-
lignitate naturæ in historia neglexisse dicenda,
& verbosè dixisse subticenda. Et ob id vti Ca- C
ius, ita & Antoninus Cæsar eum arguit inuidiæ
dicens: Volturnæ præclaris gestis inuidit Liuius.
Saleumbrona interpretatur natiuitas & egres-
sio Vmbrorum, quia Galli veteres ibi genuerunt
Vmbros, vt demonstrauimus in secundo fragmen D
to Catonis, & tertio commento Sempronij. Am-
nem, Larthem è Volsinienſi lacu effluentem, mu-
tata prima litera Marthem vulgus dicit, vti
Marthenianum pro Lartheniano, & huius am-
nis partem vocat vulgus Cadutam Saleumbro- E
næ. Volsine vrbs vna è xij. primis Iani est, vt
ostendimus in tertio fragmento Catonis. Clusiũ
vetus dictum antea Comersolum à duce, ostendi-
mus super xvj. fragmento Catonis, & super iij.
de Fesulis, quod fuit vna ex primis xij. Iani. F
Clusentinum ab oppido Clusio nouo dictum, cor-
ruptè vulgus dicit Casentinum. Plinius quoq; in
iij. natu. histor. Clusios nouos & Clusinos veteres

enumer

A enumerat. Concludit autẽ Antoninus quòd iter Cyminium siue Tyberinũ duos introitus habet in Galliam Cisalpinam, Clusentinum, & Pheſulanum. De vltimo autem itinere sic sequitur Antoninus:

B Flaminium habet Castrum nouum, Ocream, & Ocriculum, Narniam olim Nequinam, Tuder, Hispellum. Aut à Castro nouo Spoletum, Camerinum, Vrbinum, Pisaurum, Ariminum.

C Castra noua multa inueniuntur. In itinere autem maritimo Castrum nouum est, vt supra ostendimus, & in mediterraneo Flaminio nunc aliud Castrum nouum est, & nomen retinet, & est circa finem Sabinorum, & principium
D Latij Ocream eximiam Sabinorum vrbem vicinam Tyberi, & Gallesio Tusciæ, demonstrant illius ruinæ & gemmæ sæpe effossæ. Ocriculum habitatur iuxta eam, & ab ea nomen retinet. Narnia à Nare amni eius cognomen habet.
E Nam proprium illi nomen est Nequina, vt hoc loci Antoninus & Plinius in tertio naturalis historiæ asserunt. Tuder est in Veilumbris. Quare argumentum est à Veijs Etruscis Tudernis ortos, de quibus Plinius in tertio naturalis histo-
F riæ loquitur, & nos in octauo fragmento Catonis exposuimus. Hispellum nomen retinet, & ab eo transitur Apeninus ad Galliam. Aut alio tramite, vt ait, ab eodẽ Castro nouo ad Spoletũ. Est

autem Spoletum metropolis Veilumbrorum antiquissima, vti & Camerinum à Camese conditum, sicuti supra Sempro. exposuimus. De Arimino quæ illi fuerit origo, super septimo Catonis fragmen. exposuimus. Quoniam igitur Veilumbrorum ætate non erat Latina vel Græca lingua, consequens est vt Spoletum non dicatur ab expoliendo aut spoliando vocabulis Latinis, sed ab Arameis & Etruscis vocabulis Polo duce, aut Spolo aue cuius auspicio condita fuit, sicut à Capi Falcone Capua.

C. SEMPRONII LIBER DE DIVISIONE ET CHOROGRAphia Italiæ, cum commentarijs Annij.

CAius Sempronius vir inter Romanos illustris, cuius meminit Dionysius Halicar. in primo libro, vbi eum & Catonem Porcium reprehendit de prima classe Græcorum, quæ venit in Italiam, vbíve dicit Sempronium de expositione geminorum Remi & Romuli, eum esse cum Calphurnio & Catone, qui sequuti sunt Quintum Fabium Pictorem. Hic Sempronius Italiæ descriptionẽ fecit, quam Græci Chorographiam vocãt. Et primò diuidit eam in tres partes

partes, videlicet in mõtes Apeninos secantes Italiam in duas partes,& in partem Cisapeninam ad inferum mare,& Transapeninam ad superum,dicens his verbis:

VNiuersa Italia à iugis Alpiũ oritur, & in Leucopetram fretumq; Siculũ terminatur.Cingitur supero & infero mari,& secatur Apenino, qui à iugis Alpium ortus,per mediam Italiam à Lyguribus ad Anconam porrectus,inde paulatim vsq; Venusiam reflexus, ibi ex transuerso diuidit Italiam, ex altera parte Brunduſiũ, altera Veliam attingens circum sinum Barentinum,quo Ausones primùm, inde Aborigines Græci post Oenotrium Arcadem tenuere,à quibus magna Græcia nuncupatur,in qua sunt Oenotrij,Calabres,Salentini,magna Græcia atq; Brutij. Porrò antiquitus Italia in medium Apeninum, & in Cisapeninum ad inferum mare, & in transapeninum ad superum pelagus, & in Alpes à Rhetiis ad Lygures diuidebatur.

Huic libro titulus scriptus his verbis præmittitur,C. Sempronij de diuisione Italiæ & origine vrbis Romæ. Nam complura scribit de origine vrbis Romæ,in quibus vt plurimùm Pictorem assequitur. Si quis autem plenè quoad diuisionem & partitionem Italiæ hunc authorem habere cupit, habeat ante se pictam imaginem

Italiæ, præcipuè quã Ptolemæus describit. Alioquin (vti olim ego) minus intelligens authorem cum libro reijciet, & ad terram collidet. Nam absque alia expositione intuebitur in Ptolemæo quomodo tota Italia à iugis Alpium oriatur, & inter duo maria diffundatur ad fretum Siculum, & quo pacto in duas partes ab Apenino secetur Italia, & vbi sunt vrbes, limites & populi qui hîc assignantur. Quare ea Chorographia Italica Ptolemæi præsupposita, solùm quædam percurremus. Alpes Italiæ nomen suum retinent, sed Apeninus pro locorum diuersitate ac populorum diuersa sortitur nomina. De eo verò Ptolemæus sic dicit in tabula sexta Europæ capitulo primo, describens etiam eius limites: Italia, inquit, limites habet ab occidente Alpium iuga iuxta lineam quæ extenditur ab Adula monte vsque ad Vari fluuij ostia, & à septentrione finitur Alpium iugis Rhetiæ. A Septentrione quoque versus ortum solis habet Adriaticum pelagus, & à meridie Turrenum. De Apenino verò sic habet: Apenini iuga ferè Lyguriæ imminent, & ab Alpibus incipiunt. Deinde vsque Anconam protenduntur, hinć; versa dum ad Adriaticum inclinantur, vsque ad montem Garganum ducuntur. Post ad meridiem inclinata, in Leucopetra fines habẽt. Leucopetram Græci, sed Latini Albam petram dicunt, estq́; circa Regium, & dicitur finis Italiæ,

A B C D E F

A & transitus in Siciliã, in quo inueniuntur vertigines Scyllæ atq; Charybdis. Diuisio verò Italiæ prima est in principia & origines Italiæ ab occidente, & retinent nomen Alpes, per quas transimus ab Italia in Franciam, & ista iuga
B imminent Lyguribus. Quæ verò imminent Comensibus & Veronensibus vsque Paduam & Venetias, præbent transitum in magnam Germaniam. A Venetijs verò ad Histriam & Rhetos, transitus sunt in Histrios siue Danubios,
C inter Germanos & Pannonios olim Bannonios, nunc Vngaros. Cisapenina verò Italia est ad inferum mare, olim Tuscum & Turrenum, à dominis principibúsque maris Turrenis, nunc mare Leoninum pro maiore parte. Superum ve-
D rò mare Gulfum Venetiarum à principibus dicitur Venetis, sicut prius à principibus Turrenis & colonia Tuscorũ dicebatur Turrenũ & Atriaticũ. Quam diuisionem Italiæ Liuius in quinto ab vrbe condita, breuibus absoluit, vbi de pri-
E sco Turrenorum imperio scribens: Tuscorum, inquit, ante Romanorum imperium opes, mari terráque longe patuêre, supero & infero mari, quibus Italia insulæ modo cingitur, nomina sunt argumento, quòd alterum Tuscum commu-
F ni vocabulo gentis, alterum Atriaticum ab Atria Tuscorum colonia vocauere Italicæ gentes. Græci Tuscum atque Turrenum eadem vocant. Hi tusci in vtrunque mare vergentes prius cis

Apeninum ad inferum mare duodenis vrbibus A
incoluerunt terras. Postea trans Apeninum
totidem quot originum capita coloniis missis, te-
nuerunt omnia loca quæ trans Padum sunt, ex-
cepto Venetorum angulo, qui sinum circum in-
colunt maris. Alpinis quoq; haud dubiè ea gen- B
tis origo est, & maximè Rhetijs, quos loca ipsa
efferarunt, ne quid ex antiquo præter sonum
linguæ, neque eum incorruptum retinerent. Hæc
Liuius. Verùm de amplitudine imperij Tusco-
rum, absoluimus septem & sexaginta Epito C
matum libros, nunc satis dictum sit quo ad no-
mina partitionis Italiæ, in qua etiam orthogra-
phia horum vocabulorum Atria & Turrenum
vti ego, ita scriptores conscribant locis suis, quã-
do Surrenum vel Turrhenum, & Volturrhena, D
siue per syncopã Volturna & Volturrhena scri-
bitur, quorum rationem reddidimus in commẽ-
tarijs super Myrsilum. Atriaticum quoque ab
Atria Tusca familia. Hadriaticum verò ab
Hadriano dicitur. Nunc de partitione Apenini E
sequitur.

Diuisio Alpium.

ALpes ipsæ tribus partitionibus secan-
tur. Prima Lygurum, quòd ab eis o-
riantur, à Nicea ad Pœninum, sequens ab F
eo ad Ocram montem. Pœninus dictus à
transitu Annibalis. Tertia Taurisana vsq;
in Histriã. Omnibus alpinis exceptis Ly-

guri

A guribus notissima origo Etrusca est, præcipuè Rhetiis.

Postquã Sempronius diuisit Italiam in Alpes, in Apeninum, in Cisapeninum ad inferum mare, & in Transapeninum ad superum pela-
B gus, nunc diuidit primam partem quæ sunt Alpes, dicens: Prima pars Alpium incipit à mari infero, vbi adhuc limites Italiæ inter se, & Galliam Braccatam, quæ Narbonensis prouincia post dicta est, authore Plinio in tertio naturalis
C historiæ cap. 5, nomina retinent Nicea & Antipolis. Ab his per Alpes ascendendo vsq; fontes Atriani fluminis qui à Pœnino orsus inter Veronam & Vincentiam in mare mergitur, vt Ptolemæus describit, est tota prima pars Alpiũ.
D Et notat hoc loco Sempronius, quòd hæc prima portio Alpium dicitur Lygurum, non quia Lygures principio Italiam incoluerint, sed quia ab eorum limite maritimo oriuntur, & per mediterranea diffunduntur ea iuga. Quo enim ad
E primas in ortu gentium Italiæ colonias, haud dubiè omnibus Alpinis Tuscæ gentis origo est, vt hic Sempronius, & clarius expressit Liuius in superiore commentario. Neque obstat quòd in fine huius partis Sempronius dicat exceptis
F Lyguribus, quia supra exposuit, quoad ortum Alpium, quia vbi oriuntur iuxta mare incolunt Lygures mox veterum Tuscorum proles. Vnde & Susianos in his Ptolemæus ponit, &

in fine Atriatem fluuium. Nam Susa pars est A
Vetuloniæ, quam corruptè Sisam vocamus, &
Atrianus fluuius ab Atria Tuscorum fami-
lia, sicut & apud ostia Padi Atria oppidũ Thu
scorum, vt significat Plinius in tertio naturalis
historiæ, capitulo decimoseptimo, de ostijs Padi: B
Omnia, inquit, ea fossas fluminaque, Sagi fecere
Thusci, egesto amnis impetu per transuersum in
Atrianorum paludes, quæ septem maria appel-
lantur: nobiles portu oppidi Thuscorum Atriæ,
à quo ante Atriaticum mare appellatum, quod C
nunc Hadriaticum. Hæc Plinius. Hæc cla-
rius dicentur in alijs commentarijs, quæ de pri-
ma parte Alpiũ sunt, à Ligustico mari ad Pœ-
ninũ montem, vbi Atrianus fluuius, teste Pto-
lomæo, fontes proximos habet. Secunda verò D
pars Alpium à Pœnino ad Taurisinum por-
tenditur. Et vt ait, Pœninus dictus est à tran-
situ Pœnorum ducis Annibalis, de quo Iuuena-
lis in Satyra: Et montem fregit aceto. Fallun-
tur igitur, qui putant Pœninum & Apeninum E
esse eadem, vt super Berosum & in alijs expo-
netur commentarijs. Extenduntur hæ Alpes à
fontibus Atrianis, ferè vsque ad Ocram mon-
tem. Mons Ocra imminet Venetiarum oræ à
Tridento ad fluuium Tylauentum. Verùm quæ F
sequuntur alpes à Tylauento ad finem Hystriæ
Italicæ, Taurisini dicuntur. Quidam eos, à fo-
ro Iulij, vnde Cæsar Iulius ab Italia in Trans-

alpi

A alpinos transcendebat, inchoare contendunt. Foroiulium nomen retinet, & vulgo corrupto Fri Iuli dicitur, & omnes alpes per quos versus Aquilegiã transibat Lingua & prolatione Thusca adhuc Zuliæ, vulgo verò corrupto Ze-
B liæ dicuntur. Nam literam x, i, communi prolatione proferebant, vt Zasius Iasius, Zulius & Iulius, vt in inscriptionibus Hetruscis inuenimus. Quidam verò circa vrbem Taurisium, quam corruptè Triuisum dicunt, exordiri alpes
C Taurisinorum volunt, de quibus Plinius in tertio naturalis histor. cap. decimonono. Venetia, inquit, fluuius Silis, ex montibus Taurisanis. Ab hoc igitur Venetia Silis fluuio, omnis fortè circum sinum maris regio Venetia dicitur, aut
D verius iuxta Berosum, à Phaëtontis postero Vento per syncopam, & absque syncopa Veneto, tam regio quàm fluuius nomen accepit. Vnde & Tyla, vt ait, ex posteris Phaëtontis fuit, sicut & Ventus, à quo non dubium est quin dicatur per
E syncopam Tylauentus, id est, Tyla Venetus. Tam ergo ingentem vastámque alpium longitudinem Thusci, colonijs missis, fermè in primo Italiæ ortu, quum egena esset habitatorum, primi Alpinorum genitores tenuerunt.

F

De Apenino.

SEquitur Sempronius post Alpes, de diuisione eorum, qui per totam longitudi-

nem

nem Italiæ ab Alpibus dictis ad fretum A
Siculum Apeninum incolunt, his verbis
dicens:

APeninus diuiditur in Lygures mon-
tanos, Apuanos, Vmbros, Sabinos,
Sabellos, Hetruſcos. Lygures dicti ſunt à B
Lygure Phaëtontis filio, qui omnium pri-
mus, multis ſeculis ante Græcos ex Attica
colonias in Italiam transportauit, adiecít-
que atque miſcuit antiquiſsimis Italiæ po-
pulis, ab oſtiis Tyberinis, vſque Niceam. C
Hinc veteres omnem maritimam dixerũt
Lyguriam. Itaque pars Apenini à Nicea
ad fontes Macræ Lygures montanos alit,
quibus origo eſt à Genio & Lygure. A fon-
tibus verò Macræ ad fontes Tyberis Ape- D
ninum colunt Lygures Apuani, Hetruſcis
orti, cognomine veteribus Gallis, vt M.
Antonius prodit. Portionem verò Apenini
à fontibus Tyberis ad Nar, inhabitãt Vm-
bri, prima veterũ Gallorum proles, vt Au- E
guſtus ſcribit. Ab amne verò Nare vſque
ad fontes Silaris, montes tenent Sabini,
quibus Saga eſt origo. Nam Sangni gen-
tilis Sabi fuit. Hi paulò ante ruinas Troiæ
diſciplinas Hetruſcas didicere, & ius diui- F
num & humanum à Megale Turreno per-
ceperũt. Rurſum à fontibus Silari ad fon-
tes Volturreni & Sarni Sabelli proles Sa-
binor

A binorum incolunt, quos Romani Samnites, Græci verò Saunites vocãt, Portionem verò Apenini à fontibus Sarni vsq; ad magnam Græciam Thusci tenuerunt, & residuam Græci. Hactenus de diuisione Ape-
B nini & Alpiũ, & origine habitantiũ in eo.

Ergo in septem partes diuidit Apenini longitudinem. Prima est Lygurum montanorum à Nicea maritima supradicta, vsque ad Macram, quorum metropolis est Genua, à Iano Ge-
C *nio prisco Italiæ vel condita vel dicta Ianua & Genua, vt hic Sempronius significat, & fama eius ciuium est. Cui argumento est promontoriũ eius, adhuc vocabulo Arameo dictũ Caryn Ianum, id est, Vinea Iani, & Latino vocabulo non*
D *procul sancta Maria vinearum. Quòd verò quidam imperiti originum dicunt, Caryn Ianum dici calignanum quòd ibi calãbant ligna, simile est quod mei rustici Viterbenses dicunt. F. A. V. L. sacrum idcirco dictum quòd ibi Fa-*
E *bæserebantur. Argumento quoque est regio, & amnis Pheriton, quam vulgò vocant Pheritianam, id est, Phaëtonteam, vt in commentarijs alijs explanabitur. Amnẽ verò nunc bis amnem vocant, de quo Plinius in tertio naturalis histo-*
F *riæ, cap. vj. Flumen, inquit, Porcifera, oppidum Genua, fluuius Pheriton, Portus Delphini, & reliqua. Lygurem verò fuisse filium Phaëtontis, & in occidentalem partem Italiæ aduectos*

Etos cõsedisse sub Larthe Italiæ Tagete aruspice A
Thusco, & nouissimis annis Araly regis Assy-
riorum, qui fuit quintus à Nino, author est Be-
rosus. Quod & Cato de originibus, & hoc loco
Sempronius significant, vetustissimam gentem
Lygurum asserentes, & ante omnem classem B
Græcorũ venisse in Italiam. Hos barbatus Græ-
cus Dionysius Halicarnasseus emendare pergit
in primo libro, dicens Catonem & Sempronium
simillima fabulis dicere de antiquitate Lygu-
rum ante aduentum Græcorum, quia non di- C
cunt quo tempore, aut qua de caussa venerint.
Sed, vt ait Plinius in tertio naturalis historiæ,
cap. xvij. pudet rationem Italiæ mutuari à Græ-
cis. Qui enim de domestica sua origine sibi mu-
tuo contradicunt, male de aliena & remota di- D
iudicare possunt. Neque opus est de originibus
vrbium, tempora & fortunas assignare, quia
hæc ad historiam pertinent quam illi præcogni-
tam à lectoribus præsupponunt. Dicuntur au-
tem montani Lygures, quia montibus hærent, E
& colunt, vsque ad fontes Macræ amnis, vbi
vrbs Apua est, à qua Apuani. Amnis Macra
retinet nomen, sed vrbs nunc Pont Remulus
dicitur, olim Apua. Sunt ergo Apuani monta-
ni Lygures Carrarij, à Cariara, id est, vrbe F
Luna dicti. Item Caferoniani à Luco Feroniæ
nunc Petrasancta, & corruptè Carfeniani vs-
que Pesciam. Inde Stellatini à fluuio Stella per

mon

A montana Pistoriæ vsque Phesulas. Abinde vsque fontes Tyberis sunt montani Clusentini, quos corruptè Casentinos vocant. Hæc est igitur secunda pars Apenini ad inferum mare, quam inhabitant Lygures Apuani originis Hetruscæ
B montani, quibus Phaëton Lygures commiscuit, vt ait Sempronius. Eosdem Liuius etiam Apuanos Lygures nominat, præcipuè à quibus est transitus in Galliam Cisalpinam, nunc Longobardiam. Quod verò ait, Lygures Phaëton-
C tem commiscuisse antiquissimis Hetruscis maritimis, & ob id ab ostijs Tyberinis ad Niceam vsque Lygures maritimos à veteribus dictos fuisse, duo sunt pro Sempronio argumenta in Hetrusco littore. Primum est portus Ly-
D gurnus. Lyguris eximium monumentum. Neque Lyburnus scribendum est, vt quidam librorum corruptores magis quàm emendatores impresserunt, quia Lyburnus portus est Lyburnorum inter Histriam Italicam, & Illyri-
E cum. Alterum argumentum est lapides ingentésque moles complutæ de cælo in pugna Herculis Aegyptij, in eius auxilium, contra gigantes Italiæ, quos ad hæc tempora vocamus Lamonem, à Lamone, qui eius Herculis erat filius, vt
F Diodorus Siculus author est in quinto libro. Sunt autem hæ complutæ ingentium saxorum moles inter Grauiscas & Cosas nũc Asidonias. Omnes autem historici, tam Græci quàm Lati-

ni, asserunt eam pugnam gestam fuisse in Ly- A
guria, & nusquam alibi reperimus complutum
Lamone, vt simul cum fama & historia nomen
comprobat, quàm circa dictã regionem Hetru-
riæ maritimam. Quare verũ est quòd Sempro-
nius ait, à veteribus oram maritimam ab ostijs B
Tyberis vsque Niceam, totam fuisse appellatam
Lyguriam, Plinium autem falsò posuisse hos
lapides in prouincia Narbonensi, quando in iij.
lib. natural. histor. cap. 5. dicit, in Massilienſi
campi lapidei Herculis præliorũ memoria. Nul C
lus enim vnquam historicorum ponit eam me-
moriam in Gallia Bracata, sed in Lyguria Ita-
liæ. Quòd verò dicit, mõtanos Hetruriæ Apua-
nos, ab Hetruscis ortos Gallis cognomine, vt M.
Antonius asserit, etiam Vmbros ab eisdem Gal- D
lis veteribus genitos asserit, vt Solinus refert &
Berosus indicat, & nos in æquiuocis Xenophõ-
tis vtcunque tetigimus. Hæc de secunda parte
Apenini Hetruriam attingente, atque illi im-
minente. De tertia parte, quam Vmbri inhabi- E
tant à fontibus Tyberis vsque Narem amnem,
patet litera. Quòd verò ait Augustus, his Vm-
bris esse originem primam à veteribus Gallis,
eo pacto intelligendus est Augustus, quo & M.
Antonius de Gallis Ianigenis. Vnde & partem F
Vmbriæ proximã Hetruriæ, Ptolemæus & Geo-
graphi vocant Veilumbriam, id est, à Veijs vete-
ribus ortam Vmbriam, quia Veij Hetrusci sunt,

vt

A vt ait Plutarchus in vita Romuli, à quibus & Veientes Eniani siue Enetani, & prima proles Vmbriæ Veilumbri sunt, vt in alijs commentarijs super fragmenta Catonis & Antonini Pij videbimus. Porrò quartam partem Apenini co-
B lunt Sabini, à Nare Nequino amne, qui circa Hortem Hetruscum oppidum in Tyberim mergitur, vsque ad fontes Silaris, quibus, vt ait Saga, origo est. Græcia verò mendax in historia, audet Sabinis dare Græcam originem, & à ver-
C bo Græco σεβάζ nominat eos, vt in tertio libro naturalis historiæ, capite decimotertio significat Plinius. Audet quoque aperto mendacio dicere ius diuinum & humanum didicisse à Pythagora, puero adhuc Numa Pompilio, qui post
D Romulum fuit rex Romanorum. Sed quia tempora contradicunt, vt in secundo libro Dionysius, etiam in primo ab vrbe cõdita Liuius mendacium detegentes coarguunt idcirco ab Hetruscis habuere, vti tetram illam & seueram vitæ
E institutionem, ita & ius diuinum & humanũ, atque alias disciplinas, vt hic Sempronius, insigni viro Tusco Magale authore vtitur, & alij consentiunt, quos Solinus in principio Collectaneorum colligens: Vt, inquit, Cœlius tradit, quum
F Caccus à Tarconte Turreno rege ad quem legatus venerat, missus Marsiæ Campaniæ regis, socio Megale Phrygiæ custodiæ foret datus, frustratus vincula, vnde venerat rediit, atque

amplioribus præsidijs occupato circa Volturnum A
& Campaniam regno, dum tractat etiam ea
quæ concesserant in Arcadum iura, duce Her-
cule, qui tunc fortè aderat, oppressus est. Mega-
lem Sabini receperunt, disciplinam augurandi
ante ab eo docti. In quibus Solini verbis, multa B
arcana vetustatis pendent. Primò imperij Thu-
scorum authoritas, quæ tanta erat, vt etiam le-
gatos regũ Italiæ, vtpote Marsiæ reguli Samni-
tum, quibus Volturnus est fluuius & ager in
remota Campania, legatum Caccum in vincula C
conijcere non timuerit. Secundum est, antiqui-
tas temporis, quo patet sub Euandro, Cacco,
& Alceo Hercule diu ante excidium Troiæ flo-
ruisse Thuscorum opes. Vnde & Seruius in se-
cundum Georgicorum ibi: Sic fortis Hetruria D
creuit, constat, inquit, Thuscos imperasse toti
Italiæ vsque ad fretum Siculum. Tertium est,
quod hic Tarcon Larthes Hetruriæ fuit secun-
dus, & prædecessor Larthis Tyberini patris
Ocni conditoris Mantuæ, vt in supplemento E
Berosi Manethon indicat. Quartum, quòd
Hercules cum Argonautis venit in littus He-
truscum iuxta Turrenam, à cuius duce Thela-
mone, Thelamon portus nomen retinet, vt au-
thor est Diodorus in quinto libro. Ergo & vi- F
cinus huic portus Herculis ab Alceo cognomina-
tur. Quintum, quòd Argonautæ visitaturi E-
uandrum, ter tenuere per Volturrenam à portu

Hercul

A Herculis vel Thelamonis, multa sunt argumento. Primùm quia mons Argonautarum erat, visere vrbes regias ad iactantiam virtutis suæ, vt authores produnt. Secundò, quia in
B Cyminia proxima Volturrenæ sylua, lacum Cyminium in ostentationem virtutis effecerunt, & ex fano Volturnæ adulescentulam Faulam pro præmio virtutis obtinuerunt, vt ait Verrius. Nam circum fanum quod sacris literis di-
C cimus F. A V. L. omnes habitantes Faules erãt cognomine, à quibus Kata Faules Palæologi cum Belisario & Narsete reuersi sunt contra Gothos. Neque fabula est de lacu Cyminio, vt Seruius putat super illud Aeneidos. Et Cymini
D cum monte lacum. Nam ibi immensitas aquarum subterranea est, & infixa terræ non poterant extrahi, vt Plinius notat in secundo naturalis historiæ, capite nonagesimooctauo. Sed de his hactenus. Similiter ipsis Sabinis Cassia &
E Saga est origo non Græca, vt in quinto antiquitatum Berosus asserit dicens: Sabatium Sagam patrem Sabi, & Saturnũ Cassium, fugatũ armis Iouis Beli, imò Nini, qui & Iuppiter fuit Assyrius, vt Xenophon docuit, venisse ad Ianũ,
F & comi hospitio receptum, & in societatem regni admissum, docuisse Aborigines, inde filium Sabum præfecisse populis trans Tyberim Thusciæ, ipsum verò imperasse in Latio, & in parte Thusciæ quæ ab eo Sabatia dicitur, vt vo-

cat Strabo in quinto libro, & à cognomine Sa- A
ga, vt Etrusci, & Sagninaia, vt Sabini profe-
runt. Vnde Sagi Thusci eiecerunt septem maria,
vt Plinius memorat, capite decimoseptimo, in
tertio naturalis historiæ. Et item adhuc est ibi
Sabatia circa Cære, amnis Sagninaia, & oppi- B
dum Sabi, quem nunc Sanctum Sabum à patre
& filio vocitant. Quem enim Aramei & Etru-
sci Sagam dicunt, eundem Sabini vocãt Sagni,
& Romani Sanctum, id est, sacerdotem expia-
torem & purum. Tribus autem cognominibus C
dictus est pater Sabi. Primo à patria & sacer-
dotio Saga, siue Sangni, siue Sanctus. A parti-
cipato regno cum Iano semipater, & à Iani co-
gnomine Cana Fides, & Fidius, aut à religione,
vt alijs placet. Quæ tria Ouidius in Fastis ita D
collegit: Quærebam nonas, Sancto Fidio ne re-
ferrem, An tibi semipater tum mihi sanctus ait.
Cuicunque ex istis dederis, ego munus habebo.
Nomina terna fero, sic voluere Cures. Curis oppi-
dum est in Sabinis Numa ciue & Romanorum E
rege inclytum, à dicto Saturno extructum, aut
à Sabo eius filio. Duo enim oppida in Sabinis
antiqua sunt. Curis quidam à paterno genere,
quia Sangni siue Sanctus fuit filius Curis Sa-
gæ, vt Berosus in secundo antiquitatum asserit. F
Casperulam verò oppidum à Bactrianis Caspijs,
quibus rex erat & pontifex teste Beroso, no-
men habere voluit. Cui veracissimæ assertioni

Latina.

A Latina historia congruit, quam secutus Sillius Italicus in octauo libro his verbis explanat: Hinc Amiterna cohors, & Bactris nomina ducens Casperula. Et subdit: Et læti pars Sanctum voce canebant Authorem gentis, pars
B laudes ore ferebant Sabe tuas, qui de patrio cognomine primus Dixisti populos magna ditione Sabinos. Quid clarius? Sabus, inquit, denominauit Sabinos à se quidem, sed patrio cognomine, quia à Sabatio, id est, Saturno patre
C Sabus dicitur, qui Sabatius fuit author gentis, cognominatus Saga Bactria & Caspia lingua, à qua Casperula, & Sangni à Sabinis, & Sanctus à Romanis. Ergo vt obscurator antiquitatum scribit Græculus esuriens, non fuit origo Sa-
D binis Græca gente vel disciplina. Hæc de quarta parte montis Apenini. Sequitur hanc, Quinta pars à fontibus Silaris ad fontes Volturni & Sarni quam inhabitant Sabelli. Quòd verò ij sint prima proles Sabinorum, derivatio nominis
E indicat. Cognominati verò sunt à Samnio metropoli nunc deleta Samnites: sicut Etrusci ab Etruria metropoli eorum, quæ & Fanum Volturnæ, de qua Plinius in tertio naturalis historiæ dicit, quòd Volturreni, qui sunt cognomine
F Etrusci, sunt in eadem parte qua & Volsinienses. Nunc prouincia dicitur ducatus Beneuentanus à Longobardis, sicut quæ nunc prouincia patrimonij tunc à Longobardis ducatus Etru-

riæ, & Veilumbra ducatus Spoletanus, vt patet à Paulo Diacono in historia Longbarda. Sabelli ergo dicuntur ab origine gentis Sabinæ. Samnites verò à prisca metropoli, & Saunitæ Græca prolatione, vt significat Plinius in tertio naturalis historiæ, capite decimotertio. Vulturnus est fluuius. Aduerte autem secundum Varronem in primo de lingua Latina de vocabulo Tyberis, quòd Volturnus deus Tyberis est quem Hetruria dicit esse suũ, & Roma suũ, & Volturnus est fluuius, oppidum & vrbs. Et dicit: Volturnus vt est fluuius ortus in Samnio, non spectat ad linguam Latinã, sed Sabellam, quia Volturnus intelligitur lingua Aramea quæ est Saga, amnis diuisor, vt ait Samuel Talmudista, Nam hic amnis diuidit mõtanos simul & cãpestres Sabellos ab Hetruscis, vt patet tam in Ptolemæo quàm hîc in Sempronio & Plinio. Nam quoad montem sequitur portio mentis sexta à fontibus Volturni & Sarni quam inhabitauerunt Thusci, vsque ad magnam Græciam. Septimam enim partem tenuerunt Græci mixti Italis Ausonibus, vt in alijs commentarijs videbimus. Cæterùm Volturnus vt pertinet ad linguam Romanam significat coloniam Romanorum, & oppidum Romanorum secus mare non procul Tyberi, & ita Roma dicit Volturnum Tyberinum deum. Vt verò pertinet ad linguam Hetruscam, significat ventum aut campestrem,

vt

A vt idem Talmudista exposuit. Et ita Liuius in quarto ab vrbe condita dicit Capuam oppidum Hetruscorum dictum Volturnum, id est, campestrem. Vt verò est caput extra Latium, iam non spectat ad linguam Latinam, sed He-
B truscam, cuius deus est caput Volturnus Tyberinus. Non enim Vulturnus, sed Volturnus scribitur, neque est nomen primitiuum & simplex vt Vulturnus, sed compositum à Vol quod est priscum, vel æternum, vt Talmudistæ dicunt,
C & Turrena siue per syncopam Turna. Hinc Volturrena sine syncopa, vel per syncopam Volturna, vt est caput imperij extra Latium, est originis Hetruscæ, & significat priscam & antiquissimam Turrenam, id est, turritam metropolim,
D vt super Myrsilum vidimus. Et ita Volturnus est deus Tyberinus Hetruriæ, dictus à capite imperij extra Latium vrbe Volturna, sicut & ipse Tyberis, dicitur amnis Tuscus à Tuscia extra Latium, & non Latinus, licet de nomine Tybe-
E ris sit anceps historia, dicatur ne à Latino Tyberino rege, an à Tyberino Thusco, vt significat Varro in eodem primo libro de lingua Latina.

DE DIVISIONE PLA-
F NAE ITALIAE.

POstquam Sempronius descripsit Alpes Italiæ, & Apeninum montem, & ea

secuit in duodecim partes: Alpes quidem A
in tres,& Apeninũ in septem, nunc ad sub-
iacentem Alpibus & Apenino campestrem
Italiam stilum vertit,dicens:

CIsapeninam Italiã flumina diuidunt,
& ibidem Transapeninam. Padus B
amnis, Galliam Cisalpinam primó discre-
uit. Cispadanam omnem missis coloniis
tenuere Tusci. Doria Tuscorum prima fa-
milia incoluit principio ab Asta colonia
vsque Parmam, à qua & fluuius Doria, &C
regio prius Doria, nunc Aemylia. A Par-
ma item ad Bononiam Bianora à duce,
nunc Aurelia. Flaminia item à Bononia ad
Rubiconem amnem,ante à Felsina à prin-
cipe Hetruriæ,missis coloniis Lamonibus. D
A Rubicone ad Anconam Senonum Gal-
lia Togata dicitur, ab his qui duce Arunte
primi in Italiam transcenderunt Alpes, à
quibus sensim pulsi Hetrusci, à Cispadana
& Transpadana regione, quæ nunc Gallia E
nomen habet. Et quidem omnem Trans-
padanam regionem Thuscorum prolem
fuisse inter omnes authores conuenit, ma-
nentq́; vestigia vrbs Mantua, Lacus He-
trusca origine dictus Larius, quòd à patri- F
bus Volturrenis omnia ea loca principio
possessa fuerunt vsq; Veronam. Hinc circa
Larium lacum à principibus dicta vallis

Voltur

A Volturrena & Verona, à vera Thuſcorum familia,& ab Atria eorundem colonia,fluuius Veronæ argumenta ſeruanti. Nam vſque Atrianum fluuiũ, qui limes eſt Volturrenorum & Venetiarum, tenuere He-
B truſci & Venetias principio quidem Phaëtontei,poſtea Troiani eiſdem mixti coluerunt.In hæc de Tranſapenina Italia& Apenino monte authores conueniunt.

Igitur Sempronius non diuidit Italiam per
C *regiones, vt M. Antonius, & Auguſtus & Plinius, ſed vt veteres atque Ptolemæus, per origines fluuiorum diuidit Alpes atque Apeninum, vt patuit: & per flumina eadem à fontibus fluentia per campeſtria vſque mare, diui-*
D *dit Ciſapeninam & Tranſapeninam Italiam. Et incipit à Tranſapenina quæ incipit ab Alpibus, quæ habet plura nomina Principio Eridana dicta eſt, à cognomine. Phaëtontis, vt in iij. naturalis hiſtoriæ Plinius ſcribit, vel, vt ve-*
E *racius ait Beroſus in quinto antiquitatum, dicta eſt Phaëtontea primùm, inde Eridana ab eius poſtero, vt etiam videtur ſignificare Martialis libro Epigrammatum decimo: Et Phaë-*
F *tontei qui petis arua Padi. Ergo tã regio quàm fluuius antea Phaëtonteus, poſtea Eridanus dicta ſunt. Oritur è Veſuuio monte proximo mari infero, & labitur ad mare ſuperum, vt cernimus: quæ res occaſionem dedit Græcis dicendi*

Eridanum esse fluuium inferorum, & scaturire ad superos. Quod & Vergilius in sexto Aeneidos tangit, vbi dicit:

Inter odoratum lauri nemus, vnde supernè
Plurimus Eridanus per syluã voluitur amnis.

Padus verò dictus est, vt Mætrodorus Sceptius tradit à picea arbore, quæ Gallicè Pades dicitur. A Lyguribus verò dicitur Bodigon vocari, quòd significet fundo carentem, vt ait Plinius in tertio naturalis historiæ, capite decimoseptimo. Cui argumento est oppidum iuxta vetusto nomine Bodimagum, vbi præcipua altitudo incipit. Et forte Hetruscum est vetustum nomen, qui vbi amnis profunditas est, ad hæc tempora Bodagonem vocamus. Nam Hetrusci, non Lygures patriam Phaëtonteam & Eridanam tenuere, quibus pulsis à Gallis qui cum Arunte Clusino venerunt in Italiam ducentis fermè annis ante Romam ab eis incensam, vt narrat Liuius in quinto ab vrbe condita, tertio cognomine à victoribus dicta est Gallia Cisalpina, quia cis Alpes est. Nam Galliam Transalpinam communi nomine dicimus Franciam. Quarto variauit nomen sub Longobardis, qui Germani sunt, vt patet in descriptione Ptolemæi, & ab eis diu possessa victoribus, vsque ad hæc tempora dicitur vulgò Longbardia, & sine g, Lombardia. Quòd verò ait Sempronius, omnem hanc magnam portionem Transapenină diuidi à Pado,

& dici

A & dici Gallia Ciſpadana & Tranſpadana, vtique Plinius & plures Geographorum idem dicunt, vti eſt illud Plinij: Mantua Tranſpadana vrbs Etruſcorum reliqua. Quòd verò ait Thuſcos eam inhabitaſſe, etiam Liuius & alij cõſen-
B tiunt, vt in ſuperioribus expoſuimus. Sed hoc loci Sempronius vtitur validiſſimo argumento hiſtorico, quod à vetuſtis nominibus in locis extantibus ſumitur. Itaque ea nomina exponamus, quia cætera clara ſunt in Ptolemæo, &
C Geographis. In Tranſpadana regione ſunt lacus Larius, id eſt, maior vel princeps, per interpretationem dictus. Vnde adhuc amnes maiores Hetruſci multis in locis vocamus Larones. Et in inſcriptione Cornuetana, literis Hetruſcis inſcri-
D pta, dicitur, quòd Laro Veiuzanis colonijs miſſis, cybelizauit vrbem tribus ſacris literis N, B, E. Et certè lacus non dicitur Larius Hetruſca lingua, id eſt, maior & princeps Latina, à maioritate quantitatis, ſed nobilitatis, quia ibi
E Volturreni, à quibus ibi dicta adhuc vallis Volturrena, ſubſederunt Atrianus quoque fluuius à Thuſcorum colonia eſt, vt ſupra expoſuimus. Verona verò (vt ait) à familia Vera Thuſca condita eſt, ex qua familia fuerunt imperato-
F res Antoninus & Commodus, vt author eſt Helius Spartianus in vita eorum. Falſum ergo dicit Plinius in Tranſpadana Gallia, ſolam Mantuam eſſe reliquam Hetruſcorũ. Rurſumq;

falsò

falsò in Venetijs ponitur à quibusdam Verona, A
quum ipse amnis Atrianus secernat Volturrenos
Galliæ, à Venetijs, stirpe prisca Phaëtontea in-
de mixta Troianæ proli, vt omnes consentiunt.
Cæterùm exponenda remanent quædam quæ
dicit de Cispadana Gallia, quam diuidit in Ae- B
miliam, Aureliam, & Flaminiam. Aemilia,
vt ait, antea dicebatur Doria, & fluuius eius
Doria, qui teste Ptolemæo, in Alpibus vicinis
Astæ coloniæ oritur, & supra Dertonam in Pa-
dum mergitur. Incipit ergo ab Alpibus Lygu C
rum montanorum vque Parmam. Et hoc con-
gruit quod in vita beati Ambrosij legimus,
quòd missus est ab vrbe Roma iuuenis ad regen-
dum Lyguriam & Aemyliam, non tamen Me-
diolanum est in Aemilia, sed in Latio Voltur- D
reno Transpadani, quod insubres Galli, positis ab
imperio Hetruscis tenuerunt, & ab his Insubria
nunc est, pars olim Lariæ Volturrenæ. Porrò in
Aemilia sunt Asta colonia, Dertona, & Pla-
centia. Item à Parma (inquit) vsque Bononiã E
nunc Aurelia, sed antea Bianora dicebatur, vi-
delicet ab Ocno Hetrusco Larthe, quem etiã Bia
norem Verg. vocat. Ergo à victore illius partis,
& duce coloniarum Bianora regio dicta, à qua
nunc existimo nomen accepisse Bianorum op- F
pidulũ ad radices Apenini, quo è Florentia imus
Bononiam. Porrò Parmam existimo cõditam à
Bianore, sicut & Mantuam, quia vocabulum
Hetrusc

A Hetruscum & syncopatum est Parma, quasi Paramam. Sicut enim Mantuam à nomine matris in Transpadana regione metropolim statuit, ita in Bianora metropolim Paramam cõstituit, dictam à principatu coloniarum. Para
B enim Arameè à par, quod est hasta vel principatus, & Sara Hebraicè, principissa vel princeps dicitur latinè, vt noster Samuel Talmudista dicebat. Et vt sequebatur, asserebat apud Arameos Man & Mon dici, quod apud Aegy-
C ptios Myn. & quod apud Hebræ. Maon, ideſt, habitatio, municipium, & colonia, vt etiam exponit Hier. Quod verò additur ad para, definit principatum, vt paraZ & paraZim, id est, principissa consularis, & princeps cõsularis. Nam Zi,
D & Zu, à consultatione derivationem dicebat habere, consentiente etiam beato Hieronymo in lib. de interpretationibus. ParaZ autẽ & paraZim Aramei & Hebræi appellant, quos postea Græci & Latini Persas & Persidem vocant, vt
E aiunt, à Perseo. Quod verò subdit Talmudista: Quicquid additur ad para, definit principatum, vt paraZ, principatus consularis dicitur, vtique hæc ex multis vetustissimis nominibus inuenio, parazolum, para Tussa, parama, & per syncopá
F parma, sicut & per syncopam Volturrena, profertur Volturna. Est autem ParaZolum regio Vorturnæ, vbi est Stic Kity Arim, vt intelligas quantæ antiquitatis sint nomina. Est autem

nomen

nomen compositũ ex paraZ, & ol, siue Vol, quod A
priscum vel æternum, tam apud Arameos quàm
Hebræos significat. Hinc Volturna siue Volturre-
na antiquissimam Turrenam significat, & ei
hærens regio, Parazolum, principatus consula-
ris priscus & antiquissimus est, quia ad Faunũ B
volturnæ indicebatur generale cõcilium, omni-
bus consulibus, siue Lucumonibus & duodecim
populis Hetruriæ, vt tam fama cui standum est,
quàm Liuius significat in pluribus locis ab vrbe
condita. Quòd verò ibi & Kytei tumuli, & Stic C
Kyti Arim, idest, Rytim Itali Atlantis soceri
Coriti, permanens exaltatio cum nomine perseue
rent, in alijs commentarijs comprobatur. Nunc
satis est ParaZolum esse Volturnæ epithetum, lo-
co inditum ab ipsa re, & è regione eius esse partẽ D
tetrapolis para Tussam, id est, principem Tuscã.
Et ita haud dubiè in Bianora Cispadana olim
Hetruscorum colonia. Parmam esse vocabulum
Hetruscum, & interpretari, principem munici-
pum, vel principem coloniarum & populorum, E
supple, in Bianora solum prouincia: quæ postea,
vt insinuat Sempronius, à Romanis victoribus
dicta fuit Aurelia, vt existimo à duce. Sequitur
vltima pars originis Hetruscæ. Flaminia vulgò
Romaniola, quæ, vt ait Sempronius, sub Thuscis F
dicebatur Felsina à duce Thusco, & Larthe Fel-
sino, qui teste ipso nomine condidit Bononiam,
id significante Plinio in iij. nat. hist. capite deci-

mosexto

A mo sexto: Bononia (inquit) antè Felsina vocita-
ta, quum princeps esset Hetruriæ, scilicet metro-
polis Hetruscorum in Felsina siue Flaminia tan
tùm, sicut & Parma in Bianora, & Mantua
in Mintiana, & Mediolanum in Laria Voltur
B rena, & eiusmodi. Durat huius regionis longitu
do à Bononia vsque post Ariminum in Rubico-
ne fluento, in quam cum Hetruscis etiam Lamo-
nes colonias misit, id est, Hetruscas maritimas, ob
vicinum mare Atriaticum. Lamones enim, vt
C supra diximus, sunt Hetrusci maritimi Hercu-
lei. Cui dicto Sempronij argumentum facit, in
Flaminia vallis adhuc dicta Lamone, siue val-
lis Lamone, & viri apti vt olim Turreni ad pi-
raticam, vt ferunt, quos percontatus sum de
D eiusmodi habitatoribus.

De transalpina Italia.

IAm exposuit Sempronius de Italiæ Alpi
bus, de Apenino, de Transapenina Italia,
E præcipuè Gallicana, nũc reuertitur ad Cis-
apeninam ad inferum mare percurrens,
quęcunque regiones Apenino inferius sub-
iacent vsque ad vrbem Romam. Ex quo pa
tet, quòd intentio Sempronij est ad Latium
F festinare, & quo omine Roma tam validas
opes Hetruscorum & Gallorum, Vmbro-
rum, Samnitum & Græcorum sensim fre-
gerit, ostendere. Itaque hæc dicit.

Cisap

CIsapenina verò ad inferum mare, ve- A
teres ita partiti sunt per amnes. A Nicia enim ad Macram tenent Lygures montani, origine Phaëtontei. A Macra item ad Arnum & portum Lygurnum, incolunt Hetrusci, cognomine Lygures Apuani, B
quos sequuntur Lygures Hetrusci Populonij, à Lygurno portu ad caput Hetruriæ, à quo ad Tyberim sunt Hetrusci Lygures Turreni, in quibus sunt campi compluti lapidum, clari pugna Herculis, adhuc La- C
mones dicti, ab ipsius Herculis filio Lamone. Pari forma ab vltima Italia in Tyberim Romamq; percurrēdo, à Velia ad Silarum fluuium Lucani à Samnitum duce Lucio orti, tenent. Ab eo ad Sarnum amnem, D
Picentini habent. A Sarno verò ad Volturnum fluuium incoluerunt Cumani, quos ab agro nullis viribus Hetrusci, quamuis toti Italiæ imperitarent, potuerunt dimouere, aut in potestatem redigere, à Volturno amne ad Silarim Hetruscorum vetustissimus ager fuit, in quo prius Oscam dictā, postea Capuam condiderunt. E

Dicit veteres diuisisse Cisapeninam Italiam per amnes Macram, Arnū, & alios, quia ipse F
non ex toto sequitur Augustum, Plinium, & alios, qui per regiones diuiserunt Italiam. Et primò excurrit Maritimam inferi maris, à

Nicea

A Nicea vsque Ostiam Tyberinam, dicens ea quæ fermè suprà exposita sunt. Nam à Nicea vsque ad Macrã sunt montani Lygures origine Phaëtontei. Deinde à Macra vsque Ostiam sunt Lygures origine magis Hetrusca quàm Phaëton-
B tea. Et ab ostijs Macræ vsque Lygurnum portum, dicuntur Apuani sicut & Montani. A Lygurno verò portu ad caput Hetruriæ dicũtur Populonij, à metropoli maritima, vt suprà exposuimus. Est enim Populonia idem quod Pup-
C pium Philarcha, quia quam Popim Hetrusci, eandem Puppim dixêre Latini. Caput verò Hetruriæ vulgus & truriæ remoto secundo r, proferunt caput Hetruriæ, sicut & Electraiam regionem & fontem proferunt Electaiam fonta-
D nam, & id genus multa dicunt remota r. Ab hoc capite ad Ostiam sunt Hetrusci Turreni Lygures, in quibus sunt campi Lamonésque compluti à Ioue lapides in auxilium Herculis, vt hic Sempronius dicit, & nos suprà exposuimus. De-
E inde à Velia incipiens, quæ in fine est Italiæ & circa principium magnæ Græciæ vsque in Tyberim contrario itinere pergit, quia, vt diximus, ad Latium Romámque festinat. Et de magna quidem Græcia tacet, quia in principio eam te-
F tigit. Nunc à Velia incipit, finitima magnæ Græciæ, veniendo versus Romam, vt patet in Ptolemæo. De qua Vergil. Portúsque require Velinos. Sanè pro emendatione exemplaris corrupti,

& intelligentia literæ sciendum est, quòd in ex A
emplari inuenitur Silaris, pro Lyris fluuio, à
quo finem habet Latium. Nam vt patet in Pto-
lemæo, ab vrbe Roma ad Lyrim finit Latium,
quod Campaniam Romanam dicimus. A Lyri
verò vsque ad Volturnum est Campania Ca- B
puana, quam incoluêre Hetrusci, missis eò colo-
nijs ab Osco Hetruriæ Larthe, cui insigne erat
serpens, vt Berosus asserit, à quo Capua Osca di-
cta est, & ad mare ante conditam Capuam Ta-
racinenses, & eius populi dicti Volosci, siue per C
syncopam. Volsci, id est, antiquissimi Osci. Inde
Capua dicta est, ab augurio Capis, id est, Falco-
nis auis. Postea ab ampliatore duce Troiano, vt
ait Seruius super Aeneida, Vulturnum quo-
que dicta est Capua, vel à Vulturno fluuio iux- D
ta ipsam fluente, vel quia campestris, vt Liuius
& quidam existimãt. Nam lingua Osca tuncq;
Etrusca Vulturnus campestris dicitur. Igitur
Etrusci tenuerunt totam regionem hanc à Lyri
fluuio in fine Latij vsque Capuam, & illi proxi- E
mum amnem Volturnum. Sequitur regio Cuma-
na à Volturno & Capua vsque Surrentum, re-
gio vtique illustris Sibylla, & Aeneæ descensu
ad inferos, in qua sunt Lyternum, Cumæ, por-
tus Misenus, Baiæ, Puteoli, Neapolis. Sequi- F
tur hanc altera Etruscorum regio Picentina à
Sarno ad Lucanos nunc Silarim, de qua Pli-
nius in tertio naturalis historiæ capite sexto A

Surren.to

A Surrento, inquit, vsque ad Silarim amnem, triginta milia passuum, ager Picentinus fuit Thuscorum, templo Iunonis Argiæ ab Iasone condito insignis. Ex quo patet, quòd Cumea regio erat obsessa ab Etruscis Capuanis à tergo, & ab E-
B truscis Picentinis à fronte ad mare Ionicum, quia etiam totam partem sextam Apenini, Picentinis hærentem, habitabant, vt ex superioribus patet. Et quum tam potentes essent Etrusci, & toti Italiæ dominarentur, nunquam Cu-
C manam regionem potuerunt habere, vt hic Sempronius scribit. Cui etiam astipulatur Dionysius Halicarnasseus, qui in septimo libro scribit: Anno quarto Olympiadis sexagesimæ quartæ, dictos Etruscos, qui versus Ionium habitabant,
D adiunctis Vmbris: & Barbaris ad quingenta millia peditum, & duodeuiginti millia equitum, quum sub ditione vellent ponere Cumas, diuino miraculo territos ac fusos fuisse. Ex quo patet, quosdam authores malè interpretari Tibul-
E lum in Elegia dicentem his versibus:

Nos tenet Etruscis, manat quæ fontibus vnda,
Vnda sub æstiuum non adeunda canem.
Nunc autem sacris Caiarum maxima lymphis,
Quum se purpureo vere remittit humus.

F Et in fine Elegiæ, qui principio correspondet, dicit:

Atq; mihi Thuscæ celebrãtur numina lymphæ.
Et facilis lenta pellitur vnda manu.

Nam vbi Caia aqua, est in Volturrena, in eius A
Thermis. Qui emendare voluit impressiones, cor
rupit scribens Baias, cùm tamen Baiæ neque à
montibus Etruscis cognomine Volturrenis, teste
Plinio, manent: neque vnquam Cumana regio
fuerit ab Etruscis possessa, neque potuerint dici B
Etruscæ aquæ omnes quæ sub Etruscis sunt, nisi
in Etruria: sed Etruscorum, quia non vbi Etru-
sci, ibi Etruria. sed vbi Etruria, ibi Etrusci: quia
non Etruria ab Etruscis, sed Etrusci à prima eo
rum habitatione dicta Etruria, nomen habent, C
vt author est Dionysius libro primo.

SAtis igitur cõstat, Caias Etruscas Thermas salubritate sui præcellere alias, vt in quinto lib. Strabo asserit, de quibus etiã Martialis: Nisi Etruscis lotus fueris aquis, D morieris Oppiane. Sed de latio & Roma verba iam facienda sic monet Sempronius:

ALyri autem vsque Tyberim Saturnus cum priscis Aboriginibus fuit ori E go, ab Vmbris & Camesenis editis, vbi est mons Capitolinus, aureo seculo à Saturno habitatus, vbi & nunc aurea Roma terrarum caput. Quam ob rem parum consyderatè quidam scribunt, Romam postremis F ac nouis seculis à Romulo conditam, & appellatam atque cœptam, quum nullum ex his tribus verum apud maiores inueniatur

memora

A memoratum, sed sint ab eis contraria prodita. Non enim Roma à Romulo nomen habet, quippe quia geminis non Remus & Romulus nomina posuit Faustulus Etruscus & regius pastor, sed Rumulum, & Ru-
B mẽ, illos ab euentu appellauit, quæ sunt nomina Etrusca, Alioquin Romæ nomẽ & nominis origo vulgata esset atq; manifesta, quæ occulta esse saluberrima religio sanxit, ne si origo nominis Romæ clarescceret,
C eius Deus in cuius tutela Roma est, & à quo deriuationem habet, gentibus pateret & euocaretur, vt cæteri, Quamobrem & Angerona silentij Dea ante Iani festos dies co litur præ foribus, vt ne cui liceat illud pa-
D làm afferre, quod ad salutem reipublicæ veteres ore obsignato intra pectora arcana voluerunt contineri, cuius violatæ religionis pœnas primus luit Soranus. Non igitur à Romulo Roma, sed econtra ab ipsa po-
E tius Roma, cuius adeò est occulta deriuatio, Romulus nomẽ habuit, quæ ante ipsum Romulum cœpta legitur coli annis paulominus octingentis, ab Italo in Auentino Capena, & filia eius Roma in Palatino col
F le, & ante hos plusquam trecentis annis aureo seculo, à Saturno vbi nunc Saturni ædes ad radices Capitolini collis. At Romulus solum ex oppidulo Roma in Palatino

colle quadratam & regiam reddidit, Cuius A
quatuor portiones erāt, Roma Vellia, Ger-
mallia, vbi Ficus Ruminalis & ędes Rumu
li, à Dei occulta deriuatione postmodū Ro
muli. Condidit autē eam, accitis amicis va-
tibus Etruscis, qui fossa vbi caput Erti tauri B
est, pomerioq; ad prudētis vatis auspiciū sa
cratis, circū Palatinum collē sacro aratro
cingi iussit XI. Calend. Maias, hora inter se
cundam & tertiam, sole in Tauro, Luna in
Libra, Saturno, Venere, Marte, Mercurio C
in Scorpione, & Ioue in Piscibus, vt tradit
Lucius Carrutius mathematicorum peritis
simus. Sunt qui tradant illam conditā duo-
decima Olympiade. Placet aliis octaua. Se-
ptima quibusdam. Sexta completa nonnul D
lis. Præualet omnibus his Eratosthenis in-
uicta regula, vt aiunt. Sed quum Pompo-
nius Atticus coram Senatu atque doctissi-
mis viris conferret Græcorum certissima
tempora, compertum est, quòd ab Aenea & E
Troia excisa per tempora regum Latino-
rum, vsque ad Romulum regem iam crea-
tum fluxerunt anni circiter triginta & qua
dringenti. Quare hauddubiè condita est
Roma Olympiade septima aut eius anno F
secundo. Condita autem fuit primùm in
monte Palatino. Inde Sabinis & Thuscis in
fœdera coëuntibus, incoluerūt Sabini qui-
dem

A dem Capitoliũ & Quirinalem, in quo Numa postea habitauit. Romulus & Rumnenses Exquilinum, Palatinum & Cæliũ. Thusci Viminalem & subsidentem cõuallem vsque ad ędẽ Saturni, & Capitolij. Ru-
B mo fratri Auentinus ætate Romuli mãsit. Hæc sunt veræ tam priscæ Italiæ quàm vrbis Romæ antiquitates & origines, quibus quoniã plures Græci postremus temporibus in Italiam cõmigrantes cõmixti fue-
C runt, ob id à se principiò emanasse Italiam Græcia falsò existimauit Græca tum leuitas tũ fabulositas. Quis enim ex antiquissimis nõ scribit à Iano Ianiculum, & Etruscos veteres Gallos conditos, & tamen plu-
D res Græcorum tradunt à Turrheno Lydo, qui fuit nuper & heri, positos? Quin etiam Turrenam Thuscorum regiam nõ puduit eos Romam asserere. Tanta videlicet impudentia cum eorum iactantia est, vt o-
E mnium gentium & imperiorum atq; vrbium præclarissimarum se conditores esse apertis sæpè mendaciis conscribant.

Dicit quòd Latij origo fuit Saturnus cùm Aboriginibus, quos ediderunt Vmbri & Came-
F *ses. Nam vt author est Iginus, & ante eũ Berosus, in libro antiquitatũ, circa principium Nini Saturnus Aegyptius nomine Cameses venit in Etruriam. Deinde tribus annis à Iano, Vmbro-*

rum & Aboriginum regulus creatus, permissu A
eiusdem Iani Cameſenam regionẽ omnem Vm-
briæ, & Apeninæ, Sabinæ, trans Hetruriam à
ſe nuncupauit, vbi Cameſenas vrbes duas ſuo
nomine condidit, alteram in montibus cuius no-
men permanet, Camerena, alteram iuxta Al- B
bam cuius meminit Dionyſius Halicarnaſſeus
in ſecundo libro, vbi refert Romulum ſuperaſſe
Camerenos, coloniam Albanorum, & eam Ca-
merenam fuiſſe Aboriginum vetuſtam vrbem.
Nec te moueat, quòd Cameſes Camers & Came- C
ſenam poſteri Camerenam dixerunt, quia fa-
cilis fuit teſte Quintiliano mutatio s, in r. Vnde
priſci quæ per s, pronuntiauerunt Phaleſij, Fu-
ſij. Valeſij, decos, honos, arbos, Turſis, Turſena,
Eturſia, Volturſena, Surſena, poſteriores per r, D
pronuntiauerũt, Phalerij, Furij, Valerij, Decor,
Honor, Arbor, Turris, Turrena, Eturria, &
Etruria, Volturrena, & Surrena. Macrobius in
primo Saturnalium, à Beroſo & alijs deſumens
ait Ianum nomini ſuo reſeruaſſe Etruriam quæ E
Ianicula dicebatur, & limitem prouinciæ oppi-
dum Ianiculum, & deinde Latio præfeciſſe Sa-
turnum, à quo Saturnia Italia dicta eſt. Eius
verba ſunt, demonſtrando priſcam Italiam,
quæ ſolum circa Tyberim cœpit, vti ſuper Fa- F
bium Pictorem videbimus, & ſub his verbis
dicit: Regionem iſtam quæ nũc Italia dicitur,
Ianus regno obtinuit. Qui cum Cameſe atque

indig

A indigenis participata potentia ita possidebat, vt oppidum Ianiculum à se, & residua regio Camesena diceretur. Post hæc regnum ad solũ Ianum redijt. Cúmque Saturnum naui peruectum comi hospitio recepisset, edoctúsque ab eo peri-
B tiam ruris, victum illum rudem ante fruges cognitas in melius redegisset, illum societate regni munerauit. Sed de his copiosius super Fabium Pictorem dicemus. Porrò Sempronius tria dicit, quosdam inconsyderatè scribere de origi-
C ne Romæ, videlicet quòd à Romulo cœpta est coli, quæ aureo seculo ante Romulum plusquam annis centum ac mille à Saturno habitata fuit, & item quòd à Romulo fuit condita, cùm ante eum Saturnus Saturniam ad
D radices Capitolij, & Italus Capenam in Auentino, & eius filia Roma in Palatino Romam condiderint, vt Fabius Pictor & alij conscribunt. Rursus tertium quoque falsum est, quòd Roma sit à Romulo deriuata, duplexque
E argumentum profert. Primo, quòd Romulus non est eius proprium nomen, sed Rumulus, id est, mamillarius. Nam Etrusci Rumam, Latini postea mammillam dixerunt. Vnde Faustulus illis nomen imposuit Rumulus & Rumus, quòd
F mamma lupæ fuerint primo lactati, & hoc idẽ Seruius dicit super octauum Aeneidos, ibi Rumore secundo. Potest, inquit, dici Rumone secundo, quia Rumon dictus est Romulus. Vnde &

ficus Ruminalis dicitur ad quam eiecti sunt Remus & Romulus, quæ fuit ibi, vbi nunc Lupercal in Circo: Hac enim labebatur Tyberis antequàm Vertumno factis sacrificijs amnis auerteretur. Igitur Sempronius hoc argumento vtitur. Nomen quod alio nomine occultæ originis deriuatur, non dicitur à nomine manifestæ originis. Cæterùm nomen alterũ à quo deriuatur Roma, est occultæ originis. Non igitur dicitur à Romulo, cuius nomen est manifestæ originis à Ruma. Nam Etrusca olim lingua & ætate mea nõ habet o, integrum, sed inter o, & u, & magis appropinquat u, in compluribus. Quare quòd Faustulus Etruscus protulit per u, Rumulus, ipsi Sabini & Latini pronuntiabant per o, Romulus. Quòd verò ait Romam deriuari ab altero occulto nomine, satis mihi fuit antea occultum. Nunc verò quid sentiam explicabo relinquendo iudiciũ doctiori. Plinius tradit in disciplina Etrusca contineri quo pacto possint euocari dij, fulgura, ignes, & eiuscemodi. Quare etiam quia oppositorum est eadem disciplina, rituales continebãt, quo pacto nõ possent euocari. Hoc autẽ nullo modo fieri melius poterat, quàm occultando nomen ipsius Dei, in cuius tutela vrbs ipsa erat. Eius occultandi modus erat Etruscis, mysterio quodã, & literis quibusdã ab ipso dei nomine alterum extrahere, cuius ritu ac mysterio, nunc soli Talmudistæ Caballarij vtuntur, in disciplina

quam

A quam vocant Caballa. Cæterùm vt hic Sempronius, & Ouidius in Fastis, & Plutarchus in vita Romuli, & alij asserunt, dum conderet Romulus vrbem, vocauit ab Etruria vatem qui auspicato die fossam pomœriúmque sacraret, &
B aratro cingeret Palatinũ collem, & nomen poneret vrbi. Plutarchus verò addit quod alij tacent, videlicet quod Etruscus id fecit mysterijs & literis quibusdam, scilicet à nomine Dei in cuius tutela esset vrbs, extrahendo nomen vr-
C bis. Et ita nomen extractum quo vocaretur Roma est, alterum verò nomen Romæ dei sui à quo tractum est, solis, de more Thusco in arcano sacerdotum erat occultatum. Et hoc est quod Plinius ait in tertio naturalis historiæ capitulo
D sexto. Roma, inquit ipsa, cuius alterum nomen arcanis ceremoniarũ nefas habetur. Quod optima & salubri fide abolitum, quia Valerius Soranus annuntiauit, mox luit pœnas. Et in vigesimooctauo libro naturalis eiusdem historiæ, quo
E de vi verborum & incantamentorum tractat, capitulo secũdo sic dicit: Verrius, inquit, Flaccus, authores ponit quibus credat in oppugnationibus ante omnia solitum Romanis sacerdotibus euocari Deum, in cuius tutela id oppidum erat,
F promittiq; illi eundem aut ampliorem locũ, cultúmue apud Romanos. Durat in Pontificum disciplina id sacrum, constátque ideo occultatum in cuius tutela Dei Roma esset, ne qui hostium

simi

simili modo agerent. Hæc meo iudicio intelligit Sempronius. Liceat tamen cuilibet opinari. De Angerona, omnes idem sentiunt, quos equidem legerim. De positione syderea non puto eã fuisse, quod multis rationibus equidem probarem si rei huic congrueret, atque operi. Quæ Græcorum mendacia Sempronius adijcit, præterea, cùm quia nota sunt, tum præcipuè, quia opus iam à me confectum, & suo tempore edendum seruatur, de innumeris mendacijs Græcorum. Reliqua verò, quæ ad aureum seculum & originem vrbis Romæ spectant, super Fabium Pictorem supplebimus.

LIBER IOANNIS ANNII VITERBENSIS DE ETRVSCA SIMVL ET *Italica emendatissima Chronographia.*

OMnis historia integra est, & certissima redditur, quę suis substantialibus partibus cõstat, quas tres esse manifestum est, narrationem, chorographiam & chronographiam. Omne enim indiuiduum, vt Peripatetici tradunt, constat sua substantia, & duobus substantialibus principiis indiuiduãtibus, quæ vocant hic & nũc, & sunt pro

A proprius locus & tempus. Cúmque narratio rerum gestarum singularum sit substãtia indiuidua historiæ, quæ res indiuiduas narrat, vtique necessariò consequens est, vt duobus principiis demonstretur, loco & tẽ-
B pore. Non enim integra & certa historia redditur, si solum dicatur, Magnus Alexãder superauit Darium Monarcham, sed adiiciendum est, quibus locis, & temporibus exercitum eius fudit, fugauit, cecîdit,
C vicit. Quibus principiis quicquid Græcia mẽdax audet in historia, tam prẹclarè elisimus in libro cui titulus est de mendaciis priscorum Græcorum, vt verè pudeat hac nostra ætate, quosdam alioqui eruditos
D mendaciis Græcorum delectari, & illis assuescere, imò insolescere. Bonũ est, inquit, Cato ad Marcum filium, literas Græcas aspicere, non perdiscere. Itaque pars localis historiæ, quam Græci vocant Topogra-
E phiam & Chorographiam quod satis est, exposita fuit à nobis in commentariis super Fabium Pictorem, Sempronium, Catonem, Myrsilum, & fragmentũ Itinerarij Antonini Pij, & super Berosum, & Pli-
F nianam Topographiam, & in quadraginta quæstionibus Anniis. Secunda verò pars est temporum, quæ publica & probata fide tenetur, vt super Metasthenem & Philonẽ

ostendimus. Eam partem Græci vocant A
Chronographiam, id est, temporum digestionem, cuius probãdi duo principia sunt. Primùm, vt ostendamus tempora quę afferuntur, non discrepare à publica & probata fide, vti super Metasthenem ostendimus. B
Alterum, vt reges & viri digerãtur, qui his temporibus floruerunt, & quorum memoriam teneant authores, vel loca, siue vtrũque. Quod profectò nos facimus in hac secunda parte, quæ est de temporibus, in qua C
primùm extendimus viros & tempora ab Iano & origine Italiæ, vsque ad Othonem Cæsarem. Inde retrocedendo, tempora & viros præscriptos per publicam fidem probamus. Tertiam verò partem historię, quę D
narrat eorum gesta, suo loco absoluemus.

Ioannis Annij Chronographia Etrusca digesta, & emendatissima, cuius prima pars digestio Italiæ sub aurea ætate à diluuio ad Ninum & Camesem tribus regibus annus. 249. hoc modo: E

Solitudo Italiæ	108	*Ochus Veius*	50	F
Ianus primum aduenies	33	*Sequũtur anni triginta & quadringenti à Camese ad Atlantem*		
Comerus Gallus	58			

A tem Italũ, à quo Italia sub his regibus.
Cameses 19
Iani secundus aduentus 82
B Cranus Razen 54
Arnus 43
Tages 42
Sicanus 30
Enakij Lukij 30
C Apis 10
Lestrygon 45
Hercules 30
Tussus 27
Alteus 7
D Hesperus. 11
Sequũtur anni ab Italo vsque ad excidium Troiæ. 454. sub his regibus Larthibus
E Italiæ.
Italus Atlas 19
Morges 20
Coritus 33
Iasius 50
F Coribun 48
Turrenus 51
Tarcon priscus 23
Abas 15
Olanus 21
Veibennus 42
Oscus 34
Tarcon secundus 46
Tyberinus 30
Mezentius 22
Item à vigesimosecundo anno Mezentij vsque ad sextũ Cælij & principiũ Romuli computatis quinque annis laborum.
Aeneæ etiã tribus regni eius sunt anni 433. sub his regibus Italiæ.
Tarcon tertius 20
Ocnus Bianor 46
Pipinus 52
Nicius 47
Piseus 52
Tuscus iunior 39
Annus 25
Felsinus 43
Bonus 28
Atrius 27
Marsyas 18
Etalus 30
Cælij pars 6

A sex

A sexto Cælij quo cœpit Romulus vsq; ad pulsos reges fuerunt anni 244. sub his Larthibus.

Cælij residuum	15
Galeritus	20
Lukius Tuscus	25
Cibitius	82
Lucumo Clusinus	38
Rhetus	20
Hyellus	44

A pulsis ab Roma regibus ad perdomitam ciuitatem Etruriæ regnatũ est annis ducentis duobus ab his Larthibus.

Porsena Clusius	58
Tolumnius Veiens	24
Eques Tuscus	40
Liuius Fidenas	48
Elbius Tuscus	32

Post cædem Elbij regnauit Prolarthes Turrenus eius filius annis 26. & ciuitatem Etruriæ dedit Romanis.

Turrenus	26

Post datam ciuitatem Etruriæ claruit posteritas Elbij & Turreni sub Romanis trecentis, & 48. annis, ex quibus Turrenus vixit vsque ad superatam Thusciam & signatum argenteum nummum Romæ in triumphũ annis duodecim.

Turrenus qui supra	15
Titus	40
Volturrenus	48
Cecinna	56
Menippus	40
Menodorus	36
Mecœnas	56
Seianus	23
Sceuinus	33
Otho Ferentinus	1

Verùm quia temporum & regum, publica & probata fides expetitur, & omnis alius author quanuis aliâs eruditus abiicitur

A tur, vt Metasthenes & commentaria eius, & superior Monarchiarũ chronographia comprobant, idcirco publica & probata sides temporũ, virorumq; danda est, & Othonis quidem meminit Suetonius de duode-
B cim Cæsaribus. Eiusdem & Sceuini. Cornelius Tacitus in vita Neronis & Othonis. Seiani meminerunt Iuuenalis in Satyra, Omnibus in terris, & Philo in libro legationis suæ secundo, & in breuiario tempo-
C rum, itemque Suetonius in vita Tyberij Mecœnatis reminiscuntur cum Suetonio poëtæ & historici. Menodorum memorat Appianus de bellis ciuilibus quòd iuuerit partes Iulij Cæsaris. Omnium verò simul
D ab Elbio ad Menodorum, memoriam facit Cato in decimonono fragmento originum. Verùm publica fides temporum, ab ipsis certissimis Olympiadibus sumitur. Teste autem Liuio in nono ab vrbe con-
E dita. Q. Fabius egregiè perdomuit Etruriam vrbem, sed non cepit ciuitatem, quia ciuitas Etruriæ data est non capta, vt asserunt Valerius Maximus, & Cato de originibus. Nam Valerius Maximus libro quar-
F to in fine narraturus pudorem Spurinæ Etrusci, his verbis incipit: quod sequitur externis annectam, quia ante gestum est, quàm ciuitas Etruriæ daretur. Cato item

in ſupradicto fragmẽto: Turrenus, inquit, A
patre Elbio Larthe ad lacum Vadimonis
cæſo, ad reddendam vrbem Etruriam al-
lici potuit anno ſecundo, Olympiadis cen-
teſimæ vigeſimæquartæ, ſed ad recipien-
das Latinas literas, nunquam perſuaderi B
potuit. Cæterùm à ſecundo anno centeſi-
mæ ac vigeſimæquartæ Olympiadis, quo
Turrhenus dedit ciuitatem Etruriæ, vſque
ad primum annum Olympiadis CCXII.
quo teſte Euſebio, ſe interemit Otho, ſunt C
Olympiades octogintaſeptem, & tres an-
ni, quæ ſimul efficiunt annos octo & qua-
draginta ſupra trecentos. Quare publica
& probata temporum & dictorum viro-
rum fide, verè à Turreno ciuitatem Etru- D
riæ dante vſq; ad Othonis interitum anni
ſupradicti ſupputati ſunt ànobis. Sed quòd
tot annis floruerint, à principibus ipſis Ro-
manis quibus chari fuerunt, ea mente at-
que ingenio dimenſi ſumus, vt vel ad cen- E
trum ipſum ſagittam iecerimus, vel pa-
rum abfuerimus, ita vt chronographiam
nõ læſerimus. Hactenus de publica & pro-
bata virorum & temporum hiſtoria
retrocedendo ab Othonis in-
teritu vſque ad Turre-
num datorem ciui-
tatis Hetruriæ. F

Nunc

A *Nunc ab hoc Turreno retrocedendo vsque ad Romulum resi-duum probemus.*

ANnalium quidem Romanorum publicam fidem probatamq; temporũ
B rationem Titus Liuius tenuit in libris ab vrbe condita, qui reges fuisse Romæ à Romulo ad pulsos reges annis CCXLIIII. per eorum tempora clarissimè digerit, in primo libro ab vrbe condita. A pulsis verò
C regibus vsq; ad perdomitam Hetruriam, per singulos annos consulum & magistratuum enumerat annos ducentos, qui supradictis adiuncti efficiunt annos CCCCXLIIII. Olympiadesq; CXI. completas.
D Est enim Olympias apud Græcos spatium quatuor annorũ, sicut lustrum quinquennium tenet apud Latinos. Itaque si à Romulo rege in primo libro ab vrbe condita Liuij vsque ad Hetruscos perdomitos à
E Q. Fabio ad lacum Vadimonis in nonum librum annos supputaueris, supradictas centũ vndecim Olympiades conficies. Porrò, vt Fabius Pictor, & Dionysius Halicarnasseus in primo libro, & peritiores cõuin-
F cunt, & Eusebius de temporibus sequitur: Roma condita est à Romulo post sex primas Olympiades, quas si supradictis adiicias, erunt Olympiades completæ CXVII.

quando Hetruſcos perdomuit Fabius, cæ- A
ſo Elbio Larthe ad lacum Vadimonis. A
centeſimo decimo ſeptimo ad ſecundum
annum centeſimæ vigeſimæquartæ Olym
piadis, quando Turrenus dedit ciuitatem
Hetruriæ, iuxta Catonem ſunt anni ſex B
& viginti. Ergo publica & probata tem-
porum fide probauimus Turrenum fuiſſe
Prolarthem ſiue loco Larthis Hetruriæ à
cæſo patre ad datam ciuitatem, annis vi-
gintiſex. Quòd verò à cæde Hetruſca ad C
lacum Vadimonis fuerint anni reſidui vſ-
que ad Romulum CCCCXLIIII. in Li-
uio numerantur, à primo libro vrbis con-
ditæ vſque ad nonum Larthum fidem fa-
ciunt in primis Cato, qui fragmento ſu- D
pradicto meminit Elbij, à quo vicum El-
bij in Cyminio lacu Ptolemæus notauit.
Liuius Fidenas Poſthumus, etiam à Lati-
nis dux exercitus accitus poſt incenſam à
Gallis Romam, in primo Saturnalium E
memoratur à Macrobio. Equum, à quo
Equi Phaliſci ſeruat lapis effoſſus in Ry
yello, in Thermis Pauli benigni Tolumni
& Porſenæ geſta ſimul & nomina refert
Liuius in libris ab vrbe condita ſecundo & F
quarto. Yellum ſeruant eius inſcriptiones
in ſacrario cinerum Ry yelli, quam in lu-
cubratione de origine literarum & philo-
ſophiæ

A sophiæ Hetruscæ dedimus. Rhetum à quo Rhetios dictos. Plinius in tertio naturalis historiæ & quidam alij memorant. Lucumonis Clusini gesta infelicia, narrat in parte Liuius in quinto ab vrbe condita
B Cubicius adhuc inscriptus seruatur in sacrario cinerum Augustalis Surrenæ. Lukius, id est, Lucumo Tuscus cùm inscriptus, tum à Festo memoratur quòd Lucenses condiderit, tum præcipuè Lukium ad-
C huc prædium eius, non longè à Luca illi fert testimonium. Cælius & Galeritus Lucumo à quibus mons Cælius & Luceres olim dicti, memorantur à Varrone in primo de lingua Latina, à Dionysio Halicar-
D nasseo in secundo libro, & à Fabio Pictore de origine vrbis Romæ, & à Propertio in quarto Elegiarum. Fides igitur publica & probata, de nominibus illustriũ virorum atque temporibus ab vrbe condita vsque
E ad Othonem Cæsarẽ à nobis fideliter reddita est. Nunc retrocedendo de cccccxxx. annis ab vrbe cõdita, vsque ad euersionem Troiæ, fides publica & probata redditur in Latina historia, quam & Liuius in pri-
F mo ab vrbe condita, & Eusebius de temporibus, & partim Manethon Aegyptius supplemento Berosi tangunt. Et quanuis de annis Aeneæ quidam varient, vt pluri-

mùm tamen probationes ſupputant annos A
ſex à captiuitate Troiæ vſque ad eius inte-
ritum. Cui eſt argumento inuincibili, quia
ſi plures aut pauciores tribuantur, diſcor-
daret à publica & probata fide temporum
monarchiæ Aſſyriorum, à qua menſuran- B
tur priuatorum tempora, vti ſuper Meta-
ſthenem Beroſumque oſtendimus. Itaque
partim errando, partim regnando, Aeneas
ducauit annis quinque. Aſcanius triginta-
octo. Syluius Poſthumus vigintinouẽ. Ae- C
neas Syluius triginta vno. Latinus iunior
quinquaginta. Alba trigintanouem. Atus
Aegyptius vigintiquatuor. Capis viginti-
octo. Capetus tredecim. Tyberinus à quo
Tyberis, octo. Agrippa quadraginta. Re- D
mulus, decem & nouem. Auentinus, trigin-
taſeptẽ. Procas, vigintitres. Amulius qua-
dragintaquatuor. Ergo à Troia cremata
ad ſucceſſorem Amulij Romulum probati
ſunt à fide publica Latina, anni c c c c x xx. E
Viros verò Larthes his tẽporibus regnan-
tes quàmplurimos ponit Manethon, à Me-
zentio ad Atrium. Sed & alij authores eos
memorant, vt Tarcontem tertium Vergi-
lius in octauo & decimo Aeneid. Ocnum in F
eodem decimo Vergilius. Pipinũ memorat
Cybelaria inſcriptio, à quo Pipiniẽſis agri
Tuſci meminit Liuius in nono ab vrbe cõ-
dita

A dita. Niciũ à quo Niceam Turreni in Corsica, & Ethaliam Turrenã à duce insulam. Diodorus in sexto libro indicat & nomina ipsa probant Marsiæ Turrenorũ ducis meminit Plin. in 3. nat. hist. & cap. 13. itẽq; Cy-
B belaria excisa inscriptio. Piseum ad classicum inuenisse tubã æream Plin. in 7. nat. hist. & plures concelebrant. Tusco iuniori fidem facit Manethon in supplemento Berosi, & vetustissima Tuscanellensis excisa
C memoria, qua prodit Tuscanellam post Troiæ captiuitatem ab Ascanio monopolim conditã, & processu temporis à Tusco Larthe adauctã. Annum, Annia Tusca vetustissima familia, à qua Antoninus Pius
D oriũdus fuit, teste Helio Spartiano eximio argumẽto seruat. Hinc Bonũ similiter monumẽta produnt, cuius familiæ & Familia Turna Bona, & Bona, & vt existimo Bonella perseuerant, & excisa æra sub Antonino
E Pio quæ apud me sunt probãt. Atriũ etiam Atriaticũ mare & Atria oppidum integre demonstrant, vt quidam existimant, & Plinius in tertio naturalis historiæ, cap. 17. videtur significare, licet quidã à colonia Vo-
F laterræ dictum putent, vti ostendimus super fragmenta Catonis. Huc vsq; hos Larthes supradictos Manethon exprimit, & supradicti etiam authores. Qui sequuntur,

his locis probati sunt, videlicet Felsinus à A
quo sit Bononia condita, tam Cato in fragmentis, quàm Sempronius de partitione Italiæ produnt, & ab eo primum Felsinam, inde à Bono successore Bononiam dictam produnt. His ad publicam fidem ostensis B
afferendum est tempus, & Larthes monstrandi retrocedendo ab Troiano excidio vsque ad eius fundationem, & inde vsque ad Italum. Est autem tempus à fundata Dardania vsque ad excisam, quod publica C
fide annalium regum Troiæ Archilochus prodit, & nos in eius commentariis explanauimus copiosè 297. annorum. Totidem supputat Eusebius de temporibus, eandem temporum publicam fidem secutus. Porrò D
à condita Dardania vsque ad primum annum Itali, ex publica fide antiquitatũ, Berosus centum & quinquagintaseptem annos colligit per reges Assyrios. Quos si superioribus adiicias, erunt anni 454. à pri- E
mo anno Itali vsque ad Aeneam & Troianum excidium. Quod profecto, & altera publica fide temporum subregulorum Latij, ex Berosо & Manethone transumptorum, ita ostenditur: Mortuo Hespero fra- F
tre Italus reassumpsit Vetuloniæ imperiũ, relicta filia Roma in Capena oppido, quod sub Auentinum fundauerat, vt asserit Fabius

A bius Pictor de origine vrbis Romæ. Igitur vt Berosus & Manethon significant, Roma regnauit in Latio annis XLVI. Romanes-sus eius filius LXXIX. Picus priscus LVII. Faunus priscus XXX. Annus Faunigena qui
B teste Sillio locauit Agillam filiam Trasi-meno filio Turreni, regnauit annis LIIII. Vulcanus XXXVI. Mars cognomine Ianus XXIII. Cæculus cognomine Saturnus XXXVI. Picus iunior XXXIIII. Faunus iunior
C XXIIII. Latinꝰ Aeneæ postea socer XXXVIII. Ergo etiã per subregulorum Latij publica tẽpora demõstratur publica & probata fide fuisse ab Italo ad excidiũ Troianum annos CCCCLIIII. Ex publica quoque & pro-
D batissima fide Berosi & Manethonis sicut Latini subreguli & eorum tempora, ita his correspondentes Larthes Italiæ in Vetulo-nia & eorum tempora supputantur ab Ita-lo vsque ad Mezentium. Et nihilominus
E Latini historici & monumenta eos nõ sup-presserunt. Nam de Mezentio memoriam faciunt, Liuius in primo ab vrbe condita. Dionysius item Halicarnasseus in secundo libro, Macrobius in primo Saturnalium, &
F Vergilius in 8. & 11. Aeneidos, & deinceps. Tyberini patris Ocni, ex fatidica Manto, à quo Albula Tybris dictus est, meminit Vergilius in 8. & 10. Aeneidos, & alij au-

thores. De Tarconte ſecundo qui Cacum A
coniecit in Labyrinthum, etiam Solinus
loquitur in Collectaneis. De Oſco ſunt co-
loniæ Oſca quæ & Capua (nam Oſci ſunt
Capuenſes, vt ait Seruius ſuper Aeneida)
& Voloſca, id eſt, antiqua Oſca, & per ſyn- B
copam Volſca, vt in Anniis quæſtionibus
explanatũ eſt. Veibenum cognomine Maſ-
ſum cõſeruant monumẽta & vrbs in Thu-
ſcia Maſſæ, & Cælius Veibenus à familia,
vt memorat Varro in primo de lingua La- C
tina, vbi Cælium montem aſſerit dictum à
duce nobili Tuſco, Cælio Veibeno ſiue per
ſynæraiticam compoſitionem Vibeno. In
ea enim compoſitione literas e, & i, con-
uertimus, & ſæpe ſyncopa vtimur, vt Vei- D
lumbros, & Veibenos, & Veiterbum, dici-
mus Vilumbros. Vibenos, Viterbũ, vt alibi
oſtẽdimus. Olanum ducem Thuſciæ fuiſſe,
qui primus Mediolanũ fundauerit, eſt te-
ſtis Cato in fragmento ſeptimo originum. E
Abas, à quo Abantes in Thuſcia populi ad
caput Abium maritimi, perpetuum argu-
mentum habet regionem ipſam, vnde Lu-
cumo nomine Toruus, claſsis maritimæ
pro Aenea princeps fuit, vt author eſt Ver F
gilius in decimo Aeneidos, nominãs ipſum
Toruum Abantem. De Tarconte priſco &
patre eius Turrheno Mœone, pleni ſunt
Codices

A Codices, sicut de Atlante Italo, & filio Itali Morgete, atque itali socero Corito, & huius filio Iasio. De Bante verò quem Berosus Coribantem vocat, id est, hastatum Bantem, inscriptio Grauisca memoriam
B facit, vt in commentariis de origine literarum Hetruscarum exposuimus. Tanta igitur de probata & publica fide, temporum & Larthum Hetruriæ dicta sint, ab Italo vsque ad Mezentium. Nunc ab He-
C spero prædecessore Itali ad Camesem, tempora & Larthes sunt demonstrandi. Et fidem publicam habent à Beroso in quinto antiquitatum, qui per reges Assyriorum à Camese, qui rexit primo anno Nini colo-
D nias Italas vsque ad Italum supputat totidem annos, & Larthes quot assignauimus, quorum memorias plures authores habent, vt Cameses, Saturnus, Ianus, habent Iginum, Protarchum, Macrobium in
E primo Saturnalium, & pro parte Poëtas. Crani Razeni, meminerunt loca Volturnæ ita dicta, & Myrsilus de origine Italiæ, & Dionysius in primo libro dicens, Tuscos se appellare à duce Razenuos.
F Aruntis primi quem Berosus Arunum declinat, memoriam seruant eius coloniæ Thuscæ, Aruntini veteres, Aruntini Rullienses, Aruntini Fidentiores, de quibus

exposui

exposuimus super Catonis fragmentum. A
XVI. & à XV. ad XIX. & aliis commentariis, Tagetem fuisse qui primus Thuscos aruspicinam docuerit, omnes cum Beroso confitentur. Sicani prædia in agro Vetuloniæ manent, quæ decimus vallem Sica B
niam, sicut Enakios amnes dicimus Kat Enalkios, id est, congregationes gigantum quos expugnauit Apis & filius eius Hercules Aegyptius. Vnde & vallem gigantum etiam circa Tuscanellam dicimus, & cam C
pum Cymeum iuxta Cat Enakia, vbi Ioui iusto Api affuerunt Itali, contra gigantes, vt asserit Diodorus in sexto libro & nos super Berosum probauimus argumentis & authoribus inuincibilibus. Aliquot annis D
præfuisse Italiæ Apim, & eius nepotem. quem Græci anthropophagum, Hetrusci Kurkium, Latini & Berosus Lestrygonem vocant, itémque & Herculem vsque Hesperum, cuncta supradicta monumenta cum E
Beroso confirmant. Et ideo à Camese vsq; ad Hesperum amplam fidem temporum & hominum, Berosus & historici & eorum monumenta præbent. Nunc de temporibus ante Camesem & Nicium quæ La- F
tini vocant aurea secula, fides publica sumenda est. Primùm à transsumptore fidei publicę Beroso, qui ait ante Ninũ fuisse inundat

A undationē sub Ogyge Iano, annis CCXLIX. & anno CXXXI. post diluuium fundatam fuisse Babyloniam à Saturno patre Beli, & eius anno X. Ianum misisse colonias Thuscas duce Comero Gallo, cui filius fuit
B Ochus Veius, à quo vestigium manet mons Veiochus. Item Xenophon libro de æquiuocis, idem tempus scribit à Publica fide columnæ in Babylonia excisæ à Semiramide, vt ostendimus in commētariis eiusdem authoris. Enumerat enim ab inundatione ad Saturnum patrem Beli, annos
C XXXI. supra C. Et à Saturno ad Belum filium annos sex & L. Et à Belo ad Ninum annos LXII. Ita ab inundatione ad Ni-
D num primum Monarcham, fuerunt anni CCXLIX. Vocauerunt autem auream, quia prima fuit nata cum humano genere post diluuium, quæ vindice nullo, aut lege scripta & metu, sed sua sponte rectum fi-
E demque colebat, vt ait Ouidius in primo Metamorpheseos, & Trogus & Iustinus in primo Epitomatum. Et, vt aiunt, durauit vsq; ad Iouem, qui primus armis sumptis fugauit Saturnū, id est, vt ostendit Be-
F rosus vsque ad Ninum, qui legato à patre Belo mandato susceperat, vt omnino Saturnum Sagam Caspium deleret. Nam & ipse Ninus per interpretationem Iuppiter

dicit

dicitur, vt probatur in commentariis super A
Xenophontem. Nam Saturnus Apteras,
quem Græcia mendax fingit in historia ve-
nisse ad Ianum, non floruit aureo seculo
quando Italia dicebatur Saturnia, sed lon-
gè post ferreo iam seculo, quando Italię no B
men fulgebat extinctis aliis cognomini-
bus, Ianicula, Saleumbrona, Camesena, Sa
turnia, Apenina siue Taurina & Hesperia,
vt demonstrauimus super ij. fragmentum
Catonis, & tertium & quartum. Et super C
Fabium Pictorem. Eadem tẽpora cum Ia-
no & primis coloniis, assignat Cato in se-
cundo fragmento dicens: Italiæ, inquit, splẽ
didissima origo fuit, tum tẽpore, tum ori-
gine gentis: Cœpit enim aureo seculo sub D
principibus diis, Iano, Camese, Saturno,
gente Phœnicia & Saga. Et paulò post: In-
ter authores conuenit Phœnicas & Chal-
dæos historicos, ante Ninum circiter annis
L. & ducentis quibus durauit aureum secu- E
lum, terras fuisse inundatas, & in Scythiá
saluatos homines. Et ex his venisse Ianum
cum Dyrim & Gallis progenitoribus Vm-
brorum in Vaticanum. Et infrà, à Vatica-
noq; progressum circa Tyberim fundasse F
Regiam & Pontificiam vrbes. Deinde duo
decim coloniis per Thusciam fundatis de-
disse fasces ad cõtinendum rudes in officio

Aureo

A Aureo. Rursus Fabius Pictor de origine vr
bis Romæ sub Iano, Cameſe, & Saturno,
hæc ad verbum dicit. Italiæ imperium prin
cipio, penes duos populos extitit. Posterius
Romani principio Thusci sub Iano cœpe-
B runt, aureo seculo & ætate, quę primo ortu
generis humani fuit sub Iano ante Ninum
fermè ducentis L. annis. Ianus tenuit læuũ
Tyberis latus Hetruriam sub initium au-
rei seculi. Cameſes verò & Saturnus dex-
C trum latus, circa finem aureæ ętatis. Et post
declaratos mores aureę ætatis, mox subdit,
quod Trogus, Iustinus, & alij asserunt, di-
cens: fuisse Ninum primum qui aureos il-
los auitos mores, noua regnandi cupidita-
D te mutauerit. Itaq; rectè tempora aurei se-
culi ex publica omnium fide retulimus, in
quibus in principio post Italiæ solitudinẽ
scripsimus Ianiculas colonias in Hetruria
à Iano primùm adueniente positas, vt indi-
E cant Cato & Fabius Pictor, inde recedentẽ
Ianum postea misisse Comerum Gallum
iuxta Berosum anno post diluuium centesi
mo x L I. Huic succesſit filius Ochus cogno
mine Veius siue Curulis. Probauimus igi-
F tur nostram Hetruscam Italicamq; Chro-
nographiam, quæ continet à diluuio ad O-
thonem Cæsarem, annos septem & septua-
ginta supra trecẽtos & duo millia. Iam igi-

tur

tur deo fautore atq; illustratore in aliis cõ A
mentariis, vt diximus, primam partem historiæ Topicam & Chronographicam absoluimus, nunc itẽ Chronographiã & temporalem ex publica & probata fide trãsumpsimus, quæ profectò ab Ogygis prisci dilu B
uio, vsq; ad primũ Othonẽ, pares totidemq; annos digessit, quot publica Monarchiarũ fides colligit, vt conferenti vtranque patet.

F. IOANNIS ANNII QVAESTIONES DE THVSCIA. FRATRIS IOANNIS VITERBENSIS ORDINIS PRAEDICatorum Theologiæ professoris ad consobrinum suum fratrem Thomam Anniũ, eiusdem disciplinæ atq; ordinis professorem epistola responsiua, quam pro eius interrogatis rescripsit. C D E

QVAERIS innumera, dulcissime frater, de limitibus, gentibus, & populis atque nominibus vetustissimis Thusciæ, itemq; vt edam commentaria super Philonem, Xenophontem, Semproniũ, Fabium, F

A *Fabium Pictorem, Fragmenta Catonis, & itinerarij Antonini, Metasthenem, Archilochũ, & Myrsilum, quorum dicta & scripta è Mantua mecum retuli Viterbum, cum regressus essem cum reuerendissimo domino meo, domino Paulo*
B *de Campo Fulgoso, Cardinali sancti Sixti. Ingens opus mihi attulisti. Verùm quia ad pietatẽ & fulgorem patriæ atque Italiæ cuncta spectãt, quæ non abest à theologiæ annexis, idcirco morẽ gessi, & vt expetis opus Anniæ Tuscæ familiæ*
C *nostræ dicaui, & vna minus xl. quæstiones Annias nominaui. Vale felix.*

Annia quæstio prima.

QVAERIS primò, qui sint præfiniti limites Thusciæ? Responsio. In longitudine
D quidem sunt duo limites, quorum alter est Tyberis Vaticanus, alter verò amnis Macra principium Apuanę Lygurię Thuscię, quam longitudinem per mare discurrit Plinius in iij. nat. hist. cap. v i. à Luna vrbe ad
E Ostiam. Latitudo verò eius à littore Thusco contento inter ostia Tyberis & ostia Macræ ad Apeninum vsq; concluso à fontibus Tyberis vsq; ad fontes Macræ non procul oppido Apua, nunc Pontremuli. Et hi
F sunt veri limites, in quibus probatiores authores conueniunt.

Annia quæstio secunda.

QVAERIS item, quo pacto antiquitus di-

uidebatur Thuſcia,& qui limites veri?Re- A
ſponſio.In fragmentis Catonis ita dicitur.
Etruria olim Italiæ princeps, à metropoli
eorum regia ſic cognominata, à Tyberi in
Macram diffunditur. Gens prima eorum
maritima ab Oſtia ad finem Macræ.Medi B
terraneæ duæ,altera à Tyberi ad iuga Cy-
minia,dicta Lartheniana quæ & Veiens ab
eorum Metropoli, altera verò à Cyminiis
iugis ad Stellam.Fluentum & Piſtoriũ. De
hac diuiſione triplicis gẽtis,inſinuat Verg. C
in x.Aen.dicens: Mantua diues auis, ſed nõ
genus omnibus vnum:Gens illi triplex,po-
puli ſub gente quaterni, Ipſa caput popu-
lis,vires de ſanguine Thuſco.

Annia quæſtio tertia. D

QVAERIS quomodo intelliguntur de
Thuſcia verſus Vergilij, qui ſunt de Man-
tua?Reſponſio,vt Manethon,Acron,& qui-
dam Vergilianiſtæ, & nos in Etruſca hiſto
ria explicauimus, Ocnus Larthes Etruriæ E
tranſgreſſus Apeninum & Padum cum co-
loniis & exercitu, condidit à nomine ma-
tris, Mantuam, & inſtituit politiam eius
ad ſimilitudinem Etruriæ, in qua metro-
polis regia erat diues & præclara auito ſan F
guine vno. Et in hoc ſolo differebat Man-
tua ab Etruria, quia licet eſſet diues auis
Indigenis, Venetis, & Thuſcis, ex quibus
conſtit

A constitit, vt Seruius & alij exponunt, non tamen his tribus gentibus fuit vnum genus, quia Venetis genus fuit Phaëthonteũ mixtum Troiano, Thuscis verò solùm Ianigenum, vt in commentariis probabitur.

B Similitudo verò, quia sicut Thuscia diuiditur in tres gentes, maritimam, transcyminiam & Ciscyminiam, & ex singula eligebantur quatuor populi ita vt essent ex tota Etruria in fano Volturnæ x i i. populi re-

C gentes pro singulo populo constituto singulo Lucumone, quia erant Thuscis x i i. Lucũmones reges, quibus vnus erat Larthes antistes, ita Mantua diuidebatur in tres dictas gentes Thuscam, Venetam, Indige-

D námque priscam. Et singula tertia pars ciuitatis diuidebatur in quatuor curias ad similitudinem quatuor populorum, & ita erant x i i. curiæ quibus vna princeps in palatio tanquam Larthes præerat ex solis

E Thuscis, quia teste Acrone non permittebant Thusci quospiam principari, nisi qui de sanguine Thusco esset, vel eorum vernæ, vt Fabius insinuat, & nos ibi explanauimus Et sic exponitur metrum Vergilij.

F Sicut Etruria metropolis respectu totius Thusciæ, ita palatium Senatus Mantuani erat respectu totius ciuitatis, quia illi gens triplex, & sub qualibet gente quatuor po-

puli & curiæ distinctæ. Sed ipsa Mantua A
pro Mantuæ Senatorio palatio erat caput
illis XII. curiis & populis suis. Viri verò, id
est, Senatores palatij qui & Lucumones
Mantuani, eligebātur solùm qui essent de
sanguine Thusco, aut vernaculo sanguine B
similiter Thusco, quòd Romanis ducibus
ac regibus opposuit pro ignominia Mithri
dates, quòd Thuscorum vernæ fuissent,
vt Fabius Pictor & Trogus & Iustinus as-
serunt. C

Annia quæstio quarta.

QVAERIS quod sæpe dubitasti, quo-
modo sanguis Thuscus dicatur vnius gene
ris & non Mantuanus? Nā & Thusca mix-
tio fuit ex Corito prisco & Lydis, & Atlan- D
te Italo, dicente Sillio Italico in quinto li-
bro. Ergo ait arreptis præceps exercitus ar
mis, Lydorum populos sedémque ab origi-
ne prisci Sacratam Coriti, iunctósque à san
guine auorum Mœonios Italis permixta E
Stirpe colonos. Responsio. Berosus in secun
do antiquitatum, hanc ex multis vnam
ex Genealogiis scribit, & super ipsum co-
piosius scripsimus. Iano fuerunt duo filij, vi
delicet Iapetus Atlas maximus, & Came F
ses. His alij fuerunt liberi. Atlanti quidem
maximo Ion pater Itali, & Cameſi Osiris
pater Herculis Aegyptij cui vn⁹ ex ꝑgnatis
fuit

A fuit Atus, pater Turrheni ac Lydi. Rursus Atlanti maximo fuit primogenitus Comerus cognomine Gallus, quem Ianus primũ Thusciæ atque Italiæ Coritum designauit. Itaque prisci aui atque illustres progenito-
B res Thuscorũ fuerunt Cameses atque Comeri genitor Iapetus. Et his auis genus proximum fuit vnus Ianus, quod nõ facilè assignatur Mantuæ. Et idcirco Sillius dicit Italos, priscos Coritos, & Mæones fuisse
C colonos Thusciæ permixta stirpe & iũctos à sanguine propinquo auorum, quibus proximum genus fuit vnum.

Annia quæstio quinta.

D QVAERIS quid significet hoc nomen Coritus, & cuius est originis, & quot fuerunt, & vbi sedẽ sacratã in Thuscia tenuit? Responsio. Multa perquiris, sed ab origine nominis est inchoandũ. Origo illi est Etru-
E sca, & est pronomen dignitatis. Itum enim Etrusci Iouem & fiduciã Iouis intelligunt, vt in Saturn. Macrob. indicat. Porrò Corim hastam vocant, quam & Sabini Curim, & Latini Quirim proferebant. Nam veteres
F hasta pro corona quasi sceptro vtebantur, vt vltimo Epitomatum docet Iustinus. Hinc reges apud Etruscos Coriti, apud Sabinos Curites: & apud Romanos Qui-

rites, id est, hastati & coronati Ioues dice- A
bantur. Vnde patet eos errare, qui existi-
mant Coritum atque Iouem patrem Iasij
atq; Dardani fuisse alium & alium. Quod
& Lactantius in fine primi libri institu-
tionum significat, dum dicit. Authores B
quidam tradunt Iasium & Dardanum
fuisse filios Coriti, non Iouis, subaudi tan-
quam alterius viri à Corito. Priscus à Ia-
no Italiæ designatus Coritus, fuit teste Be-
roso Comerus ipsi nepos ex filio Atlante C
maximo, vltimus verò Iasius. Penulti-
mus autem Cambo Blascon, vt idem Be-
rosus nominat, qui dictus est Coritus so-
cer Atlantis Itali, ex Electra filia. Tot verò
fuerunt Coriti, quot regni successores de- D
clarati. Sillius ergo loquitur de Prisco non
aliis. Quare ab illo nominatur Turrhena
antiqua quam vocabulo Etrusco dicunt
Volturrenam. Nam Verg. vocat eam Tur
rhenam sedem Coriti in septimo Aeneid. E
dicens. Hinc illum Coriti Turrhena à sede
profectum. Sillius autem dicit illam sacra-
tam à regio Fano & ingenti luco, sine quo
antiquitus non poterant reges concilia &
augurationes reipublicæ habere. Quod F
profecto Seruius in VII. & VIII. Aeneidos si-
gnificat vbi scribit. Vergilius, inquit, vbi-
cunq; lucus dicit, intelligit Fanũ augurio
consec

A consecratum:quia Senatus nisi inaugurato loco concilium habere non poterat.Et ideo non sacrabatur templum Vestæ, ne illuc Senatus accederet vbi erant virgines. Ad fanum autem Volturrenę siue per syn
B copā Volturnæ,indicebantur concilia imperij xij.Lucumonibus & populis Etruriæ, vt authores tradūt,præcipuè Liuius in pluribus locis ab vrbe condita.Et ideo Volturna erat Sacrata sedes Prisci Coriti & o-
C mnium sequentium.

Annia quæstio sexta.

QVAERIS quo pacto Volturrena siue Volturna vrbs sit eadem & Turrena.Respondetur:Antea quàm Myrsilum & Dio-
D nysium Halicarnasseum legerem, existimabam esse tam orthographiæ quàm originis Græcæ Volturrhenam & Turrhenā. Sed postquam eorum dictis atque rationibus superior accessit ratio, equidem de-
E stiti.Neque enim turpe est ad melius conuerti,sed in stultitia perseuerare postquam semel aberratur,vt ait Lactantius.Itaque dicimus Volturrenam esse orthographiæ simul & Etruscæ originis & compositum
F nomen ab ol & Turrena.Est autem ol tam Arameè, quàm Hebraicè id quod Latinè priscum vel antiquissimum, vt etiam Diuus Hieronymus exponit.Additur au-

tem consonans de more vetusto, quo sæ- A
pe nominibus localibus & gentilibus teste
Dionysio in primo libro additur conso-
nãs. v. f. t. b. vt Helia, hæsta, heneti, Hibris,
hœdus dicitur, Velia, Vesta, Veneti, Febris,
Fœdus, vt ait Varro. Similiter in vsu verna B
culo remanet, vt Anconam, Aractum, An-
nam, Annum, Annios, vulgò pronuntiemus
Nanconam, Baractum, Nannam, Nannũ,
Nannios. Ita Olumnios, Olturrenam, Ol-
sinios, Olaterras, Olce, Oloscos, præposita C
consonante proferunt, Volũnios, Tolum-
nios, Volsinios, Volaterras, Volsce, Volo-
scos & per syncopam Volscos, id est, anti-
quisimos Oscos. Similiter. Volturnam aut
sine syncopa Volturrenã intelligunt anti- D
quisimam Turrenã sacratam Luco ingẽ-
ti fano sedem prisci Coriti. Et ideo rectè
dixi quòd prisci Coriti sacrata sedes fuit
Volturna, id est, antiquisima Turrena, ad
cuius fanum indicebantur regia Etruriæ E
concilia. Valet enim hæc consequentia. Est
Volturna, id est, antiquisima Turrena.
Igitur Volturna est Turrena.

Annia quæstio septima.

SI hæc illatio valet, est Volturna ergo F
Turrena prisca per locum ab interpreta-
tione originis Etruscę Vol, cur apposuerũt
Vol. Nonne satis erat dicere Turrenam?

Resp

A Responsio. Oportuit id fieri ad distinctionem nouarum Turrenarum quas Mœon Turrenus postea cõdidit. Nam priscum & antiquissimum per distinctionem referuntur ad posterius & iunius atque recentius.
B Turrenæ autem vrbes & nomen erant in Thuscia, antequam Turrenus Mœon esset natus. Et ideo illæ ad distinctionem Etrusca lingua dicuntur Volturrenæ siue Volturnæ, id est, priscæ & ante alias Turrenas
C Lydorum antiquissimæ.

Annia quæstio octaua.

VBI consedit Turrenus & quas vrbes & quot ædificauit? Responsio. Dionysius in
D primo libro sequutus Myrsilũ, refert Herodotum & quosdam alios scribere, Turrenum filium Atus venisse in Thusciam, & consedisse atque vrbes ædificasse in prima
E medietate Tyberis, quæ est septentrionalis. Et vt in v. ait Strabo, delegauit ministerium ædificandarum xij. vrbium Tarconi filio. Fuit enim decoratus & donatus ciuilitate Volturnæ quæ & Vetulonia est, vt suo loco probabitur. Vnde & Sillius in octa
F uo libro sequutus Berosum Vetuloniam appellauit decus Mœonum: quia fuerunt ea decorati, illustrati, & donati, dicẽs, Mœoniæque decus, quondam Vetulonia gen-

tis. Et ob id ea decoratus posuit primas A
colonias in vrbe qua donatus fuit. Et ideo
illas à nomine paterno, vt digniores nomi
nauit. Dicimus enim Græco vocabulo ad
hanc ætatem, vicum Demi Atus, id est, po-
puli Atus. Est iuxta vicum Longhum. De- B
syderius verò rex in Alabastro excisо de-
creuit, vt Longholam non vocarent am-
plius Longobardulam, sed cognomento
ampliatoris sui Torebum. Secundus colo-
nias Tarcõ nomini suo dicauit, vt ait Stra- C
bo. Nam Tarconam dixit oppidum, de
quo Sillius in viij. libro. Tarcona, inquit,
Tarcontis superbi domus. Erat oppidum
paruum, quia teste Dionysio in j. lib. Mos
condendarum vrbium antiquis fuit, vt eas D
non magnas, sed paruas & locis munitis
crebrásque conderent. Verùm postea plu-
ribus in locis adaucta vrbe, vt ruinę demõ-
strant, in plurali Romani Tarquinias di-
xerunt nunc vulgô dicimus. Tarquene. Di- E
stat â Volturna nunc Viterbo quindecim
milibus passuum. Tertias colonias posuit
in iugis Etruscis siue Volturrenis, quia
Volturreni in quorũ parte sunt Volsinien-
ses cognomine sunt Etrusci, vt asserit Pli- F
nius in tertio naturalis historiæ capite se-
xto. De his coloniis dicit Vergilius ix. Ae-
neidos:

Aen

A *Aeneas vrbe & socijs, & classe relicta.*
Sceptra Palantei, sedémque petit Euandri.
Nec satis. Extremas Coriti penetrauit ad vrbes.
Lydorúmque manum collectos armat agrestes.

Hoc loci Vergilius Volturrenam regio-
B nẽ indicauit poëtico more, quia extremas Coriti vrbes dixit. Nam prisci atque iunioris Coriti sedes erat Volturrena Lucumonia, sacra ingente fano Lucumonum regum & xij. populorum concilio, ad quas
C Euander misit Aeneam, vt patet in viij. lib. Aeneidos cum Euander ad Aeneam dixit se eum missurum ad ingentes populos & opima regna, id est xij. populos, & xij. Lucumones reges, quibus vnus tunc præerat
D Larthes Mezentius, vt Seruius & alij exponũt. Et mox eorum sedem esse in Etruscis, id est, Volturrenis iugis vbi donati ciuilitate Vetuloniæ fuerunt, ita Euander Aeneæ describit, dicens:

E *Haud procul hinc saxo incolitur fundata vetusto*
Vrbis Agillinæ sedes, vbi Lydia quondam
Gens bello præclara iugis insedit Etruscis.

Sic enim cõstruitur. Vbi *Lydia* gens nũc
F bello præclara vt ait Seruius, insedit quondam & à principio iugis Etruscis, id est, Volturrenis, ibi est regia sedes vrbis Agillinæ, id est, Mezentij ciuis vrbis Agillæ,

quia

quia Vergilius ibi accepit vrbem Agillam A
pro ciue Agillino Mezentio, ſicut & in pri-
mo libro. Ilium in Italiam portans, id eſt,
Ilienſes ciues. Igitur in iugis Etruſcis, quæ
& à monte proximo Cyminia dicũtur, po-
ſuit colonias Lydos bello præclaros cogno B
mine Agreſtes. Nã ipſa regio adhuc Agre-
ſta & fontana eius agreſta à vulgo dicitur,
& regio Etruſcorum Agreſtium antiqui-
tus dicebatur. Quod etiã expreſsit Liuius
in nono ab vrbe condita, vbi refert quòd C
Fabio conſuli prædanti iuga Cyminia oc-
currerunt cohortes Etruſcorum Agreſtiũ,
miſſæ à principibus regionis illius. Caput
horum erat mons Coriti & oppidũ adhuc
lingua Etruſca Corit Nyenta dictus, vt di- D
cetur infra quæſtione xxxvj. Et ideo Ver-
gilius dixit ad Fanum & extremas vrbes
Coriti Aeneam profectum armaſſe Lydos
Agreſtes cognomine, & non rudes militia
vt malè Seruius expoſuit, quia in iugis E
Etruſcis inſedit gens Lydia bello præclara
non rudis, vt Vergilius indicat. Itaque tres
Colonias poſuit Tarcon iuſſu Turreni do-
nati ciuitate Volturna. Tarconam pri-
mam xv. lapide à Volturna diſtantem. Se- F
cundam, in ipſa Volturna Demi Atum.
Tertiam in Volturrenis iugis Etruſcis,
Lydorum cognomine Agreſtium Etruſco-

rum

Arum. Porrò à fontibus Tyberis vsque Orbitum posuit quatuor Colonias. Prima est Vicus adhuc in Crotonienſi agro dictus Turrenia, quam de more incolæ per ſyncopam vocant Turniam. Secunda est in
B agro Perusino à Troſſula Mæonica gente Troſſanum adhuc dictum oppidũ. Tertia est vna pars Perusiæ. Tripolis enim sicut Aretium, ita & Perusia est. Nam eius antiquam partem posuere Griphonij Ar-
C meni, vt author est Berosus in v. antiquitatum. Vnde Aramea lingua, Perusia, id est, Griphonia dicitur, quia Perus Griphonem vocant, vt periti Hebræi Talmudiſtæ interpretantur. Aliam partem posuere Pe-
D lasgi Achæi, vt Trogus & Iustinus memorant. Tertiam posuit Tarcon, nomine patris Turrheniam dixit, & per ſyncopam Turrhniam, cuius partis hodie porta Torrhnia dicitur, quamuis corruptè & rudius
E quàm Cortonienſes Perusini pro T ponentes B dicant Burrhniam pro Turrhniã. Cui est argumento Appianus de bellis ciuilibus, qui Perusiam dicit esse vnam ex primis xij. vrbibus Turrhenis. Quarta
F est, circa Orbitum & Balneoregium à gẽte dicta Mœonum, quòd corruptè proferunt Meanum. Porrò in agro Volturreno in parte Tyberina est regio Troſſana, quæ

est

est à limite dicto adhuc vado Trossano vs- A
que ad Tyberim. In hac Trossana & Ty-
berina regione, sunt quinque Coloniæ siue
oppidula, quorum duo interierũt, & trium
ruinę visuntur. Visuntur enim vestigia eius
quam adhuc sine syncopa Turrhenam di- B
cimus. Manent vestigia Mœonij oppidi,
sancto Anselmo illustris, cuius planitiem
Mœonij oppidi, vulgus Meani planum vo-
citat. Sunt & inde ruinæ Ferentinæ vrbis
Metropolis Trossanorum vrbis inclytæ C
Othone Cæsare, vt Suetonius in eius vita
prodit, & Sancto Bonifacio Episcopo, vt in
Dialogis sanctus Gregorius scribit. Eam
solo æquauerunt Volturreni nunc Viter-
benses ob frequentes eorum stultitias, & D
Volturnam commigrare iusserunt, Anno
salutis MLXXIIII. vt Gottifredi annales
memoria seruant. Duo verò alia oppida
Romani duces funditus deleuerunt. Ho-
rum primum dictum erat Trossulum, de E
quo Plinius scribit in xxxiij. naturalis hi-
storiæ, cap. iij. dicens: Sæpe variatũ est equi-
tum nomen. Nam sub Romulo & regibus
appellati sunt celeres, deinde flexumines,
postea Trossuli, cùm in Thuscis citra Vol- F
sinos nono lapide oppidum eius nominis,
sine pedite cepissent. Aliud deletum est.
Mœonia cuius ager adhuc Mœonianus
dicit

A dicitur,& vulgò planum Mœonianum. De hac Turrena Mœonia verba facit Oui. in tertio Metamorphoseos in fabula Turrenorum Delphinorum. Vnde Acetes eius incola,socius Lycabas Tuscaniensis,inter-
B rogatus vnde & quis esset, respondit: Sum patria Mœonia,parentibus de vili plebe, qui harundine piscabantur in scopulis. Nam Tyberinos scopulos frequentabant. Existimant quidam aut Mœoniam esse
C aut ei substitutum oppidum Tyberinum, quod nunc Mœonianum dicitur, & amota œ,vulgus dicit Monianum. Nam & ipsum continetur in prima medietate regionis septentrionalis Tyberis, quæ à fon-
D tibus eius vsque ad Hortem oppidum profluit. Nam altera medietas ab Horte in ostia Tyberina,in meridiem,vt cernimus confluit. Et hoc argumento vtitur Herodotus & alij vt referunt Dionysius Ha-
E licarnasseus in primo libro, & Myrsilus de origine Italiæ atque Turrenorum,quia recitant vrbes eius dictas Mœonias,Turrenias, & Trossanas in prima medietate septentrionalis Tyberis. Has ergo duo-
F decim colonias pro inita ciuilitate Tusca Turrenus dedit, quasi imitatus Ianum, qui teste Catone in fragmentis & Fabio Pictore, condita Etruria Metropoli, illi

duo

duodecim primas colonias cum duodecim A
fascibus subiecit

Annia quæstio nona.

DVBITAS an in supradicto carmine Vergilij insinuetur Volturna, ad cuius ingentem lucum fanúmque mittebatur Aeneas ad Lucumones, an ipsa vrbs Agillina. B
Duo autem tibi præbent occasionem dubitandi. Primum quia exprimit vrbem dicens: Vrbis Agillinæ sedes. Alterum quia Euander ad Aeneam dixit, quòd locus ad C
quem ipsum pro auxilio Thuscorum mittebat, erat propinquus, dicens Romæ haud procul hinc est vrbis Agillinæ sedes. Quòd verò dicantur Etrusca iuga Volturrena, etiam nomen Etruriæ & Etruscum accipitur quandoque communicatiuè pro tota D
Thuscia. Hæc sunt de quibus dubitas. Responsio. Nullo pacto vrbem Agillinam intellexit Vergilius, sed ciuem vrbis Agillinæ Mezentium, qui clarissimè dicit eam E
sedem curiámque esse in iugis Etruscis, vbi consedit & habitauit à principio Lydia gens bello præclara. Cæterùm falsum est, quòd principio consederit in regione proxima littori vbi Agilla est, sed in parte se- F
ptentrionalis Tyberis (vt omnes authores asserũt) qui de loco sessionis Turreni scribunt. Quare nullo pacto ad vrbẽ & sedem

ali

A aliquam maritima missum Aeneam intelligit Vergilius, sed Tyberi propinquam Volturnam regiam, vbi & Demi Atus, & Lydi Agrestes, & Trossuli & Trossani, & Turrhena atque Mœonia. Hoc idem pa-
B tet ab interpretatione nominis. Nam Volturna est Aramea lingua id quod Latina, vrbs vetusta. Porrò Aeneam mittit Euander ad sedem vetustam dicens: Saxo fundata vetusto, Vrbis Agillinæ sedes. Omnis
C enim vrbs vetusta est sedes lapide fundata vetusto. Et idcirco Vergilius qui probè linguam Etruscam nouerat, vt qui Etruscorum vrbe Mantua natus, per interpretationem dixit Latinè sedem lapide funda-
D tam vetusto, id est Arameæ Volturnam. Quod profectò repugnat Agillæ vrbi, quæ nouello lapide, necdum cẽtesimo ante anno à Pelasgis condita fuerat, quàm Aeneas veniſſet ad Lucumones. Nam victoria po-
E titi sunt Pelasgi, & Siculos tota Italia pepulerunt, ante res Troianas non amplius quàm octoginta annis, vt Dionysius in primo libro refert. Porrò Turrheni Pelasgos pepulerunt ferme duabus ætatibus id est
F quinquaginta annis ante Troianum excidium, vt ibidem Dionysius scribit, & Xenophon ætates exponit. Et ideo Dionysius ibi dicit, quòd Pelasgi non diu feli-

citate atque victoria vsi fuerunt, quia tri- A
ginta annis Turrheni eos permiserunt re-
gnare, scilicet ab octogesimo anno ante
Troianum excidium, quo Siculos ab Ita-
lia pepulerunt, vsque ad quinquagesimum
ante Troiæ interitum, quo à Turrhenis B
afflicti sunt, vt Dionysius scribit, & nos in
Etrusca historia copiosè cõscripsimus. Esto
igitur decennio post victoriam condiderint
(vt ait Dionysius) vrbes Pisam, Alsium, C
& Agillam, ergo Agilla fundata erat nu-
perrimo & non vetusto lapide in aduentu
Aeneæ, videlicet ante annos sexaginta. Et
ideo vrbis Agillinæ dixit sedem vetustam,
quia eam sedem longè ante florẽtem mul-
tos per annos, nuper regebat Agillinæ vr- D
bis ciuis Mezentius, vt immediatè subiun-
xit Vergilius. Itaque hoc argumento ga-
leato contra inermes oppositores vtimur,
missum fuisse Aeneam ab Euandro ad lu-
cum ingentem fanumq; Volturnæ, sedem E
vetustam, & ante Mezentium atque Agil-
lam multos florentem per annos, quæ non
in iugis maritimis, & Tyberi vicinis vbi
Lydi confederunt, & vrbes condiderunt
Mœonias, Turrenas, Trossanas, Agrestes, F
& vbi ciuilitate Thusca à Lucumonibus
donati sunt. Quæ cum omnia simul col-
lecta vera sint de fano Volturnæ, & fal-

sa de

A sa de vrbe Agillina, vt experientia loco-
rum comprobat, consequens necessariò est,
vt non nouam sedem Agillam, sed vetu-
stam Volturnam descripserit Vergilius.
Nec te moueat quòd vocauit sedem vrbis
B Agillinæ, quia vrbem pro ciue tunc regen-
te Volturnam accipit more poëtico, vt ibi.
Ilium in Italiam portans. Nec te item mo-
ueat, quòd eam sedem in propinquo vrbis
Romæ dixit esse, quia Romani (vt Ma-
C crobius in Saturnalibus scribit) intelligũt
vrbi Romæ propinquam Etruriam vsque
Cosas, vt Pyrgus, Grauiscæ. Remotam
verò à Cosis & deinceps. Ex quo patet quòd
haud procul ab vrbe intelligit Vergilius
D id quod est in propinqua Etruria ab vrbe
ad Grauiscas per maritimum iter, aut vs-
que Volsinienses terrestri, & Cassiana via.
Ergo ab vrbe ad quinquaginta miliaria,
quæ equitando diurno itinere confici pos-
E sunt, haud procul ab vrbe dici potest.
Quali etiam modo loquendi vsus est Dio-
dorus in quinto libro dicens: Argonautas
ab Hispaniis venisse in portum Thelamo-
nis à duce eorum dictum, & eum esse iu-
F xta Turrenam. Dixit iuxta & non pro-
cul, & tamen distat à Turrena ferme quin-
quaginta miliariis. Quòd si dicis, fessi erũt
qui hoc iter conficiunt, vtique & Aeneam

fessum dicit Vergilius, cum transito Mi- A
nione in collem luco ingenti vicinum suc-
cessisse scribit dicens. Huc pater Aeneas, &
bello lecta iuuentus Succedunt, & equos
fessíque & corpora curant. Porrò quoniam
dicis Etruscum nomen dici etiam de tota B
Etruria communicato nomine, verum di-
cis. Sed nosti quòd analoga per prius dicũ-
tur de principali quàm secundariò, vbi ni-
hil additur quòd à principali significato
dirimat. Cæterùm & rustici proprio cogno C
mine sunt Volturreni, in quorum eadem
parte sunt Volsinienses, vt Plinius docet.
Quare Etrusca iuga quibus insedit Lydia
gens bello præclara, sunt propriè Voltur-
rena, præcipuè quia non solum non addi- D
tur aliquid quod à principali significato
adimat, sed quod Volturnam confirmet, vt
quòd sit sedes vetusta, & multos florens per
annos ante Agillam & Mezentiũ, & quod
ante dixit erant ibi ingentes populi & opi- E
ma regna, quæ teste Seruio non sine causa
dixit, quippe quòd ibi erant duodecim in-
gentium populorum totidem Lucumones
reges, quibus vnus præerat Larthes, & qui-
bus erat communis sedes ingens fanum F
Volturnæ ad quod indicebantur concilia
duodecim populis, vt indicat Liuius in plu-
ribus locis ab vrbe condita, & Vergilius

in eod

A in eodem octauo libro inferius exprimit dicens:

Est ingens gelidum lucus prope Ceritis amnem,
Relligione patrum latè sacer.

B Quare Etrusca iuga à Vergilio posita per proprietatem proprij cognominis intellexit Volturrena.

Annia quæstio decima.

QVAERIS quo pacto sedem Volturnam, Vergilius per interpretationem dixerit vetusto lapide fundatam? Responsio. Quia Ol & Vol lingua Etrusca significat vetustum, imò priscum & vetustissimum vt exposuimus supra quæstione sexta. Turre-
D na autem Etrusca lingua à Tursibus deriuatur & vrbem fundatã & extructam crebris turritis ædibus significat, vt Myrsilus & Dionysius eum secutus in primo libro tradunt, & nos in commentariis Myrsilia-
E nis exposuimus. Quare Volturrena, siue per syncopam Volturna, interpretatur sedes vetustis fundata turritis ædibus lapideis.

Annia quæstio vndecima.

F DVBITAS de Volturna quæ sit regia, quæ nunc Viterbum, an quæ in Viterbensi agro & parte Trossana supra Ferentiam. Vtranque enim ætas nostra vocat Volturnam, id est, sedem fundatam turritis ædi-

bus. Responsio. Sola Volturna Viterben- A
sis fuit regia regum & patrum Lucumo-
num, & ei soli sunt cuncta quæ ex au-
thoribus sumuntur argumenta. Primum
est à præscriptis limitibus Volturnæ duo-
bus, quorum vnum præscripsit Plinius dum B
dicit: Volturreni cognomine Etrusci, in
eadem parte Volsinienses. Alterum præ-
figit Vergilius, dum describit quantum
lucus ingens patrumque fanum distabat
à Minione in eodem octauo dicens. Est C
ingens gelidũ lucus prope Ceritis amnem,
Relligione patrum latè sacer. Hæc Acron
& vtrunque Seruius & alij Vergilianistæ
interpretes ita exponunt. Ceritis amnis
est Minio, cuius fontes nascuntur in fine D
agri Ceritis, paulò supra Blere oppidum,
in via quæ postea Cassiana dicta fuit, du-
cens ad lucum ingentem, & fanum Vol-
turnæ. Hæc Acron. Congruit ei Seruius,
qui Ceritis amnem pro Minione, in trans- E
itu Aeneæ ad fanum Volturnæ acceptum
fatetur. Verùm videtur obuiare Antoni-
nus in Itinerario, qui viam Cassiam scri-
bit non ducere in Gallias per Volturnam.
Sic enim ait. Cassianum iter est Polito- F
rum, Arcennum, Minio, Forum Cassij,
Camillarij qui & Aruntes veteres, Tuder-
ni, Varentani, Petiliani, Tunniates, Vm-
bro

A bro in monte, Sena colonia, Phocenſes, Piſtorium, & eius tranſitus in Galliam Ciſalpinam. Porrò iter in Volturrenam Tyberinum nominat, in quo non eſt Minio, ſic dicens: Tyberinum iter in Gal-
B lias eſt, Gallera, Larthenianũ ſiue Veiens, Roſulum, Sutrium, Ocilianum, Iuga Cyminia, Volturrena, cuius præclaris geſtis inuidit Liuius, Saleumbrone, Larthis, Volſinium, Cluſium vetus, Aretium, Cluſium
C nouum, à quo Cluſentinus tranſitus Hannibalis, & Pheſulæ tranſitus. Quare falſum eſt quod aiũt, quòd via Caſsia ducat ad Lucum ingentem & fanum Volturnæ. Ad hoc reſpondebo, ſalua clariore ſententia. Ante
D Aeneam, & ante Q. Fabiũ tranſcyminium, non erat per iuga Cyminia tranſitus ad fanum Volturnæ, nec aditus externis ad Lucumones, quia, vt ait Liuius in nono ab vrbe condita, vſque ad eum diem quo Q. Fa-
E bius mouit à Sutrio ad pugnandam pugnã tranſcyminiam contra Etruſcos ad lacum Vadimonis, fuit in via horrenda ſylua cyminia, vt nuper fuerant Germanici ſaltus, cum ne mercatoribus quidem pateret is
F aditus, qui in fano Volturnæ verſabãtur, & ſæpe Romæ nuntiabant quæ in fano Volturnæ agebantur, vt inſinuat idem Liuius lib. iiij. ab vrbe cõdita. Quare tranſitus ve-

tus ab vrbe Roma in Volturnam Lucumo
niam erat per Minionis fontes, & Forum
Cassij quod cognominatur Vetralla,& Ca
millarios,& ab his in Volturnam procede-
bant ad Lucumones, distantes paulò am- B
plius vno miliari, vt cernimus. Sequamur
igitur expositiones Vergiliani carminis.
Prope Ceritis amnem est Lucus ingens pa-
trum Lucumonũ. Prope quidem tria sunt
oppida & limites æquidistantes à Fano C
Volturnæ,à fronte quidem Volsinæ à sini-
stris Tarquiniæ, & inter siniſtram & ter-
gum,trãsitus Minionis circa Blere. Distant
enim à Volturna paribus miliaribus XV.
vt author ipsa experiẽtia est. Ceritis amnis D
est Minio, vt Seruius est author. Ingens di-
citur Lucus, eo modo quo ingentes popu-
los. XII. Lucumones exposuit idem Ser-
uius. Hic ingens Lucus patrum. XII. Lucu-
monum est. Lucus vbicunque in Vergilio E
reperitur locus augurio consecratus intel-
ligitur, vt in pluribus locis eiusdem octa-
ui Aeneidos Seruius docet. Et ideo dixit sa
cer. Addidit Vergilius dicens: sacer religio-
ne patrum, quia religionis erat, non auspi- F
cari concilia nisi in fano siue Luco, quia in
eundem librum ait Seruius non nisi inau-
gurato loco Senatus concilium haberi po-
terat, ac propterea templum Vestæ non
erat

A erat consecratum, ne Senatus illuc accederet, vbi erant virgines. Dicit etiam Vergilius quòd iste Lucus erat sacer latè, quia non communicatus ciuibus ciuitatis Volturnæ solùm, sed regius & cõmunis omni-
B bus duodecim populis & Lucumonibus. Et hoc est quod Seruius exponit, latè, quia nõ solùm ciuibus incolis sed etiã accolis communis erat. Ergo sic legitur Vergilius. Prope Minionẽ x v. lapide, est ingens Lu-
C cus fanumque Volturnæ, sacer & consecratus latè pro imperio communi Thuscorum, religione patrum Lucumonum, quæ erat vt non nisi inaugurato loco publica concilia auspicarentur. Etenim teste Liuio
D & aliis ad fanum Volturnæ indicebantur concilia duodecim populis Etruriæ. Ex his sumitur argumẽtum illud efficacissimum à præscriptis limitibus hoc pacto. Lucus ingens & regia Volturna est propinqua
E Minioni & Volsinienſibus simul. Cæterùm siue in Samnio siue in Latio siue in Thuscia perquiras, nulla est Volturna propinquior Minioni simul & Volsinienſibus quàm Volturna Viterbensis. Quare ne-
F cessariò consequens est, vt sola Volturna Viterbensis sit olim regia communis sedes & fanum patrum Lucumonum Thusciæ. Secundum argumentum non minus effi-

cax in historia est à monumentis fani. A Nam ibi necessariò & in ea solùm Volturna est Lucus: vel fuit ingens & sacer, vbi semper remanserunt literæ sacræ fani, quia literis & mysteriis quibusdam sacrant Etrusci, vt Plutarchus meminit in B vita Romuli. Ergo non Volturna Trossana, aut quæuis alia est, vbi fuerit ingens & sacer regius Lucus, quàm Viterbensis, quia in nulla alia remanent vestigia sacri fani quàm in Viterbensi. Locus C enim ipse Luci sub Volturna, ad hanc ætatem dicitur quatuor sacris literis F. A. V. L. id est Fanum Arbanæ Volturnæ Lucumonum. Hęc enim quatuor vocabula Aramea siue Etrusca sunt non Latina, vt in D aliis quæstionibus respondebo. Rursus æra & priscæ monetæ Viterbenses, excisæ literis sacris F. A. V. L. quædam habent, & quædam F. A. V. P. quæ idem vt supra exprimunt, exceptis vltimis literis E L, & P, quia Arameæ omnes primæ notant fanum Arbanæ Volturnæ Lucumonum, secundæ verò fanum Arbanæ Volturnæ Panos aut Pomoni. Et hoc est quod restituit Desyderius in decreto exciso literis Longobardicis. Et vt cudant, inquit, F in monetis suum F. A. V. L. excepto quòd amoueant Herculem, & ponant patronum

suum

A suum sanctum Laurētium & reliqua. Nam vt patet in ære quod in vinea sua reperit Bombardarius communitatis, ex vna parte erat F. A. V. L. cum inscriptione Vetulonia. Ex altera Hercules cum leone, clauB a & Longhola, & inscriptione, Perpetua virtus. Igitur sola Viterbensis Volturna regia erat etiam fanum regium, tum ex limitibus præscriptis, tum ab ingentis Luci monumentis extantibus. Additur & VolturC næ pomœrium, quòd vulgus porticellam, contractus verò à Visconte Gatto conuentui nostro datus portam quadrieram vocat, quia F. A. V. L. quatuor literis æreis sacrum erat, more Thusco. Quod patet in D ilice literis æreis in Vaticano pro religione posita, longè ante vrbem Romam conditam, cuius meminit Plinius in libro xvi. naturalis historiæ, capitulo L X I. Vetustior inquit, vrbe in Vaticano ilex, in qua titulE us æreis Etruscis literis, religione arborem iam tum dignam fuisse signat. Nam arbores fuerunt numinum templa, priscóque ritu simplicia, vt libro X I I. capitulo primo, idem Plinius scribit.

F *Annia quæstio duodecima.*

DVBITABAS etiam cum tibi hæc adducebam, Vergilianum Carmen idcirco nō intelligi de Fano Volturnæ Viterbēsis, quia

quia partes descriptionis Luci non videntur ipsi cõuenire. Sic enim sequitur. Quem Lucum vndique colles Incluſere caui, & nigra nemus abiete cingunt. Syluano (fama est) veteres sacrasse Pelasgos, Aruorum pecorísque deo lucúmque diémque. Quomodo hæc verificantur de F. A. V. L? Responsio. Vtique videbis ea ad vnguem verificari. Si ad distinctionem vrbis & colliũ eius atque vocabulorum te conferas. Nam nõ crederemus Romam esse, si Tyberis & collium & partium locorúmq; Romæ nulla vetusta essent nomina, quippe quia hæc sunt viua Topographiæ atque historiæ argumenta, vt in Topica historiali probauimus. Ponas igitur hæc fundamenta tibi, vt viuam Viterbensem antiquitatem teneas. Vocabulo Arameo pont, aquam distinctiuam agrorum à qua transitur ab vno in alterum significat, à cuius origine existimo pontum & pontem habuisse Latinos. Vnde confluxum trium fluuium Blerani scilicet & Larthis vbi cum Veiis amnibus confluxerunt tripontium vulgò adhuc dicimus. Et hi tres populos distinguunt. Nam Bleranus amnis distinguit nos Volturrenos cognomine Etruscos, à Tarquinienſibus, vt patet. Larthes verò à Tuscis Nanis Bleranus dicitur, quia oritur circa Blere. Larthem

A them vocat Antoninus in Itinerario, nos corruptè dicimus Marthem. Oritur à lacu Volsinienſi, & dicitur Larthes, quia limes eſt inter Etruſcos Larthialis atque me
B tropolis Thuſciæ vrbis ciues, & Thuſcos Nanos. Itaque pont, aqua diſtinctiua propriè Etruſca & Aramea lingua dicitur. Cui etiam alius argumento eſt amnis Macra, quem quia diſtinguit totam Thuſciam à Lyguribus & Gallis, cognomi-
C nant Thuſci pont Remoli, & ab eo vrbem vicinam olim Apuam, nunc pont Remoli, id eſt, fluentum diſtinguens celſitudinem antiquam. Diſtinguit enim celſitudinem antiquiſsimam Thuſciæ ab antiquis Ly-
D guribus & Gallis. Eſt enim Rem celſitudo vt Thalmudiſtæ cum diuo Hieronymo conſentiunt, & ol antiquiſsimum & priſcum ſignificat, vt ſexta quæſtio indicauit. Hinc pont Remoli, ſignificat fluentum di-
E ſtinguens celſitudines antiquas. Viterbi autem pont, ſunt quatuor, quorum duo adhuc ſunt in vſu loquentium, pont Remolum, & pont para Thuſſum, vulgò pont para Thoſſum, quia u, in o, conuertit ver-
F nacula lingua. Duo alia pont ceciderunt ab vſu, & manent ſcriptis antiquis, alterum quidem ín conuentus noſtri contractu vetuſtæ donationis quo domus in pont

Arban

Arbano circa ſanctum Laurentium dona- A
tur , Alterum in Annalibus Gottifredi,
quibus dicitur , antequam carbonariam
pontis Vetuleti inter ſanctum Blaſium &
ſanctam Mariam nouam fuiſſe oppletam
vſque plateam nouam. Itaque ponas te B
in medio Faulis , & verte faciem ad pala-
tium , & videbis cauitates aquarum anti-
quarum inter quatuor colles, de quibus di-
cit Vergilius : Quem vndique colles In-
cluſere caui. Nam ad ſiniſtram , vt cerni- C
mus , primùm pont Remulum , id eſt, flu-
entum diſtinguens priſcas celſitudines, di-
uidit celſitudinem Volturni collis à Vetu-
leto , à quo Vetulonia. Sequitur hunc col-
lem Volturnæ Vetuletus , à pont Remulo D
ad pont Vetuletum , id eſt fluentum diui-
dens Vetuloniam à para Tuſſa. Et ex eo
quod dicit Gottifredus cuius tempore op-
pleta eſt cauitas , coniicitur fluentum Ve-
tuletum fuiſſe quod nunc Sipalis , quia il- E
la portio vſque portam nunc Salcicchiam
dicitur Vetuletum , Et amnis Vetuletus
à Vetuleto per ſanctam Mariam nouam,
& ſanctum Blaſium , influebat Faulem
circa plateam nouam , & eius cauitas di- F
uidebat Vetuloniam à para Tuſſa. Falſa
eſt igitur opinio eorum qui aiunt amnem
Alcionis & pont Remuli influxiſſe olim
plat

A plateam nouam, quia aqua non ascendit, & Alcion est humillimus respectu altitudinis plateæ nouæ, cuius collem etiam fuisse altiorem palatio dominorum videmus. Et ideo Gottifredus rem aperit, dum
B ait sua ætate fuisse oppletam carbonariam, id est, fossam & cauitatem pontis Vetuleti, id est, fluenti Vetuleti, à sancta Maria noua, ad sanctum Blasium, circa plateam nouam. Itaque stanti in medio Faulis ad læuam est Volturnæ collis, cauus fluenti Alcionis. Ad genam sinistram est collis Vetuletus, ab Alcione ad sanctum Blasium, vbi iam reuersus amnis Vetuletus influebat. Ad faciem verò occurrit platea
D noua, & est collis para Tussus, quia limitem habet ad dextram genam, pont para Tussum, id est fluentum para Tussum dictum, quia est finis Tussæ, & est aqua Apeia. Et cernimus ciuitatem magnam huEius collis à ponte sancti Laurentij inter totum planum Ascream & Gaiolas. Porrò à dextris occurrit pont Arbanum ciuitas magna quæ est à ponte sancti Laurentij in planum Ascreanum. Ergo quaF tuor colles caui vndique Faul cingunt: Volturrenus, Vetulonienſis, para Tussus, id est, coronatæ Tuscæ, vt exponemus, & Arbanus. Ex his patet distinctio prisca.

Viterb

Viterbensis in quatuor vrbes. Prima est A
Volturrena aut per syncopam Volturna
à plano Tromete vulgò Trometorum ad
pont Remulum per latitudinem oppidi, &
per longitudinem à Parazolo Faulis ad
Capitolium & sanctum Franciscum, quod B
oppidum in quinque regiones diuiditur,
videlicet in Parazolum, Porticellam qua-
driæram, Sebaston pana, & Capitolium
atque Stic Kity Aryn. Sequitur secundi
collis secunda vrbs Vetulonia constans in C
longitudine circa Faul quidem vbi angu-
statur ab Alcione vsque sanctum Blasium,
& vbi dilatatur à sancta Rosa & Alcionis
fluento vsque ad portam Salcicchiam vbi
Vetuletum. Latitudo eius occidentalis est D
à sancta Rosa per pont Remulum vsque
Faul, & ab oriente à porta Salcicchia per
sanctam Mariam nouam & sanctum Bla-
sium vsque Faul, per alueum priscæ: quæ
Vetuletæ, quæ & Sipalis. In ea hæ sunt re- E
giones. Susa, quam corruptè Sumsa profe-
runt. Ciochola, Labyrinthus, Sipalis, Ve-
iuzum, Vetuletum. Seddie carri, siue curu-
les, Spurinella, Metalliæ, Cercinæ, Vallis
Py Atta, & aliæ. Tertius collis para Tus- F
sus à sancto Blasio ad ciuitatem pont para
Tusi sub sancto Thoma, continet longi-
tudinem angustam circa Faul totam pla-
team

A team nouam vrbis para Tussæ. Continetur tota para Tussa inter Vetuletum olim amnem & Gaiolas vbi fluentum & cauitas para Tussa diuidit Gaiolas & Acreanum. In hac vrbe continentur hæ regio-
B nes, Craniſa à porta Salcicchia ad macellum maius. Item Demi Atus à macello maiore ad ſanctum Saluatorem. Rurſus vicus Para, id eſt Longhus Græco vocabulo vſque ad pontem ſancti Laurentij Ga-
C iolæ propriè appellatur longitudo quæ imminet longæ ciuitati inter eos & Aſcreanos. Quarta vrbs Arbanum diuiditur etiã ab Authoribus in regiones Aſcreanam, Calumbam, Muſarnam. Ergo ab ipſis no-
D minibus Etruſcis, adhuc locis & quadriurbi Viterbo extantibus, & diſtinctione collium circum Faul, carmen Vergilij ad vnguem verificatur. Nam prima pars deſcriptionis, Quem vndique colles incluſe-
E re caui, id eſt, cauitatibus riuorum, & viſus ſimul, & nomina, & traditiones annalium probant. Verùm quod additur, & nigra nemus abiete cingunt, non potuit ſeruari ſub fide Chriſti ſicut nec Romæ nec
F alibi, quia præcepit Deus Deuteronomij duodecimo vt Lucos deorum ſuccideren atque cremarent. Rurſus cum dicit Syluano (fama eſt) veteres ſacraſſe Pelaſgos,

duo argumenta manent, quia regionem A
quandam Volturnæ proximam, Campum
Pelasgi, & vulgò, ore pingui ac gemina-
to ll, adhuc Pelasgi vocitamus, & sacrum
augustúmque Volturnæ Syluanum, etiam
vocabulo Pelasgico ætas nostra vocat Se- B
uaston pana. Nam Syluanus augustus La-
tinè, & Seuastos pan Græcè, sunt eadem,
vt in sequentibus quæstionibus expone-
mus. Ergo fama est cùm per historicos, tum
per irreuincibilia nomina & locorum & C
deorũ veteres Pelasgos cum Italiam sub-
iugassent, sacrasse fanum Volturnæ Au-
gusto Syluano siue Seuasto pani, à quo re-
gionem Volturnæ adhuc dicimus Seua-
ston Pana. & ita Vergilius de fano Voltur- D
næ solius Viterbensis loquitur, de qua so-
la & nulla alia cunctæ partes descriptionis
ad vnguem verificantur.

Annia quæstio decimatertia. E

QVAERIS quoque quid fanum & Lu-
cus? Responsio. Beatus Thomas Aquinas
noster in prima parte, quæstionibus, quas
de diuinis nominibus facit, docet quòd
aliquando aliud est à quo nomen imponi- F
tur, & aliud ad quod significandum impo-
nitur, sicut lapis à lædendo pedem impo-
nitur, & significat substantiam duram.

Si ergo

A Si ergo quæris, quid lucus & fanum significent, equidem significant id idem, scilicet locum deo sacrum, quod est seniorí-
bus curia simul & templum, vt significat Vergilius in octauo Aeneidos de fano &
B luco Latini dicens: Templum augustum ingens centum sublime columnis, Horren dum syluis, & relligione parentum. Hinc sceptra accipere & primos attollere fasces Regibus omen erat, hoc illis curia tem-
C plum. Ergo quia Vergilius eandem descriptionem ponit Fani & Luci, equidem signi ficant id idem, locum scilicet sacrum. Vnde augustum dixit, id est, augurio consecratum, vt exponit Seruius. Ingens, id est,
D nobile dixit, quia regius lucus, quo pacto de luco Volturnæ in octauo dixit. Est ingens gelidum lucus prope Ceritis amnem, Relligione patrum latè sacer. Cẽtum sublime columnis, id est, arboribus. Vnde sub-
E dit, horrendum, id est, venerandum syluis, vt exponit Seruius. Prisci enim arbores pro numinum templis habebant, vt author est Plinius. Quod & de fano Volturnæ significauit, cum dixit: Et nigra nemus abiete
F cingunt. Quod verò ait: Hinc sceptra accipere & primos attollere fasces regibus omẽ erat, vtiq; Vergilius minus dixit, & plus significauit subdens, hoc illis curia templũ.

Curia, inquit Seruius, erat fanum & lucus, A
quia nisi inaugurato loco Senatus consi-
lium non habebat. Vnde templum Vestæ
non erat consecratum, ne illuc Senatus ac-
cederet, vbi erant virgines. Rursus vte-
bantur pro curia non solùm ad consultan- B
dum de dubiis tempore fluctuantis impe-
rij, verum etiam ad consecrandos reges,
regulos & duces, quia omen erat regi-
bus inde primas coronas & fasces attulere,
vt ait Vergilius. Ad duo verò alia Luco & C
fano vtebantur pro templo, videlicet ad
expiationem criminum ne dij irascerentur, & ad sacrificia & aruspicia, ad haben-
dum gratias, & explorandum glorioſa fa-
ta. Verùm Aramei teste Talmudista no- D
stro Samuele, vnico verbo hæc prædicta
quatuor concludunt quòd est Attan. Vnde
si ab eis quæritur, quid est lucus & fanum?
respondebant. Attan, id est tempus flu-
ctuans quod ad consilium mouet. Item cri- E
mina commouens scilicet ad expiationem
& lustrationem. Item coronæ ac fascium
donatio. Item exploratio fatorum. Quæ
omnia conueniunt his quæ diuus Hiero- F
nymus interpretatur vocabulo Attan. Vn-
de ad hanc ætatem à pont Remulo vsque
ad sanctum Blasium incolentes Alcionem
Vetuloniæ, vocamus vallem Ty Attan

equid

A equidem vocabulo Arameo. Py enim vt tam Hebræi quàm diuus Hieronymus cõsentiunt, significat os, & ostium, & omnem introitum. Hinc vallem Py Attan dicimus oram Vetuloniæ qua itur in Attan,
B hoc est Lucum & Faul Volturnæ. Itaque si quid significent, nomina fanum & Lucus quæris, vtique Attan significant, vti exposuimus. Si verò quæris, cuius linguæ sint, & à qua origine nomina hæc sint posita? re-
C spondeo ab origine Aramea priusquam latina vel Greca φάινω. Nã Fano lingua Aramea, & Hebræa antequam Græca appareo, & video significat, à quo fanum dicitur locus vbi videntur fata & auspicantur diui
D na. Et produxit mihi Samuel locum Genes. xxxii: capitulo vbi scribitur quòd Iacob auspicatus venturam victoriam & fatũ ac commutationẽ nominis per angelum, vocauit nomen loci illius lingua Hebræa
E Fanuel, id est, fanum dei, dicens: Vidi dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Latina verò origine vt ait Varro, impositum est nomen ab eo quòd Antistes prius effatur locum postea affatur. Græca
F verò origine, à φάινω id est, appareo, vti Aramea, dicitur. Et quoniam lingua Barbara præcesit Latinam & Græcam, consequens est, vt fanum originem ab Aramea

desumpserit,& similiter lucus.Nam quod A
Latini dicunt,lucum à luceo dictum,quia
obumbrantibus arboribus luce caret, &
luce aliena indigeat,vtiq; violenta & quasi
inuoluta expositio est,per antiphrasim di-
cta.At lucus Aramea expositione facilis & B
intellectu prona,& lepida.Luca enim vlti-
ma syllaba acuta ,vt ait Samuel,apud A-
rameos idem est quod apud Latinos vetus
& senex & Senatus.Et ideo à Luca Aramea
deriuatione,Lucus dicitur locus Senato C
rius, vbi ,scilicet,Senatus supradicta qua-
tuor exequebatur,consilia,fasces,lustratio-
nes,& auspicia.Hinc Lucumones Aramea
Hetruscaque origine nomen est Senatorię
dignitatis. D

Annia quæstio decimaquarta.

QVAERIS item cuius originis sit, &
quid significet Lucumo?Responsio.Est ori-
ginis Hetruscæ,quę & Arameæ. Significat
autem,vt quidã dixit, hominẽ insanũ. Sed E
cum xij.Lucumones reges Hetruriæ sapiẽ-
tissimi fuerint,constat eum insanum esse
qui quam ignorauit originem significatio-
némque nominis non Latini, præsumpsit
per insaniam exponere.Præbuit huic insa- F
niendi licentiam Festus & quidam alij,qui
dicunt Lucenses à Lucumone conditos,qui
ob id insanus fuerit existimatus,quòd vbi-

cun

A cunque ibat saltationes agebat. Sed nõ dicunt hi quòd Lucumo significet insanum, cũ omnes consentiant fuisse nomen dignitatis apud Hetruscos, sed quòd ob saltationes idem Lucensium conditor fuerit existi-
B matus insanus, tũc ab Lyguribus Apuanis Thuscis, rudibus & inexpertibus religionis, qua præcellebant Lucumones Thusciæ principes: ad quos causa religionis percipiẽdæ mittebant suos liberos vetusti Romani,
C vt in j. li. & cap. de religione author est Valerius maximus. Vtebantur autẽ saltatione in religionibus, teste Seruio in Buccolicorum Aegloga v. ibi pastor quidam, quia, inquit, nullã partẽ corporis maiores nostri
D. voluerũt esse, quę nõ sentiret religionẽ. Nã cantus ad animũ, saltatio ad mobilitatem corporis pertinet. Hæc Seruius. Nec mirũ, si Lucumo paganus à rudibus paganis insanus sit ob religionis feruorẽ habitus, cũ
E rex Dauid fidelis Thusco more vsus, cantans & saltans ante Arcam dei, ab in fideli sua vxore Michol regina fuerit scurra & insanus habitus, vt secundus liber regum retulit. Igitur Lucumo cùm sit nomen di-
F gnitatis pertinentis ad principatum simul & religionẽ, dicimus quòd lingua Hetrusca Lucumo est nomen compositum, & significat idem quod in compositione Greca

Palæologus,& Latina Viterbus,& eadem A
sunt Lucumonium,Palæologum,Viterbũ.
Nã vt diximus, Luca significat apud Ara-
meos vetus,senem,Senatum.Apud Græcos
Palæos vetus & seneſcẽs dicitur.Apud La-
tinos quoque vetus senem & senium signi- B
ficat.Moni verò apud Arameos significat
supputatorem & qui præest consiliorũ rei-
publicæ suffragiis,aut verbistã,prout ver-
bum imperium significat,vt periti Talmu
distæ dicunt.Vnde verbo domini cœli fir- C
mati sunt,id est,dicto & imperio domini.
Similiter Hester septimo cap.Necdum in-
quit exierat ex ore Artaxerxis verbum,id
est,imperium & dictum,& serui operuerũt
faciem Aman.Et frequẽtissimus vsus He- D
brææ & Arameæ linguæ habet verbũ pro
imperio & dicto prout dictum à dicendo
imperatiuè sumitur,à quo & dictator apud
Romanos habuit originem. Et vtrunque
officium præsidendi suffragiis & dicendi E
siue imperandi vrbibus & populis,Lucu-
monibus erat. Vnde Dionysius Halicar-
nasseus officium Lucumonum & habitum
describens libr.iiij.Aderant inquit ex tota
ciuitate Hetruriæ ij, qui suffragiis præ- F
erant,& velati infulis à Tullo deprecaban-
tur iram.Quòd autem imperarent, patet
ex Vergilio in octauo Aeneidos, qui xij.

popul

A populos vocauit ingentes,id est, regios,& Lucumones regna opima,id est,reges opimos,vt ibi exponit Seruius dicens:Non sine causa Vergilius dixit ingentes populos & regna opima,quia Thuscis erant duode-
B cim Lucumones, id est, duodecim reges, quibus vnus præerat scilicet Larthes.Igitur Lucumo idem est quod vetus verbista, id est,Senex dictator.Et hoc propriè significat.

C

Annia quæstio decimaquinta.

QVAERIS de eo quod sæpe tibi dixi, eadem esse Lucumonium,Palæologum,& Viterbum.Mouent te multa,quę varia ex-
D positione à doctis iam diu relata fuerunt. Primus,Facius de Vbertinis Florentinus, optimus atque eruditissimus cosmographus,qui in sua Geographia antiquitatem Viterbensem exploratissimam habens,ait
E eam tribus nominibus dictam,Thuscam, Veiusam imò Veiuzam,& Viterbũ.Thuscam quidem,quia pars eius dicitur Para Thussa, quam ipse existimauit dictam à Thure. Veiuzam verò cùm quia Veia est
F insigne partis Vetuloniæ, tum vel maximè,quòd à cunctis finitimis,& in contractibus vetustis, Viterbenses dicuntur Veiuzi.Cui etiam est argumento inuincibili,

quòd in ſubſcriptione Cybeles, literis A
Etruſcis Veiuzum appellatur, quod poſtea
Veitulonia, & nũc Viterbum. Vnde & Iu-
zos ad hæc tempora nos vocant, truncata
prima ſyllaba. Eſt enim mos non modo
Thuſcorum, ſed Hebræorum & Barbara- B
rum gentium, vernacula cuiuſque lingua
demere primam ſyllabam nominum pro-
priorum, localium, & gentilium, vt Iuzus,
Ry tlaus, Ry Siris, Syricella, mons talia-
nus, Gygianũ, Lippus, Tulumnios, Colaus, C
& eiuſmodi plura, pro Veiuzus, Ry Atlaus,
Ry Oſiris, mons Italianus, Ogygianum,
Philippus, Veitulũnius, & corruptius, Tho-
lumnius, Nicolaus. Itaque is Facius qui
tam probè de Viterbi nominibus duobus D
dixit, etiam id addidit, Viterbum à Ro-
manis dictum Vita Hærbum, quaſi vita
hærbida vbere glebæ & fertilis ac deli-
cioſa. Non igitur à Lucumonio interpre-
tationem habet. Reſponſio. Facius Flo- E
rentinus, illuſtrior Blondo fuit, vt qui in-
genio Thuſco excelluerit, & explorata lo-
ca melius & certius tenuerit. Verùm quod
ait Veiuzum Viterbum antea dictum, ne-
gari non poteſt, ob argumenta quæ ſupra F
dicta ſunt. Caue tamen à corruptione ſcri-
ptorum, qui in Coſmographia Facij Ve-
ienſam pro Veiuza ſcripſerunt. Verùm
quod

A quod de Thussa putat dictam à Thure, nõ conceditur, quia Thusca à Thure toti prouinciæ conuenit, sed Tusca à Tusso rege filio Herculis solius Viterbi antiquum nomen est, vt suo loco dicetur. Rursus Vi-
B terbum dictum quasi vita Herbum à delitiis naturalibus, vtiq; verum est quantùm ad proprietatem, à qua nomen imponitur, quia vera est hæc proprietas: sed non quãtum ad id quod significandum imponitur,
C quia omnes subscriptiones & tituli & opiniones, quas etiã puer ab antiquissimis ciuibus, & subscriptionibus vetustissimis, accepi: Viterbum quasi veterum verbũ interpretantur. Vnde subscriptio Leonis lon-
D guli habet. Non timeo verbum: Leo sum qui signo Viterbum. Non ergo Herbum sed verbum vltima pars compositionis significat, sicut prima pro Vit vetus. Vnde longè antequam vel nomen vel res Viter-
E benses mihi essent ab origine cognitæ, cũ Genuæ essem, & præsens esset conciuis noster Cornelius Benignus Cercina, occurrit libellus vetustissimus in publica cõuentus nostri bibliotheca, in cuius fine multa
F de regione hac continebantur, in qua dicit Viterbum dictum Veterbũ grammaticè, & veterum verbum, à quo plures Cõstantinus duxit in Bizantium, inter quos

Palæ

Palæologi per interpretationem dicti fue- A
runt. Nam ſicut Græcis Palæos, ita Latinis
vetus, & Arameis Luca. Et vt Græcis logos,
ſic verbum & dictū eſt Latinis, & ita Ara-
meis Moni, vt in præcedente quæſtione ex-
poſuimus. Quare quos per compoſitionem B
Lucumones Aramei dicunt, eoſdem Con-
ſtantinopolitani Græci, Palæologos inter-
pretatione Græca vocauerūt, & rex Deſy-
derius interpretatione Latina Viterbos, id
eſt, veteres verbiſtas ſiue dictatores. Ergo C
quoniam locus ab interpretatione nomi-
num, eſt inuictus & inexpugnabilis, conſe-
quens neceſſariò eſt, vt Latinè Viterbum,
ſit idem quod Græcè Palæologum, & Etru-
ſce Lucumonium. Nec iuuat quod Viter- D
bum non habeat finem huius vocabuli ve-
tus nec principium nominis Verbum, quia
ob vetuſtatem, compoſitio ſynæraitica ſæ-
pe adimit finem primæ dictionis & princi-
pium ſecundæ vt patet in compoſito nomi- E
ne Macto, id eſt, magis aucto. Nec itē mo-
ueat te quòd prima ſyllaba eſt Vit, & non
Vet pro vetus, quia vt diximus, vetuſtiſsimi
codices habent Veterbum, & interpretatio
vetuſtiſsima vetus verbum. Sed quod grā- F
maticè ſcribebatur Veterbum & ita ſcri-
bendum eſt, à proprietate vernaculæ lin-
guæ Viterbū profertur, quia e, ſæpe i, pro-

fert

A fert vulgus, vt in Veiano limite vltimo circa Minionem Veianum oppidum, vulgò dicimus Vianum. Porrò quoniam notarij loca scribunt plurimùm vt vulgus profert, idcirco vsus obtinuit, vt Viterbum pro Ve-
B terbo scribatur, & dicatur, quod profecto à loquēdi modo proprio Longobardico processit, qui etiam Viterbum pro Veterbo, in exciso alabastro, Longobardicis literis & prolatione posuerunt.

C

Annia quæstio decimasexta.

QVAERIS, vt aliorum opiniones, quas sæpe simul comparabamus quæ magis ad significationem accederet, denuo tibi re-
D petam. Responsio. Prima funditus falsa est, quæ dicit Viterbum dici quasi vi tybur quasi paruum Tybur, quòd à Tyburtinis sit conditum. Nam ratione vtriusque partis falsum est, quia quoad significatū ad quod
E significandum imponitur, nihil habet cum Tybure, neque quoad proprietatem conditionis à qua nomen imponitur, à Tyburtinis conditum est tetrapolis Viterbū, quod omni vrbe Italiæ prima & antiquior inue-
F nitur, vt probatur in commentariis super Myrsilum & alios authores. Huic proxima est fermè quædam nouella opinio quæ dicit: Viterbum esse Vithebum, quia ipsum

The

Thebanus Hercules fundauerit. Vnde & A
castrum Herculis dicitur. Est ergo Vi-
terbum, quasi Vi thebæ,& paruæ thebæ.
sed fata hæc non currunt,quia de antiqui-
tatibus antiquioribus statur vocabulis,li-
bris,authoribus & interpretationibus,quæ B
vt ostendimus,docent quoad significatum
nominis definiri veterem verbistam,& ve-
terum verbũ ac dictaturam.Quoad pro-
prietatem verò, à qua videtur nomen de-
sumi,vt ait ab ædificatore Thebano,simi- C
liter falsum est,quia,vt in eisdem commẽ-
tariis videbitur,antequam Hercules The-
banus esset siue Græcus siue Aegyptius,
erat vrbs regia Tetrapolis ędificata Viter-
bum. Et ideo non dicitur à conditore Vi D
Thebe.Nec iuuerit quòd lapis excisus ef-
fossus Cybelarius dicat,quòd proximo lo-
co Vetuloniæ fundauerit Migdala,id est,
turrim,& ob illud paruum spatium dica-
tur castrum Herculis.Qui enim ædificat E
vnam turrim in magna ciuitate Tetrapo-
li,& eam à se denominat,neq; totam ciui-
tatem à se denominare potest,neque asse-
rere illam à se ædificatam. Vt tamen ne
somniasse hæc opinans videatur,potest cõ- F
cedi illud paruum spatium Herculeũ pos-
se dici paruum Thebe,sed non tota Tetra-
polis,quia vna hirundo non facit ver,ne-

que

A que vna dies felicem, vt Aristoteles ait in primo Ethicorum, & ita vna domus turrita non facit Tetrapolim. Tertia opinio est viri eruditissimi Facij, quæ, vt diximus, vera est quoad proprietatem à qua nomen
B imponitur, sed falsa quoad significatum. Quarta opinio est literati viri Raimundi, qui in vocabulis super commentaria Iulij Cæsaris, dicit Viterbũ dici quasi vita inermium, quia emeriti militia veteres Ro-
C mani eam vrbem sibi pro delitiis deligebant. Et hęc vera est opinio, quoad proprietatem à qua etymologiam nominis desumit, sed falsa quoad principale significatũ nominis. Quinta etiam opinio à proprie-
D tate Thermarũ exponit Viterbum quasi vi Thermulũ. Sunt enim ibi Thermæ Etruscæ, id est, Volturrenæ vt exposuimus quæstione octaua, nona, decima, & deinceps. His caldanis aquis earúmq; Fluento adhuc
E caldano dicto innascitur piscatura tum copiosa, tũ salubris, de qua Plin. in iij. naturalis hist. cap. de miraculis fontiũ & aquarũ. Pisæ inquit aquis calidis innascũtur ranæ. At Vetulonos verò in Hetruria nõ procul
F mari, pisces. Sunt & saluberrimæ Thermæ Caiæ adhuc cognomine, quarum meminit Strabo in v. li. cõparãs eis Sabatias vicinas Romæ. Sic enim ait. Vbi Hetruria magis

appro-

appropinquat Romæ abundat aquis cali- A
dis,& non minus abundantibus quã Caiæ,
quæ nobilitate ſui Cæteras excellunt.Sed
copioſius de Volturrenis Thermis diſſe-
ruimus,in commẽtariis ſupra Sempronĩu.
Ab his igitur Thermis per Etymologiam B
concedi poteſt Viterbum dictum quaſi Vi-
thermulum,ſed falſum eſt per definitionẽ
nominis.Verùm ſexta opinio eſt Blondi,
dictum eſſe Viterbum vi turrium,quia eſt
vrbs turritis ędibus extructa,præcipuè ęta- C
te ſua qua ferme lxx. iam annis luſtrauit
Italiam à quo ad hanc ætatem ferme xv.
maximæ altitudinis turres ruerunt,& ta-
men adhuc remanet quàm maximè turri-
ta.Hæc autem opinio eius dicto cõtraria- D
tur dicenti.Viterbum eſt parum vetuſta ci-
uitas.Nam ſi vrbem,denſis & crebris tur-
ritis ædibus extructam confitetur,ergo ne-
ceſſe eſt,confiteatur illam eſſe Turrenam
& Hetruriam vrbem omnium antiquiſsi- E
mam quã Hetruſci à Turſibus,id eſt,tur-
ribus proferebant Turſenam & Eturſiam,
vt probãt Myrſilus,& Dionyſius Halicar-
naſſeus in primo libro,& nos vberrimè in
commentariis noſtris oſtendimus. Ergo F
Blondo ſubrepſit contra ſe ratio,conuicto
iam veritate,quòd veriſsima Viterbi Ety-
mologia eſt vi turrium,& Turrena atque

vetuſt

A vetustissima, Etruria siue Eturria, sed non est ea definitio nominis vt patuit. Sequitur septima opinio olim bonæ memoriæ eruditissimi Hermolai Veneti, Patriarchæ Aquileiensis, qui existimabat Viterbum
B Vitheroum siue vita Heroum dictum, & id aucupabatur ex quatuor sacris literis F.A. V.L. & subscriptione lapidis Libyscilli vbi in fine excisum est. Hetrusco quaterno populo. Dicebatur igitur F.A.V.L. significare
C quatuor populos Faluceres, id est, Volturrenos in Volturna, & Agillinos, vel Arbanos, Vetulonienses, & Longholos Paræ Tussæ. Etenim vt arguebat, & quidem diuinè, Viterbenses sunt Volturreni iuxtæ
D Minionem & Volsinios. Et ipsi sunt proprio cognomine Hetrusci, vt docet Plinius, & tunc erat Tetrapolis regia, vt ab eius quaterno populo dicatur F A V L Faluceres vt excisus lapis indicat. Quare F. A. V. L.
E quatuor eius tetrapolis circum F.A.V.L. populos tunc Heroës Hetruriæ denotat, videlicet Volturrenos, Arbanos, Vetulionenses, ac Longholanos. Quare Viterbum significat quasi vita Heroum quatuor popu-
F lorum eius. Verùm tanto ingenio & viro non audeo contraire. Sed mihi duo dubia restant, quibus non video posse commodè responderi. Primum quidem, quia si Agil-

linos per A. intelligit, equidem non sunt A
Hetrusci, sed per se populus est maritimus
Agillinus & princeps Ceritis regionis. Si
verò Arbanum intelligit vt postea retulit,
non est ad intentionem Desyderij impo-
nentis nomen Viterbum, quia ipse hoc cõ B
mune nomen imposuit solùm tribus oppi-
dis, quæ intra mœnia clausit Longholæ, Ve
tuloniæ, atque Volturnæ. Nam Arbanum
cuius pars est Ascreanum, fuisse absque
mœnibus vt antea, vsque ferme ad nostra C
tempora, annales indicant. Vnde in decre-
to Desyderij dicitur. Tria oppida, Longho
lam, Vetuloniam, & Volturnam dictam
Hetruriam sub vno muro cingãt, totamq;
vrbem adiectione nostra Viterbum pro D
nuntiẽt. Secundũ dubiũ est, quia F.A.V.L.
est dicatum nomen Luco intermedio his
quatuor populis, & non ipsis populis, à quo
est porta quadriæra, vt exposuimus quæ-
stione vndecima. Et item cùm solis anti- E
quioribus de antiquitatibus certissimè cre
datur, & Veterbum, & vetus verbum dici
ac definiri dicant, vtique nullo pacto vide-
tur diffinitiuè Viterbum significare vitam
Heroum, sed solum per Etymologiam & F
proprietatẽ, à qua nomen imponitur. Eius
opinionem esse hoc modo existimo & lepi-
dam & veram. Hac controuersia accepta
erudit

A eruditissimus noster episcopus Arcadiæ, ait dictum Viterbium Vi trium vrbium. Et id probat, quia ipse nominis impositor Desyderius dicit, vt totam vrbem cinctam vno
B muro dicant Viterbum. Ergo vi trium vrbium, quæ sub vno muro cingebãtur. Hæc octaua opinio satis ligat quoad Etymologiam propinquissimam definitioni, quæ hę tres vrbes veteres verbistæ atque Palæolo-
C gæ Lucumonæque fuerunt. Et ab hac vicina proprietate tracta est definitio & nomen Viterbum. Noster autem clarus ciuis dominus Michaël Archangelus Caprinus Razenuus ab alia proprietate nouam opi-
D nionem & quidem veram exposuit dicens, nomen Viterbum dictum à cognomine ampliatoris Longholæ Turreni, qui Demi Atum vicum posuit, & Torebus cognominatus est, vt Xanthus Lydus significat &
E Desyderius rex exposuit Terobus, commutatis & transpositis vocalibus, vt Plinius insinuat de promontorio Hispaniæ, quod à quibusdam Arrotum, & ab aliis Orratum mutatis vocalibus dicitur. Porrò Vi
F pro Vei positum per Etymologiam placet. Ergo Longholam à cognomine amplioris Terobum voluit dici, & adiecta vi, totam vrbem Viterbum quasi Veiterbum, id est, curule Terbum. Vtique

lepida & vera Etymologia est. Vltima opi- A
nio est Veterum titulorum & memoria-
rum quibus necesse est credi tanquam quæ
tempore Desyderij per expositionem di-
cta & scripta fuerint, vt diffinitio Viter-
bi sit vetus verbum siue Senatoria Lucu- B
monum dictatura. Famæ enim funditus
standum est, vbi vetustas derogat certam
fidem, vt ait Liuius in septimo ab vrbe con
dita. Fama autem & inscriptiones docue-
runt semper Viterbum dici vetus verbum. C
Et ideo huic standum videtur funditus.
Denique vt decidamus Grammaticè, Dia-
lecticè, atque vtcunque Metaphysicè, quo
pacto sint veræ aut falsæ supradictę opinio-
nes decem, assumenda est diffinitio nomi- D
nis data ab eruditissimo Donato dicente.
Nomen est, quod significat substantiam
cum qualitate propria vel cõmuni. Omne
enim nomen significat substantiam, id est
diffinitionem substantialem, quoniam te E
ste Aristotele in metaphysica, ratio & sub-
stantia, quam significat nomen, est diffi-
nitio. Qualitates verò communes & pro-
priæ, sunt proprietates, à quibus per ety-
mologiam nomen imponitur, quia à pro- F
prietatibus rei nomen imponitur, vt ait
author modorum significandi, & ex his ve-
namur rei substantiam, & nominis pro-
priam

A priam diffinitionem, quoniam accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum, quod quid est, vt author est Aristoteles in primo de anima. Ergo prima opinio & secunda falsa est, quia in ea non ponitur
B substantia nominis Viterbi, nec aliqua propria vel communis etymologiæ qualitas. Vltima est vera opinio, quia significat substantiam & diffinitionem veram. Reliquæ significant veras nominis qualitates,
C communes quidem, vt vita hærbida, vita inermium, & Vithermulum, qualitates verò proprias significant residuæ quatuor, vt Blondi, Hermolai, Arcadis, & nostri Michaëlis Archangeli. Quòd si Grammaticè
D veram diffinitionem quærimus, vtiq; iuxta Donatum debet complecti substantiã cùm qualitate propria & cõmuni, vt si dicamus lapis est substantia corporea, ex genere mineralium, læsiua pedis offendentis ad eam.
E Quare Grãmatica diffinitio nominis Viterbi, hæc est. Viterbum est veterum Lucumonum verbum, & dictatura, tetrapolisq; herbida inermibus delicioſa, Thermula, turritis crebrisq; ædibus extructa, quatuor
F Heroum populorum Volturreni, Vetuloni, Thusci cognomine para, id est, Longhoni & Arbani Tetrapolis viuida, viceque trium vrbiũ solùm à Desyderio mœnibus

cincta, & à curuli Terobi ampliatoris sui A
nominata,& vltima Desyderij adiecta in-
terpretatione Latina,per syneraiticam cõ-
positionem à vetus & verbo dicta Viterbũ,
sicut antea Constantinopolitani prima in-
terpretatione dixerunt Palæologum, quod B
ipsi Hetrusci dicebant Lucumonium.

Annia quæstio decimaseptima.

QVAEREBAS quomodo Volturna,
Turrena & Hetruria sint eadem? Respon-
sio. Primo probatur ex origine & deriua- C
tione nominis, per eruditos grammaticos
speculatiuos, præcipuè authorem modo-
rum significandi. Quæcunque enim nomi-
na ab eadem origine proficiscuntur, sunt
eadem significato, licet differant in modo D
significandi, vt flumen,fluentum, fluuius à
fluere deriuata. Porrò, vt author est Myr-
silus cuius commentaria fecimus, Turre-
nam & Hetruriam, Hetrusci ab eadem re
deriuant, scilicet à Tursibus, & proferunt E
Tursenam & Etursiam, Volturssenã. Qua-
re significato sunt eadem licet fortè diffe-
rant in modo significandi. Rursus quæcun-
que habẽt eandem diffinitionem, illa sunt
synonyma & idem significant,vt inter phi- F
losophos & grammaticos conuenit, quale
est Marcus, Tullius, Cicero. Cæterùm
Tursena, Etursia, Volturssena, à Tursibus
dicta

A dicta eandem habent significationem, teste Myrsilo dicēte: quòd sicut in Asia Mossinæ dicuntur ædes turritæ crebræ extructæ, ita Turses ab Hetruscis. Et sicut Mossineca ab Mossinis deriuata, significat vrB bem turritis crebris ædibus extructam, & ciues eius dicuntur Mossineci, ita Etursia, Tursena, Volturſena à Tursibus deriuata, significant vrbem crebris & turritis ædibus extructam, & ciues eius dicūtur Etursi,C Turseni, & Volturseni. Et hoc ipsum cum Myrsilo docet Dionysius Halicarnasseus in primo libro.

Annia quæstio decimaoctaua.

QVAERIS vnde fit mutatio s, in r, vtD dicatur Tursena & Turrena, quomodo supradicta differant in modo significandi? Respōsio. Teste Quintiliano fit à proprietate linguæ siue eiusdem siue diuersæ, vt quæ antiquitus proferebant Cameses, CameE sena, Fusij, Valesij, Phalesij honos, decus, Tursis, Tursena, Volturſena, Etursia, Etursi, eadem posteri permutato s, in r, pronuntiant Camers, Camerena, Furij, Valerij, Phalerij, honor, decor, Turris, TurF rena, Volturrena, Hetruria, Hetrusci. Differūt verò in modo significādi propter appositionē e, & Vol. Hetrusca additamenta. Turrena enim, vt diximus, significat vrbē

turritis extructam ædibus. Si verò à Tur- A
sibus siue turribus deriuas cum e, & dicas
Hetruria, principatum notat, & significat
eam vrbem esse metropolim aliarũ. Quòd
si addis ad Turrenam Vol, significat ean-
dem vrbem esse priscam & omnium anti- B
quissimam. Et ideo significãt eandem rem,
& deriuationem, & vrbem, sed diuerso
modo significandi.

Annia quæstio decimanona.

QVAERIS itẽ quomodo Romani ad- C
dant c, dicentes Hetruscos & non Hetur-
ros? Respondetur, Quia ob proprietatem
linguæ Romani transponũt vnum r, in vo-
cabulo Heturria (nam dicunt Hetruria)
quòd non faciunt in vocabulis Turrena & D
Volturrena, licet syncopent Volturnam.
Vnde transposito vno r, dimiserunt in deri-
uatione vnum s, & dixerunt Hetrusi, & non
Heturri. Nam Romani dicunt Hetruscos
deriuatiuè a loco primo ab eis habitato di- E
cto Hetruria, vt Myrsilus author est, & post
eum Dionysius Halicarnasseus in primo
libro. Sed quare Romani non deriuent ab
Hetruria Hetrusos, sed addita c, He-
truscos, notandum est quòd est proprietas F
linguæ Romanæ in nominibus locali-
bus & gentilibus post literam s, in penulti-
ma syllaba, si ipsa s, mediat inter duas vo-
cales,

A cales,postponere c,gratia Euphonię,vt Ciliſſam,à cilicia,ciliſcam Propertius in Elegia dixit. Terq; (inquit) lauet noſtras ſpica ciliſca comas. Ita Phœniſſam & Libyſſam, Romana lingua profert Phœniſcam & Li-
B byſcam. Similiter vt author eſt Feſtus, & item Seruius, Thuſia deriuatur à Thuſo futuro Græco huius verbi Thuo, quod eſt ſacrifico & aruſpicor. Et tamen Romani addito c,dicunt Thuſciam,id eſt,ſacrifico-
C lam & aruſpicatricem. Pari forma Beroſus in quinto antiquitatũ ſcribit Herculem Aegyptiũ præfeciſſe Vetuloniæ regem filium ſuum Thuſſum, à quo hæc ætas Para Thuſſam profert, & Thuſſam Nanam. Et
D tamen Romani proferunt Thuſcam, Thuſcanellam,& Tuſcũ. Vnde Feſtus, Thuſcia inquit dicta à Thuſco rege filio Herculis. Pari forma Hetruſos, Hetruſcos cum c. pronuntiant.

E *Annia quæſtio vigeſima.*

QVAERIS item, ſi Hetruria eſt vrbs, ergo non prouincia? Reſponſio. Sicut Babylonia, Perſia, Samnium, ſignificant principaliter vrbem metropolin & ab ea com-
F municato nomine ſecundario totã prouinciam, ita Turrena, Hetruria, ſecundariò & communicatitio nomine ſignificãt totam Thuſciam, ſed primaria ſignificatione vr-

bem regiam atque metropolim Thuſciæ.
Vnde & primario ſignificato Veientes populi Ciſcyminij nõ ſunt intra Hetruriam,
ſed finitimi, dicente Liuio in primo ab vrbe condita. Erat Sabinis vicina Hetruria, B
proximi Hetruriæ Veientes. Similiter primario ſignificato Vetulones ſunt in Hetruria vrbe, quia pars eius, & Piſa nõ eſt in Hetruria, vt per diſtinctionẽ Plinius loquitur
in ſecundo natur. hiſtor. dicens: Aquis calidis Piſæ innaſcuntur ranæ, ad Vetulonos C
verò in Hetruria non procul mari piſces.
Sed in ſecundario ſignificato Veientes populi & vrbs Veiens ſunt intra limites Hetruriæ, vt ait Plutarc. in vita Romuli, & Al- D
opheæ ab origine Piſæ eſt vrbs Hetruſca ſolo, vt ait Vergilius in decimo Aeneid. Similiter Q. Fabius conſul in pugna Tranſcyminia, à Sutrio vſq; lacũ Vadimonis ante
Volſinienſes egregiè perdomuit Hetru- E
riam, vt in nono ab vrbe cõdita ſcribit Liuius, ſi pro vrbe finitima Veientibus & primario ſignificato accipiatur. Falſum verò
eſt ſi pro ſecundario & prouincia, quia non perdomuit prouinciam, teſte eodem Li- F
uio, quia anno ſequente Decius conſul proſequutus eſt bellum Hetruſcum, vbi dimiſit Fabius, à ſiniſtris Hetruriæ contra Tarquinienſes, & à fronte contra Volſinienſes.
Nam

A Nam à tergo Cyminia vsq; lacum Vadimonis Fabius ceperat. Nec obuiat, quia dicit Liuius quòd eodem anno Fabius Perusiam subegit. Nam per opinionem aliorũ refert dicens paulò superius, Quidam tra-
B dunt hanc pugnam transcyminiam pugnatam fuisse vsq; Perusiam. Nam per annales duorum consulum quibus solis statur, scribit anno suo Fabium triumphasse ob egregiè perdomitam Hetruriam à iugis Cy-
C miniis vsq; lacum Vadimonis, ante oram Volsinienſem, & anno sequente Decium & alios sibi mutuo annuos succedentes consules, subactam prouinciã multiplicibus bellis, à Volsiniis vsq; Apuanos Lygures, vt idẽ
D Liuius prosequitur vsque ad primum bellum punicũ Quòd si quęris vbi est ista vrbs Hetruria, secundum Liuium iam habes si non es surdus & negligens, videlicet inter iuga Cyminia & Volsinium, quoniam te-
E ste Liuio illam Fabius egregiè perdomuit, & superius dixit quòd Veientes sunt proximi Hetruriæ, quia, vt author est Cato in fragm. prouincia Veientum, dicitur transcyminia regio, ab vrbe Roma vsq; ad Cy-
F minia iuga. Et si iterato quæris, quæ vrbiũ inter iuga Cyminia & Volsiniũ dicitur Hetruria? respondetur tibi quòd est Volturna, vt vocabulo notiore à parte totum exprimamus

mamus. Cui argumento sunt, quia Hetruria est regia metropolis, & inter iuga Cyminia & Volsinium nulla regia nisi Volturna & eius fanum reperitur, vt supra exposuimus. Et rursus Plinius dicit in tertio naturalis hist. cap. vj. quòd Volturreni cognomine sunt Hetrusci, in quorum eadem parte sunt Volsinienses. Ab inexpugnabili ergo & semper inuicto argumento, quod Peripatetici, & Boëtius, atq; Cicero in Topicis vocāt à coniugatis, res probatur. Sunt enim coniugata iustus iustitia, & item bonus & bonitas. Ab his ergo sumitur inexpugnabile argumentum. Si iustitia est bonitas, vtique iusti sunt boni. Similiter si album est coloratum, vtiq; albedo est color. Pari forma in cognominibus, si ciues Florentini sunt cognomine Fluentini, vtique ciuitas Florentia est cognomine Fluentia. Ergo quoniam coniugata sunt & à se mutuò deriuantur Volturna & Volturreni, & Etruria atque Etrusci, consequens necessariò est, vt si ciues Volturreni iuxta Volsinios sint ciues cognomine proprio Etrusci, & ciuitas vtique Volturna iuxta Volsinas, sit ciuitas proprio cognomine Etruria. Patet idem quæstione XVI.

A B C D E F

Annia quæstio vigesimaprima.

QVAERIS vnde sit quòd in Plinij naturali

turali hiſtoria quidam codices habent Volaterrani & non Volturreni. Reſpondeo. Inde vtique habent, vnde & alias ſtomachoſas mendoſitates, tam in eodē Plinio quàm in aliis authoribus. Et in Plinio quidem ne totum percurramus in eodem capitulo has corruptiones apertiſsimè leges Phregne, Populorum Sanienſis colonia, Critona, Arentini, Iulienſes, Amitinenſes, Cartoniani, Herbanum, Subertani, Scatones, Vertulonienſes, Verentani, Eſetini, Volaterrani cognomine Etruſci, Volſinienſes in eadem parte. Vides ne quot mendoſitates dictas, pro Phregene, Populonium, Senenſis Colonia, Cortona, Auentini, Rullienſes, Anitinenſis, Carboniani, Herbanum, Suberetani, Statones, Vetulonienſes, Varentani, Vuſetini, Volturreni & non Volaterrani, vt in commētariis ſuper hanc topographiam Plinij probauimus. Nunc quoque repetere non pudebit quàm aperta mendoſitate ſcripſit & impreſsit Volaterrani pro Volturrenis. Primò quidem, quia prius poſuit idem Plinius ſicut & Antoninus vada Volaterrana in maritimis, ora vero Volſinienſis eſt mediterranea. Secundò. quia Plinius vtitur in topographia duobus modis dicēdi. Vno in parte, altero in eadē parte. Et in parte dicit quę ſunt in diuerſis agris,

ſed

sed tamen proxima sunt communi gentiũ A
limite, vt patet in 1 1 1. nat. hist. capi. v 1. vbi
ait. Saturnia est vbi nunc Roma: Antipolis
verò vbi Ianiculum in parte Romæ. Ergo
quoniam Roma est in Latio, & Ianiculum
in Etruria, dixit esse non in eadem parte B
Romę, sed in parte, quia vtraq; oppida sunt
proxima communi termino Tyberi. Et ne
putes Plinium immemorem fuisse ob di-
uersitatem capitulorũ, idcirco in eodem ca
pitulo dicit Volturrenos & Volsinios esse C
in eadem parte, quia intra eundem limitẽ
& eisdem focis & agro. At Volaterrani non
sunt in eodem agro cum Volsinienſibus,
quos interiacent tot populi, tot distincti a-
gri, tot distantes limites, Aquasenses, Senti- D
nates, Tunniates, Rusellani, Clusini, Popu-
lonij & eiusmodi. Quare Volaterrani non
modò nõ sunt in eadẽ parte cum Volsiniẽ-
sibus, sed ne quidẽ in parte: Quare Voltur-
reni scribendũ est, quoniã Volturna & fanũ E
Volturnæ sunt in eisdẽ limitibus inclusi à
iugis Cyminiis ad iuga Aquasensiũ supra
lacũ Volsinienſem, siue supra sanctũ Laurẽ
tium. Quòd si ridere cupis mendositates in
aliis authoribus, lege Pomponiũ Melam, F
& inuenies in Topographia Etrusca, Pyr-
gus, Alus, Grabus, Cecosa, pro Alsium, Gra
uiscæ, Cosa, & in descriptione Beticæ, Du-
bal

A bal pro Tubal. Similiter lege Dionysium in IL.lib & inuenies ita scriptum: Venit ex Etruria Lucumo ducens auxilia Etruscorum, ex vrbe Solonio pro colonia. Est autē vrbis Coloniæ propriū nomen Sal pl. Hæc
B enim est Etrusca. Pari modo in III.li scriptum est. Quæ bellum mouerant, fuerunt quinque vrbes, Cilusini, Rusallini, Vetulonates, pro Clusini, Rusellani, Vetuloniates. Et in quarto lib. inquit. Seruius Tullus di-
C uisit vrbem in quatuor partes, Exquilinam, Palatinam, Collatinam, Baboranam, pro Collinam & Suburbanam. Et in Sillio Italico in septimo lib. Domus superbi Tarcontis Cortona, pro Tarcona, quæ est pri-
D ma pars Tarquiniarum. Et eiusmodi innumeras ineptias inuenies, tum ridiculosas, tum in errores Typographicos deductiuas, quæ summo studio sunt animaduertendæ.

E *Annia quæstio vigesimasecunda.*

QVAERIS si Etruria est originis Etruscæ, quomodo verum est quod Seruius dicit esse originis Græcæ, & debere scribi ortographia Græca, Hetruria quasi Hetero-
F ria, id est altero limite finita scilicet Tyberi & Macra? Responsio, Quia iuniores Romani & Latini scriptores, dimissa lingua Etrusca, quam ante solebant addiscere,

vt Liu

vt Liuius author est in nono ab vrbe con- A
dita cum vocabulorum Etruscorum origi-
nes ignorarent, falsò ad Græculas origines
se conuertebant aut Latinas. Vnde Luce-
rum nomen quod Liuius & alij simplices
latini ignorauerunt exponere, vtique Var- B
ro his doctior & antiquior probè à Lucu-
mone & lingua Etrusca exposuit, testésque
antiquissimos vtriusque linguæ Latinæ ac
Etruscæ peritos produxit Iunium & To-
lumnium tragœdiarum Thuscarum scri- C
ptorem. Itaq; non mirum si cunctis poste-
rior Seruius iam abolita lingua Etrusca
falsò reduxit ad Græcam, quod non potest
stare, quia ante omnem linguam Latinam
& Grecam nomẽ erat Etruriæ quippe quia D
Romani vocabant Etruscos à loco primùm
ab his habitato & dicto Etruria, vt Myrsi-
lus & Dionysius in primo lib. docent. Hæc
autẽ Etruria erat vrbs prima regia, de qua
idem Myrsilus dicit. Tetrapolim suam vo- E
cant Etursiam, partes verò illius Bolturre-
nam, Betuloniam, Tussam & Arbanum co-
gnomine Calumbum à luco. Et item à pri-
ma inquit eorum tetrapoli dicta Etruria,
Romani Etruscos vocant. Et Cato in frag- F
mentis. Etruria, inquit, olim Italiæ prin-
ceps, ab eorum Metropoli sic cognomina-
ta. Hæc vrbs Etruria cũ insignis fuerit re-
gio,

A gio, prisco principatu Larthico & Lucumonio, tum præcipuis Anniæ Veræ antiquissimæ Thuscorum familiæ, augustis imperatoribus Antonino Vero, & Commodo enituit, vt Helius Spartianus insinuat in vita
B eorum, dicens: Pleraque horum origo fuit materna quidem ex Fauentia, paterna verò ex Etruria. Et item Antoninum præfecit Etruriæ, quia in his regionibus multas possessiones paternas habebat. Huic Helij
C dicto est argumento quòd ætas nostra prędia Annia & fora Annia vocat in regione Horchiæ, quam deam Etruriæ vocat Liuius in septimo ab vrbe condita. Porrò his Cęsares Annij fuêre. Et si bene aduertis di-
D cta Helij, inuenies Anniam familiam diuisam in duas partes tempore dictorum imperatorum. Nam alteros Veros, alteros Verissos dixerunt. Et caue mendositatem impressorum qui posuerũt Verisimos pro
E Verissos. Non enim intellexerunt originem vocabulorum Etruscorum Nam Veru Etrusca lingua est virgularum inter sese consecatio ex colore nigro & citrino, à quo Romani virgam ferream vocant Ve-
F ru & Verutum origine Thusca. Vulgus talem virgarum intersecationem vocat scaccherium. Ab insigni Vero Annia Vera familia dicta est, Verissa verò à colore scac-

cherij eorum insigni albo & rubeo. Verùm quia Romani vtũtur c,post ſ, vti docuimus ſuprà quæſtione decimaoctaua, idcirco ſicut Tuſſam Tuſcam, ita Veriſſam Veriſcam nunc proferunt. Item de vrbe Etruria & Antonino Helius dicit. Omen imperij Antonino factum eſt: quia in Etruria dolia eius quæ erant ſuffoſſa ſupra terram reperta ſunt, & ædes eius examen Apum complexit in tota Etruria. Totum enim ad partes refertur, & Etruria Tetrapolis erat. Quare ædes habebat Antoninus in tota vrbe Etruria ſcilicet in Volturna, Vetulonia, Tuſſa ſiue para Tuſſa, & Arbano, & villis ac prædiis Horchiæ, vbi ad hæc tempora ſunt fora Annia.

Annia quæſtio vigeſimatertia.

QVAERIS item de tetrapoli, quid eſt Tetrapolis? Reſponſio. Eſt quadriurbs ſiue quadrata vrbs continens quatuor magna oppida, vt Etruria quæ continet Volturnã, Vetuloniam, para Tuſſam, Arbanum, Tripolis verò continet tres magnas vrbes, vt Aretium, & Peruſia quæ continet oppida Griphoniũ, Vibiũ Achęum, & Mœonẽ Turrenum, vt quæſt. VIII. expoſuimus. Dipolis verò continet duas magnas vrbes, vt Balneo regium quod continet Ciuitam & Rodam. Similiter Tuſcanella continet Ciuitam

A tam veterem & nouam. Pari forma Nuetum nũc Cornuetum latina verò interpretatione Grauiſcæ quæ continet Caſtrum nouum & vetus Quod ſignificat Sillius in octauo lib. vbi dicit Et veteres miſere Gra-
B uiſcæ. Porrò monopolis quæ continet vnũ oppidum, vt Balnearia, Capina, Blere, Veianum & eiuſcemodi. Et de his Xenophon lib. de æquiuocis ſic habet. Antiquitus Monopolis ruſtica erat. Dipolis verò opulẽta.
C Tripolis quæ prouinciæ caput eſſet. Tetrapolis verò regia, quam toti regno ac XII. coloniis priſcis principibus regni præfectam inſtituebãt, vt Samothracia, in qua eadem Tetrapolis cõſtituta ex Samo, Neſſo Thra-
D cia, & Saona XII. primis poſt atticum diluuium vrbibus præfuit. Sed copioſiſsimè de Tetrapoli docuimus in commentariis ſupra eundem Xenophontem.

Annia quæſtio vigeſimaquarta.

E QVAERIS de Volturna & regionibus intra eam, atq; origine vocabulorum eius, quæ ſuprà quæſtione duodecima memorauí? Reſponſio. Siue ſine ſyncopa Volturrena, ſiue per ſyncopã Volturna, vtiq; illi eſt
F origo Etruſca', à Vol & Turrena, id eſt, priſca & antiquiſsima Turrena, vt ſuprà explanauimus. Hęc vna vrbs ex Tetrapoli vrbe regia fuit, vt pote quia ad eius fa-

num regium indicebantur duodecim po- A
pulis consilia regni. Prima eius regio ad-
huc Etrusco vocabulo dicitur Parazol siue
Parazolum teste nostro linguarum inter-
prete Talmudista Samuele. Par apud an-
tiquos Arameos erat æquiuocum ad ha- B
stam coronam & principatum, quem He-
bræi Sara & Aramei Para dicunt. Verùm
nõ videtur mihi multum æquiuocum, quia
veteres hasta pro sceptro & corona princi- C
patus vtebantur, vt Trogus asserit, & Iu-
stinus commemorat vltimo Epitomatum.
Zi verò à consilio deriuationem habere
non solùm Samuel, sed etiam diuus Hie-
ronymus consentit in libro de interpreta-
tionibus. Vnde vbicunque zi, za, zo addi- D
tur, consulatum significat, vt Veiuzi, Pa-
raz, parazolum, Parazim. Quos enim Græ
ci & Latini à Perseo Persas vocant, eos He-
bræi Paraz & Parazim nominant, id est,
coronatos siue hastatos consulares princi- E
pes. Et Veiuzi à Veiis sunt curules consu-
lares principes. Hinc Parazolum, est Vol-
turnæ pars regioq; extrema circa. F. A. V.
L. interpretata hastata siue coronata con-
sularis antiqua & prisca. Ol enim & Vol, F
vt supra diximus, priscum & antiquissimũ
significat. Duo ergo sunt argumenta hanc
Volturnam fuisse regiam, tum quia ad fa-
num

A num eius regni consilia duodecim populis indicebantur, tum quia principium eius collis dicitur Parazolum, id est, coronatum consulare priscum. Secunda regio est Porticella quæ & quadriæra, quia ibi pomœ-
B rium quatuor æreis literis F. A. V. L. sacratum fuit, vt nomen ipsum arguit. Tertia regio dicitur Sebastos pan, id est, Augustus Syluanus, quia Syluano Augusto sacer fuit. F. A. V. L. id est, lucus ingens, vt Ver-
C gilius in octauo Aeneidos insinuat. Teste autem Seruio super Aeneida idem est, Inuus, pan, & Syluanus. Quarta regio dicitur Capitolium: quia in Etruria vrbe claratum vate Oleno Caleno & eo loco descri-
D ptum prius fuit Capitolium quàm Romæ constructum, vt author est Plinius in libro XXVIII. capitulo secundo, & Dionysius Halicarnasseus in gestis Tarquinij superbi. Vltima eius regio est quam ab ecclesia
E planum sancti Faustini dicimus, & à domicilio Itali, Stic Kity Arim vetustissima Etrusca lingua contractus nominant, quos in Archiuis seruant fratres nostri eremitani. Nam Aramei Kity, Hebræi Kityn pro
F ferunt, & est proprium nomen Atlantis Itali soceri Coriti ex Electra filia, quem Moyses & diuinæ literæ atq; Berosus vocant Kityn. Vnde vbicunque in diuinis literis est

Kityn, septuaginta interpretes trāstulerūt A
Italum & Italiā. Nam teste Fabio pictore
Italus condita Capena iuxta Auētinum &
Tyberim, & defuncto fratre Hespero qui
Etruriæ metropoli præerat, ipse ibi præse-
dit & totam Italiam à se nominauit. Arim B
igitur & Arin sublimitatem significat. Stic
verò domicilium, vt Talmudistæ exponūt.
Vnde Stic Kity Aryn interpretātur domi-
cilium sublimis Itali. Argumento sunt etiā
ibi Kitei tituli, literis Etruscis inscripti, & C
nomē loco Volturnæ olim Stic Kity Arin,
nūc planum sancti Faustini à Porticella ad
sanctū Franciscū, imò ab ipsa ecclesia san-
ctæ Trinitatis exorsum. Sed copiosissimè
hęc explanauim⁹ supra Berosum & alios. D

Annia quæstio vigesimaquinta.

QVAERIS de secūda vrbe parte quadri-
urbis Etruriæ dicta Vetulonia, quæ sic illi
& eius regionibus origo & significatio? Re
spōsio. A Veiis & curribus Vetulonia dicta E
est, & philarchatu, id est, principatu populo
rū & gentiū, vt in v. antiquitatū Berosus in-
sinuat. Est igitur Aramea & Barbara origo
à Veiis, id est, curribus & Lomnimis, id est,
Philarchis, vt Talmudistę ac diu⁹ Hierony F
mus interpretatur. A Lōnimis aūt vrbs Lo-
nia deriuatur, id est, philarcha. Hinc Baby
lonia, id est, Babel tribuū Philarcha, & po-
pulon

A pulonia, puppium philarcha, & Itulonium, id est, Iuppiter Philarcha. Itum enim Iouē & fidutiam Iouis Etrusci dicūt, vt Macrobius significat in Saturnalibus. Est autem Itulonīū vt ruinæ ostendūt maximæ quāti-
B tatis templū cum domibus sacerdotum in agro olim Populonienſi, & erat Deus princeps Populoniorū, & Puppium, de quo Plinius in xiiij. naturalis historiæ capitulo secundo dicit quasi mirabundus. In vrbe Po-
C pulonia Iouis simulacrum ex vna vite tot æuis conspicimus incorruptū. Vnde & quia vrbs metropolis erat maritima, dixit in decimo Aeneidos Vergilius. Misit Populonia mater, id est, puppium Philarcha, quia
D Popum Etrusci, puppim dixere Romani. Hinc & ipsa metropolis Populoniū, & princeps eius deus Ituloniorum, cui præposita cōsonans de more dicto in quæstione sexta dicitur Vitulonium & non Vetulonium vt
E quidam falsò in Ptolemæo scripserunt. Nam deriuatio alia est à Veiis, alia ab itu, & item Vitulonium templum fuit, vt vestigia indicant. Vetulonia verò quadriurbs regia Etruriæ, à Veiis & Lomnimis Lucu-
F monibus dicta, vt diximus. Fuit igitur non solùm Volturna, sed etiam Vetulonia pars quadriurbis Regia curulis, vbi primę duodecim fasces datæ sunt à Iano, & qua de-

corati atque donati fuerunt postea Lydi, A
vt Berosus in fine quinti indicat,& Sillius
in octauo docet his verbis:

Mœoniæq; decus quondam Vetulonia gentis,
Bis senos prima illa dedit præcedere fasces.
Et iunxit totidem tacito terrore secures. B
Hæc altas eboris decorauit honore curules.

Argumento etiam manet illius vni regioni Veia siue currus aureus cum mitra Mœonica,quia Lucumones velati infulis erant,vt supra ostendimus quæstione xiij. C
Prima huius regio dicitur Susa,vulgo verò addita m,Sumsa,sicut & Capitoliũ vulgus profert Campitolium.Est autem Susa nomen Arameũ,à quo in Ptolemæo,& in vita Hester capitulo primo vrbs regia ma- D
gni Artazerxis fuit Susa Assyriorum.Est autem Susa & equestris eadem,quoniam quos equestres Latini,Susas dicũt Aramei, vt Talmudistæ aiunt Ergo Regio Vetuloniæ Susa,id est,equestris erat vbi Astures, E
id est, domini equestres & quadrigarum erant,vicus vtique illustris domino quadrigarum Cecinna, cuius meminit Cato in fragmentis dicens.Græcas literas & disciplinas & ob id Latinas Etrusci horruerunt, F
neque Latinas voluerunt susci pere vsque ad Cecinnam Volturrenum magistrum quadrigarum & augurum principis patrem

A trem Menippi,& auum Menodori,quamuis ante eum pater eius Volturrenus auúsque Titus, ac proauus Turrenus semper Romanis principibus chariſsimi,ad eas recipiendas vrgerentur.Nam ipſe Turrenus
B patre Elbio Volturreno regum Etruſcorum vltimo ad Lacum Vadimonis cęſo,ad reddendam vrbem Etruriam,anno ſecundo Olympiadis centeſimæquartæ allici potuit,ad recipiendas verò Latinas literas,
C nunquam perſuaderi potuit. Hæc Cato. Quòd verò equeſtris regio hæc dicta Suſa eſſet finitima Volturnæ,non ſolùm nominis interpretatio probat,ſed eius regio ſub podio dicta Seddiæ, id eſt, Sellæ curules.
D Sedda enim ſicut Sedia,ſella Romanè dicitur,vt Feſtus indicat.Duces enim exercituum apud Turrenos donabantur ſceptro, & ſella curuli,& toga purpurea,& lictoribus,vti & Lucumones,vt Diodorus Sicu-
E lus ſcribit in ſexto libro.Hæc igitur prima regio Vetuloniæ Suſiana ſedes eſt.Sequitur hanc immediatè Ciochola, id eſt, matricia,vt inſinuat Beroſus à Ci,& Ocholam, quod eſt materna habitatio. Fortè
F quia omnium regionum & vicorum Vetuloniæ,caput ſecundarium vt mater erat. Nam vt pater erat hanc ſequens regio,vſque ad Sipalim & fontem eius,quæ dicta

Seddie carri,quia locus huius ſub ſancto A
Sixto Seddio ſimiliter vt Suſæ nominantur,& illi inſigne eſt Veia ſiue currus aureus cum infula Lucumonia,quia vt diximus Lucumones velati erant infulis.Quare in annuo magiſtratu in hac regione cõ- B
ſiſtebant Lucumones cum ſuo Larthe.Et ideo vt pater omnium regionum erat Ciochola,vt mater Suſa,vt equites ac defenſores.Quinque verò regiones Volturnæ ſolùm vates ſacerdotésq; & augures,ac gym- C
naſia literarum continebant .Vnde in ea Pomœrium,literæ quatuor,Seuaſtos Pan, & Ollenus Calenus princeps augurum,& illi ſoli vtpote religioni principanti dicatus eſt Lucus ingens. Non enim Arbani, D
aut Tuſcæ,aut Vetuloniæ ſed fanum Volturnæ dicitur.Quod profectò vir ingenio prædituſ Hermolaus deprehendit, dum Faluceres Volturrenos expoſuit,quaſi fani luceres, & prolucumones. Itaque poſt E
Ciocholam à porta ſancti Matthæi ad fontem Sipalis regio eſt curulis lucomonia,& cognomine Labyrinthus. Cauſam nominis quidã exiſtimant,quòd dominus Nicolaus Piſtorienſis Cardinalis Theanenſis in F
ea regione cõdidit formauitque Xyſtum, & in eo Labyrinthum ſub Pio.II.Pontifice contexuit,& ab ipſo Labyrinthus nomen

acce

A accepit. Sed obstat tempus. Nam longè ante Piũ sub Eugenio papa, me puero existẽte, in nuptiis domini Princiuallis Gatti, pars iuuentutis Viterbensis veste insignita curru, pars verò Labyrintho prodibat, vt
B nouerint hi iuniores insigne currus, & cognomen Labyrinthus antiquissima regioni esse. Est autẽ Labyrinthus teste Plutarcho in vita Thesei omnis carcer qui nihil aliud habet incõmodi quàm quòd qui in-
C trat exire nõ potest, quem illi Labyrinthũ, Latini vincula, & Florentini Stincos vocant. Ergo quia iuxta residentiã dominorũ sunt carceres vinculáque, & hæc regio Larthis & Lucumonum erat, non mirum est, si
D ea regio vincula & Labyrinthum teneret. Et hic Labyrinthus Lucumonius insignis est nõ modo gloria Lucumonia, sed & Labyrintho latrocinatoris Caci, quẽ Tarcon rex Turrenus teste Solino in vincula con-
E iecit. Sed proditione Megales Lucumonis frustratus vincula, paulò post ab Alceo Hercule interemptus fuit, vt idem Solinus asserit. Sipalis quarta regio Vetuloniæ est, à magno fonte vsque ad Vetuletum. Cau-
F sam nominis quidam dicunt esse à Sipunculis fontis. Sed tẽpus & inscriptio obstant. Tempus quidem, quia ante Sipalis regio dicta est vt fert fama, quàm Fons nouellus

fier

fierer. Inscriptio est sub statua Cybeles literis Etruscis hoc pacto. Veiuzo oppido hospita Isis, hospita fuit conuiuatrix in domo Tyles decoratæ Iunonis, & ducis Sipi, anno ætatis eius xv. Veiuzum autem oppidum pars Viterbensis est, à qua sempiterno cognomẽto Veiuzi dicimur, & Iuzi, vt xiij. quęstione diximus. In hac parte Sipus Dux habitabat vt inscriptio habet. Et Sipus erat pater Cybeles, quam locauit Iasio, & cum qua recepit Isidem hospitam ad conuiuandum, vt asserit Berosus in quinto antiquitatum, & in secundo, & inscriptio asserit. Quare vbi Sipi Ducis domus ibi Sipalis regio & Veiuza. Est autem Veiuza, vt in superiore quæstione diximus: curulis consularis, quia ibi ciues habitabant Senatorij & consulares. Et quoniam importuna finitimorum insultatio de nomine Iuzo & Veiuzo, ciues defatigauit, iam incipiunt nostri ciues relinquere nomen Veiuzum. O ciues O ciues potius vestras antiquitates reassumite, & finitimis potius insultate, quòd insaniant suísque antiquitatibus detrahant. Quòd si qui habitant in quinque regionibus Volturnæ pudet vocabula Parazolum & Stic Kity Arin edicere, saltem Latino vtantur vocabulo, & dicant. Ego talis Volturrenus hastatus, vel Pomœ-

A B C D E F

rium

A rinus, vel Syluanus, vel Capitolinus aut Italicus. A regione sua quisque se communi Volturreno vrbis nomine notat. Similiter & de Vetulonia à communi & proprio regionis nomine. Ego. N. Vetuloniēsis Su-
B sianus, vel Ciocholus, vel Curulis, aut Veiuzus, siue Vetuletus, vel Cercina, vel Spurinellus, aut Metallius siue Faulus. Nam quia à pont Remulo ad Faul inhabitant, quoniam Py Attani & de valle Piatta vo-
C cantur, quod est Faul vt diximus quęstione xiij. idcirco antiquitus Faules dicti sunt, & Kata Faules, id est, descendentes à Faulibus Græca simul & Aramea lingua adhuc vocamus. Hęc regio illustris est Faula puel
D la quæ fuit præmium virtutis Græci Herculis, vt dicit Verrius: Metallij sunt qui collem sancti Simeonis & sancti Nicolai incolunt vsque Sipallim Veiuzum. Nam eum collem Metallarium vulgò dictum
E aiunt à Palœologis qui Gothos inde expulerunt duce Narsete Palœologo. Vnde nomen Græcum est à Metallo verbo, id est, perscrutor. Clara olim regio gymnasio publico Turreno. Etenim vt author est Dio-
F dorus in sexto libro Turreni perscrutationi rerum naturalium & Theologiæ plurimo tēpore impenso, præcipuè in interpretatione fulgurū versati sunt, adeo vt ætate

mea

mea toti admirabiles sint. Hæc Diodorus. A
Hic me collis genuit anno salutis. MCCCC-
XXXVII. in vigilia Epiphaniæ, antea fermè
x. mensibus nato consobrino meo motore
harum quæstionum in eodem Vetuloniẽsi
Metallio colle, ac domo hærente regioni B
Spurinellæ, à quo Spurina cognomentum
tenuit, de quo Valerius maximus lib. quar-
to cap. iiij. Quod inquit, sequitur externis
annectam, quia ante gestũ est quàm Etru-
riæ ciuitas daretur. Excellentis ea regione C
pulchritudinis adolescẽs nomine Spurina,
cum mira specie complurium fœminarum
illustrium sollicitaret oculos, idéoque viris
& parentibus earum se suspectum sentiret,
oris decorem vulneribus confudit, defor- D
mitatémque sanctitatis suæ fidem, quàm
formã fomentum alienæ libidinis esse ma-
luit. Sit ergo Vetulonienſis Susa insignis
equitibus. Ciochola patriciis, Labyrinthus
Larthe ac Lucumonibus, Veiuzus Sipalis E
consularibus viris & domo Sipi ac Cybe-
les, & Isidis aduentu ac nuptiis Iasij Certe
collis Metallius doctrina nitet, hærétque
illi à tergo Spurinella Etruriæ regio pudi-
ca olim, & à dextris Cercinæ regio in qua F
Atlas Italus Kityn ex Pleiona Pleiades ge-
nuit. Nam Pleiades Barbari Cercinas vo-
cant, & patriam quoq; earũ teste Diodoro

Sicu

A Siculo in iiij. libr. Mauri Cercinas nuncupant. Quæ etiam copiosè probauimus in cõmentariis super Fabium Pictorem atq; Berosum. Porrò regio Vetuleta à loco vbi Vetuletum dicimus, incipit, & ad portam
B veterem clausam iuxta Salicicchiam finit. Existimo ibi Vetuloniam cœpisse, & ob id ei vico regioníque præcipuè nomen remãsisse, & ob id principatu antiquitatis alias regiones Vetuloniæ præcellere.

C *Annia quæstio vigesimasexta.*

QVAERIS an Turrenam Græcus Hercules attigerit, quia dicis Faulam puellam fuisse præmium virtutis eius respõsio. Lactantius in primo diuinarum institutionũ
D libro, de propria religione Romanorũ dicit eam fuisse scortum Herculis, & producit Verrium testem. Tamen in fragmento Verrij, quòd magister Guilielmus Mãtuanus collegit, non vtitur Verrius vocabu-
E lo scortum, sed præmium. Sic enim iacent eius verba. Accam Larentiam Faustuli Thusci vxorem, quòd hæredem instituerit Romulus, sacris parentalibus donauerunt. Thuscam item adolescentulam Fau-
F lam quia virium Alcei præmium ad lacum Cyminium Fanúmque Volturnæ fuit, in deam retulerũt. Hæc Verrius. Quòd si hoc est esse scortum & concubinã idem, vtique

scor

scortum Herculis fuit Faula,quæ illi non A
fuit vxor:Si item vis certius habere Argo-
nautas Argeósque principes à portu The-
lamonis per fanum Volturnæ Cyminiúm-
que lacum profectos fuisse ad Euandrum
Romæ degentem,hoc tibi pandet eorum B
iter.Nam à Thelamonis portu in Cymi-
nia iuga,& inde Romam profectos autho-
res produnt.Nam Diodorus in quinto li-
bro apertissimè dicit Argonautas venisse
ex Hispania in littus Thuscum,& portum C
tenuisse qui ab vno eorum principe dici-
tur adhuc Thelamonis portus,& vt sequi-
tur,hic portus est iuxta Turrenam,quo lo-
ci habes quòd Turrena hic pro Etruria vr-
be non prouincia accipitur,Et ita ista est D
vera,portus Thelamonis est in Turrena &
intra limites eius,pro prouincia.Et hæc si
militer est vera,portus Thelamonis,nõ est
in Turrena neque intra limites eius, sed
iuxta Turrenam,vt supra dictum est,quę- E
stione xvj.& quæstione ix.Huic portui pro
ximus est portus Herculis, argumentum
videlicet,vbi primùm se applicuerunt Ar-
gonautę,à principe Thelamone nomẽ im-
positum.Et vbi à naui descenderunt in cõ- F
tinentem,vt in regiam Thuscam,& inde
ad Euandrum pergerent,ab Hercule no-
men inditum.Distat autẽ à Turrena por-

tus

A tus Herculis, itinere diurno equestri, paulò verò amplius Thelamon. Et ideo Diodorus dixit Turrenam esse vicinam Thelamoni. Ab eo igitur profecti in Cyminios populos venerunt, vt authores scribunt, in
B quibus, vt patet, regia regum Lucumonum erat Fanum Volturnæ. Larthes verò erat Tarchon iunior, qui paulò ante Caccum in vincula Labyrinthúmq; Vetuloniæ coniecit, vt in præcedente quęstione posuimus.
C Quod verò inde Faulam puellam præmiũ virium Herculi Lucumones dederint, vt ait Verrius, hoc authores sic exponunt, sicut refert Seruius, super illud Aeneidos. Et cymini cum monte lacum. Fabulantur, in-
D quit, dum Hercules ad Euandrum pergeret, venisse ad Cyminios populos, subaudi Lucumones duodecim populorũ Etruriæ. Quibus petentibus, vt vim suam ostenderet, infixit terræ vectem ferreum quo exer-
E cebatur. Cumq; illi scilicet fortissimi Lucumones, non possent extrahere, tandem rogatus Hercules sustulit, & mox sequuta pertusum immensa aqua, lacũ Cyminium effecit. Nec est hoc fabulosum, sed natu-
F rale, quòd terra pertusa emittat aquas sublatentes, qualis est illa concha lacus Cyminij, & ius terræ, de qua Plinius in secundo naturalis historiæ, capite decimooctauo. In

sylua,inquit, Cyminia loca sunt in quibus A
terræ depacta non possunt extrahi, & ideo
non fuit mirum si Lucumones ad tentan-
das vires Herculis illuc eum duxerint, &
aquæ quibus abundant loca Cyminia, vt
cernimus, pertusum violẽter sequutæ eru- B
perint,& sensim illã concham oppleuerint,
& lacũ effecerint quem à monte qui adhuc
Cyminus prima syllaba producta dicitur,
tam syluã,quàm iuga, & regionẽ, lacúmq;
Cyminium nuncupant, & ab Elbio vlti- C
mo Larthe patre Turreni,vicus Elbij à Pto
lemæo scribitur, & à vulgo lacus viti no-
minatur. Denique quòd Argonautæ prin-
cipes simul comitati Herculem fuerint
vsque ad Euandrum, author est Varro,qui D
Argeum nomen Romæ, & in capitolina
Saturnia esse dicit,quia Argei principes cũ
Hercule ad Euandrum venerunt, & in Sa-
turnia subsederunt,quæ ad capitolium fun
data erat,vt amplè expositũ est in cõmenta E
riis super Fabiũ Pictorẽ. Habes igitur iter
verum atq; certissimum Argonautarũ per
Thusciã à portu Thelamonis & Herculis,
vsq; in Volturrenam regiam quidem com-
mune. At à Volturrena vsq; ad vrbem Ro- F
mam per iuga Cyminia,quod nunc cõmu-
ne est,tunc erat externis inuiũ,vt ait *Liuius*
in nono ab vrbe condita. Verùm Lucumo-

nes

A nes qui Herculẽ Faula puella, quam fortè
viſam adamauit, donauerunt, etiam ſecre-
tum & inconceſſum externis iter præbue-
runt. Et ita iter quod nunc eſt ab vrbe Ro-
ma per iuga Cyminia in Volturnam, nunc
B Viterbum, & ipſum ſimul nunc Viterbum
tunc Etruria & antiqua Turrena illuſtria
ſunt Herculis Græci & Argonautarũ pere-
grinatione, & virium oſtentatione.

Annia quæſtio vigeſimaſeptima.

C QVAERIS de Cecinna Suſiano, cur
Plinius illum Volaterranum dicat libro
decimo naturalis hiſtorię, capite vigeſimo-
ſexto, dicens: Cecinna Volaterranus eque-
ſtris ordinis quadrigarum dominus, com-
D prehenſas hirundines in vrbem ſecum affe
rens victoriæ nuntias amicis mittebat, quæ
in eundem nidum remeabant illito victo-
riæ colore. Reſponſio. Tria ſunt argumẽto
quòd liber mendoſus eſt. Primùm, quia aſ-
E ſuetus eſt impreſſor ſtomachoſas & ridicu-
loſas mendoſitates in nominibus vrbium
Thuſciæ ponere, & aperto mendacio Vola-
terranos pro Volturrenis ſcribere, vt ſuprà
probauimus quæſt. vigeſima. Secũdò ab in-
F terpretatione nominis, quia ſi Thuſcus eſt
equeſtris ordinis, ergo Thuſcinus Suſianus.
Tertiò, quod omnino cõuincit, eſt genealo
gia eius, quia hic Cecinna Augur equeſtris

ordinis, & quadrigarũ dominus fuit Vol- A
turrenus, pronepos Turreni, qui vrbẽ Etru
riam Romanis reddidit, vt clarè in fragmẽ
tis Cato scribit. Ideo caue ab impressorũ &
scriptorũ creberrima vitiositate, si non vis
cum cæcis ducibus cæcus in foueã cadere. B

Annia quæstio vigesimaoctaua.

QVAERIS de tertia vrbe quadrivrbis
Etruriæ, dicta vulgo Etrusco Para Tussa,
deq; origine nominum & regionum eius.
Responsio. Tussam Romani Tuscam pro- C
ferunt, vt diximus. Eam dictã à rege Tusco
filio Herculis Aegyptij, qui eundem filium
suum Vetuloniæ coronauit regem deletis
Lestrygonibus, author est Berosus in quin
to antiquitatum, & Festus breuibus absol- D
uit, dicens: Tuscia dicta est à Tusco Rege
filio Herculis. Verùm quia sub Iano qua-
driurbs Etruria condita est, vt Berosus, Ca-
to, Fabius Pictor, & alij plures conscribũt,
& Ianus longè Herculem Aegyptium & fi- E
lium eius Tuscum præcesserat, consequens
est, vt hæc tertia Etruriæ vrbs nomen sibi
proprium tenuerit. Dicimus autem illam
vulgò para Tussam, id est, hastatam siue
principem & coronatam Tuscam. Quare F
coniectura est, prius illi nomen Etruscum
fuisse Para, quòd Græcè Longhola à lon-
ghe hasta, & latinè hastata per interpreta-
tionem

A tionem dicta est. Vnde sicut Viterbum cõmuni cognomine dignitatis prius Etruscè Lucumonium, inde græca interpretatione Palæologum, & vltimo latine Viterbum dictum est, ita hæc eius pars tertia prius sub
B Iano Para, deinde sub Pelasgis, qui sacrauerunt F.A.V.L. per interpretationem dicta est Longhola, & ob id vicus Longus & latine hastatus dicitur. Tussa autem, id est, Tusca, à filio Herculis dicta est. Hanc por-
C tionem fuisse regiam, ex multis patet. Primùm, quia Para Tussa est hastata & coronata Tusca, ergo regia. Secundò, quia quælibet pars quadriurbis regiæ, regia est, & hæc est pars quadriurbis Etruriæ regiæ, vt
D sæpe explanauimus. Tertiò, quia deus regiæ vrbis vtique in parte vrbis regia colitur. Ergo hæc Tusca iuxta Volsinos regio erat, quia Vertumnus qui est princeps deus Etruriæ, teste Varrone in primo de lingua
E latina, in hac Tusca colebatur, vt Propertius in Elegia Vertumniana asserit, vbi inducit ipsum Vertumnum dicentem, non se pœnitere, quòd in bello Sabino Romam venerit ab vrbe Tusca in focis Volsinien-
F sibus. Hæc enim sunt eius mythica verba:

Tuscus ego, Tuscis orior, nec pœnitet inter
Prælia, Volsinos deseruisse focos.

Quando verò fuerint hæc prælia, insinuat

paulò ante finem Elegiæ dicens: A

Tempore quo socijs venit Lucumonius armis,
Atque Sabina feri, contudit arma Tati.
Vidi ego labentes acies & tela caduca,
Atque hostes turpi terga dedisse fugæ.

Igitur huius regiæ partis Tuscæ prima B
regio olim dicta est Craniſa, siue Razena à
filio Iani qui ibi ei succeſsit, vt Beroſus
in quinto antiquitatum asserit, à quo E-
truſci siue Turreni seſe vti à duce Raze-
nos vocant, vti Myrſilus & Dionyſius Ha- C
licarnasseus in primo libro scribentes. Ro-
mani, inquit, vocant Etruſcos à prima me-
tropoli ab his habitata dicta Etruria, se
autem ipſi Razenos vocant à duce Raze-
nua. Hæc autem in commentariis Myr- D
ſilianis & Beroſianis vberius à nobis ex-
poſita sunt. Sunt quoque argumento, quòd
à porta Salicicchia ad principium Macelli
maioris, prima Tuſſæ regio sit cognomi-
nata Razena & Craniſa à Crano filio Iani, E
cui fuit cognomen Razenua, quia adhuc
fonti proximo & hærenti huic portioni,
nomen à regione extat Craniſus, & in
domo domini Michaëlis Archangeli Ca-
prini, qui initia Macelli maioris incolit, F
ſuperioribus annis erant veſtigia turris di-
ctæ Razena. Et hoc conſonat ei, quòd Be-
roſus ſcribit in quinto antiquitatum, di-

cens:

A cens: Aruns nepos Iani templum Iano Vertumno ſtatuit, & Crano patri ſuo Lucum in Vetulonia ſacrauit, & inter Iſos, id eſt, deos annumerauit, & ipſi deo Razenuo in Vetulonia templum cõdidit. Si autem bene cernimus, vbi nunc ædes ſancti Ioannis in Petra, ibi finis Vetuleti, & principium Tuſſæ, & ibi nomina fontis Craniſi & turris Razenæ. Quare argumentum eſt, circa ſanctum Ioannem in petra fuiſſe lucum Craniſi, vbi ſunt à ſalicibus & florentibus arboribus Salicicchia, & Florita porta, & vicinus Craniſus fons luci, & ibidem Razenui templum, cui vſque ad turrim deletam Razenam, ſacra erat regio. Et ideo hæc prima Tuſſæ ſiue Para Tuſſæ regio Razena & Craniſa dicebatur, preclara luco & tẽplo Crani dei Razeni regis, à quo ciues regiæ Etruriæ ſeſe vocabant Razenos, non Turrenos & Etruſcos, vt ſupradicti authores aſſerunt. Nec moueat te, quòd mutato r, in l, non Razenam turrim, & Razenuam cryptam, ſed Lazenam & Lazenuam proferat vulgus. Primò, quia loca non illi ſacra retinent R, vt Razenus amnis quem corruptè quidam proferunt Razanum, & Razenẽſis regio vbi prædia habuit, vt nomen ipſum accuſat. Porrò hæc loca illi ſacra erãt, videlicet prima regio Tuſſę vbi turris olim Ra

zena,& delubrũ eius vbi crypta Razenua. A
Ergo dici debent Lazena & Lazenua, quia
in ſacris ſolet litera R,in L,mutari.Cui ar-
gumento eſt, quòd Auentinum montem
ſua ætate noluit Romulus vt coleretur,ſed
ipſum fratri ſuo Remo ſacrauit, vt Fabius B
Pictor dicit, & ipſum à fratre Remo Re-
muriam nominauit, vt Plutarchus in vita
Romuli, ſimul cum latinis ſcribit, & quia
ſacer erat Remo, non Remuriam, ſed Le-
muriam dixerunt. Quod certè Ouidius re- C
petens in quinto de faſtis dicit.

Romulus obſequitur lucémque Remuria dixit,
Illam qua poſitis iuſta feruntur auis.
Aſpera mutata eſt in lenem tempore longo
Litera:nam toto nomine prima fuit. D
Mox enim Lemures,animas dixêre ſilentum.

Et eodẽ modo aſpera r,in lenẽ l,mutata eſt
tẽpore longo, ac religionis ritu Razenã &
Razenuam in Lazenam & Lazenuam cõ-
uerſa ſunt.Sequitur hanc Razenam regio- E
nem,Demi Atus,clara ciuibus regiis Mœo
niæ ac Turrheno ampliatore Verbo,vt nõ
modo Deſyderij decretum dicit,ſed nomi-
nis interpretatio infallibiliter conuincit.
Eſt enim Demi Atus, populus Atus patris F
Turreni regis Mœoniæ. Deleta eſt ætate
mea Turris nomine regionis dicta Demi
Atus, vbi decretum Deſyderij exciſum li-

teris

A teris Longobardicis in alabastro effossum habemus. Vicus Longhus Græcè. Para, id est hastatus Etruscè, inclytus est coronatione Larthum & hastatione regum & ducum exercitus, vt nomen probat. Hinc tota
B vrbs para Tussa, id est, hastata & regia Tusca dicitur. Gaiolæ quarta regio in longitudine pontis para Tusi, vnde nomen habeat nondum compertum habeo. Quærendum esset in contractibus vetustis, si ea
C regio aliquo prisco Arameo & Etrusco vocabulo tunc diceretur, quia nomina antiquitatis prisca locorum sunt argumenta infallibilia originis ipsorum, vt omnes historici asserunt vtuntúrq;. Pons autem para
D Tussus, cùm nullus sit pons, constat ipsum non latina, sed Etrusca olim lingua dictum pro fluento distinguente inter Tussam & Ascreanum & Arbanum, vt declarauimus suprà in quæstione duodecima.

E *Annia quæstio vigesimanona.*

QVAERIS de quarto oppido Arbano & regionibus eius, nomina & rationes eorum atque origines? Responsio. Vt in commentariis super Xenophontem ostendi-
F mus, Arba est nomen pertinẽs ad linguam Arameam & Hebræam, & significat quatuor, & loco impositum significat vrbem regiam. Si verò ab Arba dicatur Arbanũ,

significat partem quadriurbis regiæ, & A
ideo cum Volturna, Vetulonia, Haſtata
Tuſca ſint tres partes quadriurbis Etru-
riæ regiæ, vt iam oſtendimus, equidem re-
ſtabat quarta pars regia, quæ exprimitur
Arbano priſco nomine, quod Plinij corru- B
ptores Herbanum pro Arbano ſcripſerũt,
ſiue cum aſpiratione, ſiue abſque aſpiratio-
ne velis ſcribere. Ipſum vt in commẽtariis
videbimus, diuidunt authores in duas re-
giones, Calumbum & Muſarnum. Muſar- C
nus collis eſt, vbi dicimus, caſtrum Hercu-
lis. Vnde & à cognomine Herculis collis
dicitur, non quia illud Muſarnus Hercules
condiderit quod ſub Iano ante Herculem
fuit, ſed quia ibi palatium fundauit pro co- D
ronatione Tuſci filij. Condidit tamen vr-
bem iuxta Coriti Lyanum, quam adhuc
Muſarnam appellant, & cuius ruinæ vi-
ſuntur, & de qua contractus noſtri conuen-
tus aiunt Agellum noſtrum eſſe in ciuitate E
Muſarna. In Ptolemæi Geographia repe-
ries Muſarnos populos, & Muſarnam vr-
bem in Gedroſia & Carmania. Sanè vt Be-
roſus ait, Libyo Aegyptio fuit nomen Li-
byus, cognomina verò Hercoles, Arnus, F
Muſarnus. Hercol, id eſt, pellitus totus di-
ctus eſt, quia toto corpore ferinis pellibus
ante inuenta arma pro armis tegebatur,

ad prop

A ad propulsandas iniurias, vt in primo libro Diodorus asserit. Item ab insigni & corporis robore cognominatus est Arino, & per syncopam Arno, id est, leo famosus, vti ait Berosus, & Talmudistæ interpretantur.
B Porrò ab doctrina militari, & initiationibus militiæ dictus est Musarnus, id est, doctor leo famosus, & eius milites Musarni, id est, discipuli Herculei. Hic Hercules initiamentis & incantamentis bellic cis deditus fuit, & non filius Alcmenæ, vt Græci confitentur, & Diodorus in sexto libro asserit. Et ideo Musarnas colonias dixit, id est, doctas à leone famoso. Vnde initiationem militarem Tuscam ipse (vt D existimo) docuit primus, quia Musarna eius ciuitas, haud procul Vadimonis lacu est. Collis verò Musarnus Arbani dicitur quòd ibi palatium construxerit, & milites initiatos filio suo Tusco reliquerit, E non quia illum primus fundauerit. Pars verò Calumba à Calubu Aegyptia lingua, aut melius à Calumbo Arameo vocabulo, quod teste Samuele nostro, viride significat, à quo non abest interpretatio diF ui Hieronymi, in libro de interpretationibus. Dicitur autem viride à luco proximo, vt author est Myrsilus. Argumẽto sunt nomina circa F.A.V.L. ędes beatę virginis de

viridi

viridi,& è regione beatæ Mariæ in Calum A
ba in fine collis Muſarni & principio collis
Acreani. Ergo Viterbenſes corruptè profe-
runt in Palumba cum in Calumba dicere
debeant. Aſcreanum nondum comperi an
ſit Arameæ originis. Non enim exiſtimo à B
Gymnaſio aliquo Græco dici, cùm vrbs E-
truria horruerit literas & diſciplinas Græ-
cas,& ob id Latinas noluerit recipere vſq;
ad Cecinnã, vt ex Catone ſupradiximus.

Annia quæſtio trigeſima. C

QVAERIS quid diſtet inter Tuſciam
& Thuſciam, cum alterũ ſine aſpiratione,
alterũ aſpiratè proferimus. Reſponſio. Au-
thores quos Feſtus collegit, triplicem illi aſ
ſignationem faciunt. Primam Græcam, Se D
cundam Arameam. Tertiam Babylonicã.
Prima cum aſpiratione thuſcia deriuatur
à thuſco futuro huius verbi thuo, id eſt ſa-
crifico & aruſpicor. Hinc Græci à ſacrifico
ritu thuſciam & thuſcos cognominauerũt E
Turrhenos vt Plinius in III. natur. hiſt. aſſe
rit cap. VI. Et ita ſignificat totam prouin-
ciam. Si verò fiat ſine aſpiratione vocabulo
Arameo Tuſcia & Tuſcus ſignificat duas
vrbes dictas à Tuſco rege filio Herculis, & F
ſignificat ſolùm eas vrbes, Para Tuſſam &
Tuſſam Nanam, quæ diruta iacet inter
Tuſcanellam & Caninum. Si verò Baby-
lonicè

A lonicè dicatur à Toſco, ſignificat loca ad quæ non facilè poſſunt adire homines, vt Cicero expoſuit,& Feſtus refert. Hinc & curias dominorum quas non facilè poſſunt ingredi homines, & rupes difficilis aditus,
B vocant Toſcas Babylonici, vt patet in Targum Babylonico apud Hebræos, quia vbi nos habemus Conuertit rupem in fontes aquarum,ibi dicitur Toſca in fontes aquarum. Hoc pacto omnis ager tetrapolis E-
C truriæ ac ſolus dicitur Tuſcia & vrbs Tuſca Etruria, quia ad Lucumones difficilis patebat externis aditus. Vnde nec ipſa nũc publica via Cyminia patuit, vſque ad perdomitam Etruriam,vt patet in Liuio in no
D no ab vrbe condita. Sola & vnica erat via pro itineribus,atque ea ſtudiosè cuſtodita, nec tamẽ ad vrbem ipſam regiam ducens, ſed ſub ea plus vno miliari porrecta per Minionem & Camillarios atque Tuder-
E nos, quos Ptolemæus Sudernos vocat, vt æſtimo corrupta prima litera, ſicut eadem corrupta nunc Mudernum & muri Muderni, & corruptius Maderni dicuntur à quibuſdam. Eam viam aggreſſus,venit ad Lu-
F cumones eorúmque Larthem Tarcontem tertium celer pro auxilio Aeneas,teſte Vergilio in octauo Aeneidos vbi ait,prope cæritis amnem eſſe collem celſum,& amnem

Egeli

Egelidum. Et in Egelido quidē fluuio ipſe A
luſtratus eſt ad colloquium Veneris. Et in
celſo colle vidit à longe ingentem lucum
Lucumonum, & in ſubſidentia arua vidit
legiones, vbi Tarcon & Turrena tuta tene
bant caſtra locis. Tuta ergo dixit quia To- B
ſca & difficilis erat ad illa aditus. Et hoc pa
cto ſignificat ſolùm agrum Volturrenum
Tetrapolis Etruriæ, qui clauditur à tergo
iugis Cyminiis vt cernimus, à fronte iugis
Volſinienſibus. Nam in eadem parte ſunt C
Etruria & Volſinium ſiue Volturreni co-
gnomine Etruſci & Volſinienſes. Rurſus à
ſiniſtris finitur Elerano amne, qui nos à
Tarquiniis diſterminat, & amne Larthe,
quem corruptè Marthe dicimus, vt patet D
in Itinerario Antonini. Hic amnis diſcer-
nit Tuſcos, à Tuſſa Nanis, nunc Tuſcanel-
lis. Porrò à dextris eſt portio Tyberina ſe-
cernens nos à finitima Vmbriæ, de quo Li-
ui. in nono ab vrbe condita. Excurſum in- E
quit conſulis Fabij per iuga Cyminia ſen-
ſerat ſub radicibus Cyminiis iacens ora,
mouerátque indignatione, non modò Etru
riæ populos, ſed & finitima Vmbriæ. In hac
finitima Vmbria ſunt Veilumbri, vt Albu- F
ni, Pennenſes, Amerini, & eiuſcemodi. Et
argumentū differentiæ ſumimus, quia pro
tota prouincia Thuſciam & Thuſcos cum

aſpir

A aspiratione scribunt veteres. Pro vrbe verò Para, siue regia, sine aspiratione scribunt, Tuscam & Tuscos, & Tuscanienses. At pro toto agro & populis eius atq; oppidis olim Toscis, id est, difficilis aditus populis, & sine
B aspiratione scribunt, & cum in propositione vtuntur in Tuscis. Vnde Plin. in XIIII. nat. hist. cap. IIII. In Thuscis inquit, peculiaris vua est Tudernis, æquè ac eius nominis Florentia, Aretij verò Talpana. Hic in
C Tuscis & Aretij per distinctionem dixit, quia Aretiũ non est in Tuscis. Tudernũ verò quod Mudernum & Sudernum corruptè proferunt, in Tusis Tussetinis thermis est à quo Tudernis vua, & similiter Florenti-
D num à quo vua Florẽtia est in Tuscis, & in fine regionis adhuc Vadimoniæ dictæ, non enim Plinius Florentiam vuam à Florẽtia nunc opulenta potuit dicere, cuius tunc nomen non erat, sed illos Fluentinos à præter
E fluẽte Arno appellauit. Rursus vt supra in quæst. VIII. dictum est. Plinius dixit Romanos se appellasse Trossulos, quia sine pedite ceperũt Trossulum oppidum in Tuscis, id est, regione difficilis aditus. Et si bene ad
F uertes, quæcunq; in Tuscis aut in Tuscos inuenies, in Etrusco Viterbensi agro nunc sunt. Hęc apud Festum abbreuiata à nobis explanata, à Longobardis cõfusa reperies.

Annia

Annia quæstio trigesimaprima. A

QVAERIS quo pacto diuidebatur tota Tuscia, & qui gentium eius limites, & quo pacto ordinabantur? Responsio: Cato in fragmentis quæ post Myrsilum exposui mus, diuidit eam in tres gentes dictas in se B cunda & quarta quæst. videlicet in Maritimam, Ciscyminiam, Transcyminiam. Gẽs maritima sunt (vt ait) Phregenæ, Alsiũ, Agilla cognomine Cære, Pyrgus Tarquiniæ Tarcona dicta, Grauiscæ, Volce, Cosæ, The C lamon, Vmbro, Caput Etruriæ Phaliscæ, Populonium, Volaterrę ac Vada eius, Pisa, Luca, Lucus Feronię, Luna. Secũda est Ciscyminia ab vrbe Roma vsque ad Cyminia iuga, à Thuscis dicta Lartheniana cogno- D mine Veiens à Metropoli. In ea populi, Sabum, Larthenianum cognomine Veiens, Soracte, Phescennium, Phalaris, Flauianũ, Nepe, Phaliscanum, Sutrium, Lacus cyminius, Gens tertia Transcyminia est à iugis B cyminiis vsq; Pistorium. In ea populi Volturrena sub Cyminiis radicibus iacens cognomine Etruria, Aruntes veteres cognomine Camillarij, Olena, Tussa Nana, Vol sinæ Clusiũ, Perusia, Aretium, Phæsulæ, Pi- F storium. Ordo autem militaris erat. vt maritimi præcederent Larthem, & Veientes siue Ciscyminij sequerentur Larthem, &

Trans

A Transcyminij essent cum Larthe. Quem ordinem quandoq; poëtæ exprimunt, præcipuè in octauo libro Sillius Italicus, qui legionis Thuscorum ordinem dictum describens, simul & ex quibus legio ipsa vr-
B bibus collecta sit à Romanis contra Hannibalem, à maritimis cœpit dicens. Iámque per Etruscos legio completa maniplos Rectorẽ magno spectabat nomine Galbam. Huic genus exoritur Minos inuisáq; tauro
C Pasiphaë, clari dehinc stant ex ordine patres. Itaque ordo legionarius circa ducem Etruscum Galbam fuit ex ordine patrum trium gentium. Prima fuit Gens maritima antecedens ducem Galbam, vti olim
D Larthem, fuerúntque milites ex vrbibus maritimis, Phregenis, Alsio, Cære, Tarquiniæ, Grauiscis & Luna quæ fuit his pauor, sicut fuit tempore Porsenę clusinij, qui fuit Romanis mœnibus terror, quando voluit
E reducere Tarquinios superbos. Sic enim de his ait: Stabant dehinc ex ordine patres militum, & subdit. Lectos Cære viros, lectos Tarcona superbi Tarcontis domus, & veteres misere Grauiscæ. Nec non Ar-
F golico dilectum littus Aleso Alsium, & obsessæ campo squalente Phregenæ. Lege totum, vbi inuenies de gente Transcyminia, fuisse solas duas vrbes cum duce Gal-

ba, scilicet Phesulas, & Vetuloniam, quam A
fuisse regiam curulem, togatam, armatam, principem & datricem primorum fascium laudat. Et subdit, quòd ducem & hos Vetulonos sequebantur proximi Etruriæ Veientes, vt ait Liuius, id est, tertia Ciscy- B
minia gens proxima Vetuloniæ. Vnde Vetulonos demonstrans ait. Hos Vetulonos iuxta erat Nepesina cohors, Sutrium, Lacus Cyminius, Phalisci, & reliqua. Vnde pulchro ordine Sillius peragrauit tres gẽ- C
tes, eundo per maritimam à Phregene prima vsque ad vltimam Lunam metropolim. Deinde à Luna, venit in Trãscyminiã, vbi primò occurrit Phæsula vsque ad Cyminia iuga, quibus est Vetulonia, A qua in D
Ciscyminiam gentem per lacum Cyminium, Sutrium, Nepe & alios populos, narrationem compleuit. Itaque iuxta Catonem & alios. Etrurię gens triplex erat. Prima maritima, in qua primũ oppidum erat E
circa Tyberim Phregenæ oppidum: postremò verò vrbs Luna proxima Macræ. Secunda gens erat Transcyminia, cuius prima oppida erant Phæsulæ ac Pistorium circa transitum huius gentis in Galliam nunc F
Lombardiam. Vltimum erat Etruria proxima lacui Cyminio quæ erat tetrapolis scilicet Volturna, Vetulonia, Arbanum &

hastata

A hastata Tusca. Tertia gens erat Ciscyminia, cuius limes & oppidum proximum Etruriæ erat vicus Elbij, qui & lacus Cyminius, postremum Larthenianum siue Veiens. Hæc in authoribus clara, compertáq;
B sunt, si eos perlegas.

Annia quæstio trigesima secunda.

DVBITAS & quæris cur Plinius discreuit inter Arbanum, & alias tres regias par
C tes, nam simul ponit Tuscanienses, Vetulonienses, & Volturrenos. Secundò, cur inter ea discernit. si erãt vna ciuitas Etruria. Tertiò, si conueniunt confines partibus his quatuor & toti apud authores. Responsio.
D Plin. in tertio nat. hist. cap. sexto percurrens gentes Tusciæ, primò excurrit maritimam ordine suo à Luna ad Phregenas. Transcyminiam autem & Ciscyminiam, non ordine quo fuerunt antiquitus, sed quo erant tẽ
E pore suo diuisit in colonias & liberas vrbes, vti ibi patet. Et vt ibidẽ apparet, liberas vrbes diuisit per literas Alphabetales. Et quia per aspirationem ipse scribit Harbanum hinc est quòd separatim & quàm longissi
F mè Arbanum scripsit à Tusca, Vetulonia & Volturrena, quantùm scilicet distant inter se literę H. T. V. à quibus illa incipiunt Quòd verò cùm Hetruria esset vrbs, vna

tamen vt distinctas vrbes nominauit, hoc A
est quia erant quatuor oppida quæ tũc pro
quatuor vrbibus habebãtur. Erat enim E-
truria tetrapolis, vt inter authores conue-
nit, erátque regia, & absque mœnibus, &
singula vrbs pro singulo & distincto popu- B
lo habebatur vsque ad tempora Desiderij
regis, quod priuilegium in aliis vrbibus nõ
habebatur etiam si Dipoles & Tripoles es-
sent, quia nõ erant regiæ. Et ob id vnico no
mine & sub vno populo computabãtur. E- C
truria verò vnico quidem communi nomi-
ne Etruria & Turrena dicebatur à Tursi-
bus, sed singulę partes vt singuli distincti in
vrbe populi nominabantur. Ad id facit Pli.
Tertio ex dictis satis conueniunt confines. D
Nam Cato à tergo limites posuit, quando
dixit Volturrenam cognomine Etruriam
esse in subcyminiis radicibus iacente ora.
Similiter Liui. in primo ab vrbe condita cũ
dixit: Erat Sabinis vicina Etruria, proximi E
Etruriæ Veientes, Eosdem limites assigna-
uit Sillius Italicus ipsi parti Vetuloniæ, cũ
significauit iuxta Vetulonios esse Cymi-
nium lacum & Ciscyminios populos. Por-
rò Volturnæ Plin. assignauit à fronte Vol- F
siniẽses, cum dixit, Volturreni cognomine
Etrusci, in eadem parte Volsinienses. Eos-
dem Volsinienses à fronte para Tussæ siue

coronat

A coronatę Tuſcę pro limite aſsignauit Propertius cum inductus ab eo Vertumnus dicit: Tuſcus ego, Tuſcis orior, nec pœnitet inter prælia Volſinos deſeruiſſe focos. Simi liter à ſiniſtris Arbani & Vetuloniæ aſsi-
B gnantur quatuor limites. Thermæ, amnis Ecalidus piſcoſus, amnis Egelidus, & Minio. Thermas quidem & thermales amnes piſcoſos aſsignat Plin. in ij. naturalis hiſtoriæ, capitulo ſexto, & marmora exciſa Cy-
C belaria. Plinius enim per diſtinctionem à Piſa dicit. Aquis calidis Piſæ innaſcuntur ranæ, ad Vetulonos verò in Etruria, piſces. Marmora item ſcribunt. Hercules Aegyptius turritam ędem fundauit ſupra Ther-
D mas iuxta Vetulonos. Vergilius verò in viij. Aene. dum ad Lucumones Aeneã mittit, eũ veniſſe ad Minionem aſſerit in collem, vnde prope fanum Volturnę ac legiones vidit, & in Egelido fluuio luſtratus Ve-
E neris oraculum promeruit. Egelido & ecalido amnibus nomina adhuc vernacula lingua Tuſca permanent. Nam Egelidũ Fredanum dicimus, quia à pura gelida fontiũ ſcaturigine naſcitur, & Ecalidum Calda-
F num vocamus, quia ex Thermis & mineris calidiſsimis vt plurimùm effluit, generans ad hanc ętatem piſces copioſos & ſalubres. Itaque omnes confines & limites præſcri-

ptos ab authoribus de Tetrapoli Etruria & partibus eius, itémque nomina atque cognomina vetusta simul sumpta, solum habet Lucumonium, Palęologum, Viterbum, Solum Viterbum igitur est Etruria regia Tetrapolis prima sub Iano condita. Quæ cuncta etiam per authores & commentaria atque historiam Etruscam, planiora habebuntur. Et ideo hoc vltimum enthymema memoriter tenendum est à nostra iuuentute Viterbensi, ante omnem lectionẽ harum quæstionum & aliorum operum nostrorum, quia cuncta irreuincibiliter atque necessariò si simul colligantur, ipsum comprobãt, & irreuincibiliter fundãt firmántq;: vt eruditissimis viris patens est. Et idcirco non blatterone & futili viro, sed literatissimo iudice atq; cẽsore nostra opuscula egẽt.

Annia quæstio trigesimatertia.

CVM apud Tuscanellam essem, intuitus sum apud quandam portam hoc carmen vetustissimis literis & lapide excisum.

Ingreditur quisquis huius per limina portæ, Ascanium norit, hanc vrbem exædificasse Consilio Martis, in somnis admonuit qui Troianum Aenean, vt vbi catulam reperiret, Vna cum catulis bis binis conderet vrbem, Turres quadrantur, tolluntur mœnia sursum. Sic fundata fuit hęc

vrbs

A vrbs & Ciuita dicta à Cane Tuscana dicta est & Tusca Canella.

Quam quoq; rex Tuscus processu temporis auxit. Quid existimas de hoc carmine? Respõsio. Existimo verisimũ esse, quippe quia negare veteres titulos & inscriptiones quæ authoribus congruunt, viri est pauci sensus & blatteronis. Nam teste Pactantio libro primo diuinarum institutionum cap. xj. antiquus author Euemerus C Messanus res gestas Iouis collegit & contexuit historiam ex titulis & inscriptionibus sacris, quam historiam interpretatus est Ennius & sequutus. Eam tanto feruore animi suscepit Græcia, vt sacram appella- D uerit. Ergo plus quàm sacra est Hetrusca historia, & commentaria nostra, quæ non solùm titularibus argumentis, sed præter eos etiam præcipuis authoribus, præscriptis limitibus, nominibus & locis adhuc E perseuerantibus, & historicis eiuscemodi innumeris argumentis constat. Itaque non sunt neganda hæc carmina, quæ cum antiqua, tum etiam Vergilio congruunt. Ait enim in viij. Aeneidos. Aeneam Troium F trãsmisso Minione curasse equos & corpora non procul luco & castris Tarcontis existentis in aruis latis. Curato verò corpore, ait lotum fuisse Egelido amne, vulgò verò

Fredano,vbi in ſomnis admonitus fuit à A
Venere. Qui dicit à Venere,nõ negat etiã
à Marte,vt inſcriptio ſupplet. Hæc in viij.
lib. Deinde in x. repetit,quòd cùm Aeneas
diſceſsit ab Euandro,ſupple habito etiam
noctu oraculo,manè caſtris ingreſſus He- B
truſcis regem Tarcontem ſalutauit,& da-
tis dextris ab eo claſſem accepit,cui præſi-
debant quatuor duces,videlicet Maſsicus
ex Maſſa vrbe maritima,nunc Senenſium.
item Toruus Abas populi maritimi prin- C
ceps,vbi nunc caput Albium vt Albiũ vul-
gò pro Abantium latinè dicimus. Tertius
fuit Oſinius rex,id eſt,Lucumo Cluſinus.
Quartus verò fuit Aſilas augur Piſanus,vt
clarè enumerat ibi Verg. Ergo inuenit ibi D
catulam prope Egelidum amnem cum bis
binis catulis. Sed quia bello impeditus Ae-
neas oraculum de ædificando oppido im-
plere non potuit,filius eius Aſcanius ſup-
pleuit,ędificauítq; monopolim Ciuitam,à E
cane inuenta dictã Tuſcanam per ſyncо-
pam(nã Tu Eſcana à catula cane dicitur)
& proceſſu temporis Tuſcus iunior fecit eã
dipolim. Eſt igitur veriſsimum carmen.

F

Annia quæſtio trigeſimaquarta.

QVAERIS ſi Tuſcanella & Tuſca regia
ſint eadem,cùm quia quidam dicunt Tu-
ſca

A scanellos esse Tuscanienses,tum præcipuè quædam vetusta inscriptio etiam Tuscanienses apud eos nominat.Responsio.Qui dicunt Tuscanellos & Tuscanienses esse eosdem,hoc docēt quod nesciunt.Nō enim
B Tussia,& Tussa Nana est eadem,nec valet à diminutiuo Nana,est Tusca Nana,ergo est Tusca.Nec valet quòd ibi lapis quidā Tuscanienſem nominet,quia non Ciuem suū sed para Tussæ insinuat,sicut Romæ in-
C scriptiones sunt Hispanorum, Gallorum, non tamen Roma est Hispania vel Gallia, sed in ea fuerunt illi viri præclari.Sed vt eruditè ostendatur Tuscam,& Tuscanellā non esse eadem,differentiarū inuincibili-
D bus argumentis vtamur.Primò à tempore. Tuscanella enim post Troianum excidiū cœpit sub Ascanio,vt supradictum carmen docet.At Tusca,ante Herculem Aegyptiū sub Iano cœpta est,quia est pars para,id
E est,hastata & coronata,ante Tuscum filiū Herculis dicta.Secundò à deriuatione nominis,quia à cane Tuscanella nomen accepit.At Tusca,à Tusso rege filio Herculis Aegyptij,vt Berosus docet & Festus insi-
F nuat.Amplius à deo regio.Nam Vertumnus deus Tuscæ Tetrapolis fuit & regiæ intra limites Volsinienses.At Tuscanella nunquàm Tetrapolis & regia fuit,sed pri-

mùm sub Ascanio Monopolis Ciuita dicta A
rustica fuit, inde sub iuniore Tusco adau-
cta solũ Dipolis opulenta est, vsque ad hæc
tempora, quæ solùm constat Ciuita parte
veteri, & parte noua. Item ipsa est intra li-
mites Tussæ Nanæ, & extra limites Vol- B
sinios, vt inter quos Larthes fluuius di-
uidit. At Tusca Vertumni Volsinos Fo-
cos & limites colit (vt ostendit Proper-
tius.) Item Fani Lucique ingentis mo-
numenta esse docet, vbi regia Tusca. At nõ C
Tussæ Nanæ, aut Tuscanellæ, sed para
Tussæ sunt FAVLIS monumenta. Sunt &
alia complura argumenta differentiarum,
quæ quisque regionis expertus comperiet.
Verùm quoniam linguæ origo plurimum D
ad arguendum in historia valet consequẽs
est, vt ante fuerit Tussa Nana quàm ei vi-
cina Tuscanella, quia Tuscanella est nomẽ
Latinum, & Tussa Nana est Barbarum &
Etruscum, quod antecessit Græcam & La E
tinam linguam. Est autem Tussa Nana id
quod Tuscanella, & Tuscanella id quod
Tusca iunior & parua. Porrò iunior & par-
ua ad priscam & regiã refertur. Ergo Tu- F
scanella ad Tussam Nanam se priorem re-
fertur, quæ ex ruinis eius adaucta per in-
terpretationem Tuscanella dicta est lati-
na lingua posteriore, & Tussa Nana ad
Par

A Para Tussam refertur, quia regia & coronata cognominatur. Et antiqua prisca regia Tusca est, quam adhuc prisco vocabulo Para Tussam vocamus: Huius oppidi ager à Vetralla in Lyanum Coriti Musar-
B namq; tendebatur. Argumento sunt limites quorum qui circa Corti Pyanum est, dicitur vulgò Vadus Tuscaniēsis, ferme quarto miliario, aut paulò amplius distās à para Tussa in agro eius, & alter iuxta Vetrallā
C adhuc para Tussus dicitur. Itaq; Vetralla oppidum quod & forum Cassij dicitur, ad ius vetus Viterbensium spectat. Quòd si vis aliam differentiā, vtique vbi Tusca regia, ibi aliæ partes, Volturna, Vetulonia, Arba-
D num, & Faul. At Tuscanella nō est vbi sunt ista, nec ex his vel minimum vestigiū habet. Item Tusca est pars Etruriæ regiæ, vt ex superioribus patet. Ergo est cognomine Etrusca: quia Etruscum ab Etruria di-
E citur. At non Tuscanella est cognomine Etruria, sed Volturrena, vt sæpius probatū est. Quare Tusca nō est pars Tuscanellæ, neq; vbi est Tuscanella, sed vbi Volturna.

Annia quæstio trigesimaquinta.

F QVAERIS quomodo Galba Etruscus ortū habuit ex Minoë atq; Pasiphaë, vt suprà in quęstione xxx. insinuauit Sillius Italicus. Respōsio. Repetēdū est quod in histo-

ria

ria Etrusca posuimus videlicet quod sacra- A
to luco ingenti Pelasgi in fano Volturnæ
vt Vergilius insinuat & hoc sub Tarconte
secũdo, pro societate inter Turrenos & Pe-
lasgos, Tarcon continuit Pelasgos in offi-
cio. Et vt Manethon dicit, & tempus cõcor- B
dat, Tarconti succesit Tyberinus pater,
Ocni conditoris Mantuæ. Quidam autho-
res Latini, vt Seruius refert super viij. Aen.
putant hunc Tyberinum fuisse regem Tu-
scorum, alij Aboriginum, quem Glaucus C
filius Minois circa Tyberim occidit, & illi
nomen dedit, qui prius Albula dicebantur,
Et hoc totum verũ est. Nam Larthes Etru-
riæ non solùm Tuscorum sed & Aborigi-
num, & totius Italiæ rex erat, vt Fabius Pi- D
ctor scribit de origine vrbis Romę. Hic er-
go Tyberinus cœpit Pelasgos ab Etruria
excludere. Nam teste Dionysio Halicar-
nasseo in primo libro duabus ferme ætati-
bus, id est, quinquaginta annis cœptum est E
affligi & pelli à Turrenis & Aboriginibus
genus Pelasgicum, ante Troianum exci-
dium. Hoc autem tempore Larthes erat
Tyberinus vt Manethon indicat, & tem-
pus sic cõprobat. Manto Fatidica filia Ty- F
resiæ vatis Thebani, primùm seruiuit sub
Cleonte, inde sub Theseo, quæ paulo an-
te finem eius fugam in littora Asiæ iniit,

móx

A móxque in Tuſciam ad Tyberinum nauigio vecta, ab eo grauida effecta peperit Ocnum, vt omnes Græci & Latini conſentiunt. Forro Theſeus fuit pulſus regno anre Troianum excidium annis xxiij. vt Eu-
B ſebius notat. Quare tunc regnabat Tyberinus, quia ad eum venit Manto. Itaq; Tyberim, cognominabant Pelaſgi Thybrim, vt refert Seruius ſuper viij. Aeneidos, id eſt, iniuriatorem, quia latrocinabatur contra
C eos circa ripas Tyberis & iniurias irrogabat. Nam Hybris Græcè iniuria eſt Latinè, vt ait ibi Seruius, præpoſuerunt conſonantem T, & dixerunt Tyberim de more. Quod & nos poſuimus ſupra quęſtione vj.
D Cauſa verò huius diſcordiæ primus fuit Minos, qui accepto quòd Tuſci recepiſſent in ſocietatem Pelaſgos, tentauit & ipſe imperio ſociari. Vnde miſit primũ illis Aboriginibus qui erant in Latio ſub rege Fau-
E no patre Latini, donum zonæ, iunctáque cum illis amicitia, miſit ad eos Glaucum filium, qui ab eis imperium peteret, & non accipiens, ab Agillinis aſcitus, cauſam diſcordię prębuit quòd quaſi iure participati
F imperij Cęriti amni patris Minois nomen indidit, quem permutata prima litera i, Minio poſteri dixerũt. Et hoc eſt quod authores dicunt, & Seruius abſoluit breuibus

ſuper

super vij. Aeneidos ibi: Victi scuta Labici. A
Cum inquit Glaucus filius Minois à Labicanis Latij Italiæ imperiũ poscceret, nec acciperet, quia nihil prestabat sicut pater eius ante præstiterat zonam eis mittendo cùm antea discincti essent, mox eis ostendit B
scuta picta, à quibus & ipse Labicus, & populi Labicani, & Romæ via Labicana. Sed quia de his satis in historia Etrusca diximus, hoc satis sit, quòd Glaucus ipse filius Minois, interfecto apud Tyberim Tybe- C
rino, ab eius successore Mezentio apud Agillam obsessus & captus, & in Etruria captiuus filios genuerit. Hoc argumentũ validissimum est, quòd Etruscus Galba fuit genere Minoico & Pasiphaës, vt clarè asse- D
rit Sillius. Ex quo patet quòd Etruscus Mezentius, dictus est Agillinus à victoria & triumpho, vti & Scipio Aphricanus & Cæsar Germanicus & huiusmodi. Et hoc tempore bellantibus Turrenis cõtra Agillam E
eadem submutauit nomẽ & dicta est Chere, vt Strabo narrat in quinto libro Geographiæ.

Annia quæstio trigesimasexta.

QVAERIS quæ & quot sint illa nomina F
quæ in octauis paschæ fermè quinque iam annis superioribus cum Rabi Samuele & duobus aliis Talmudistis conferebam. Respon

A sponsio. Quæ & quot simul difficile essent memoratu, nisi forte successiue conferendo & scribendo in memoriam redirent. Quorum verò memini, sunt in primis quę de oppidis Coriti regis Turrenæ sedis, nũc
B vt suprà ostendimus Viterbi, spectabant, vt Corit Nyenta, Cortilianum, Cortenebra, Cort Nossa, & eiuscemodi, quę adhuc apud nos manent memoriæ Coriti. Item quid sibi volunt ista, Ry Gomerius, Ry Osiris, Ry
C Atlaus, Ry Ianus. Et inscriptione sub statua Cybeles Ry. Sipib. Item Mõ & Mõt, vt Mont Arune, Mont ęrano, Mõ Dyrimano, Mon Taliano, & eiuscemodi multa. Nam cùm Coritus ante Dardaniam conditam
D fuerit, quando non erat Latina vel Græca lingua, patet ad linguam Arameam & Aegyptiam, qua inuenitur vsa Etruria, recurrendũ esse. Itaq; sic interpretati sunt omnia hæc vocabula, Kat Enakim, est congrega-
E tio gigantum. Etiam vt aiunt, apud Hebræos sunt Kat Enaci, à nobis amnes dicti. Item Lurkij sunt lingua Aegyptia vetusta, gigantes comestores hominum. Apud nos domiciliũ Lestrygonũ iam deletum, dici-
F tur Lurkij. Rursus apud Aegyptios Min est vrbs. Mon verò municipiũ paruũ, Mont verò vicus & colonia. Vnde & chẽmin Panos vrbẽ Diodorus interpretatur in primo

lib

libro. Ergo Mon Talianum, municipium Italianum dicimus. Nam i, primam syllabam truncamus, vt q. xiiij. diximus. Sunt apud nos duo Mon Taliani. Item mont Arune vicus vel coloniæ Camillariæ sunt, quas Aruntes veteres vocant authores. Ry significat apud Arameos ducem & regem, vbicunque ponitur. Nossa apud Arameos significat locum ad auguria capienda aptũ. Beatus vero Hieronymus interpretatur forte augurium, libro de interpretationibus. Hinc per syncopam de more Tusco Cort Nossa est Coriti locus augustus, in agro Etrusco iuxta Volsinienſem lacum. Illud deleuerunt Romani, cum ipsi vicino oppido Cort Enebradũ excurrentes agrũ eis iunctum Tarquinienſem, etiam ex improuiso hæc duo oppida diruerũt, vt Liuius meminit vj. libr. ab vrbe condita. Non tamen sunt Tarquinienſium, sed Etruscorũ, vt ibidem dicit. En est munitiuncula parua vel oppidulum vt aiunt. Enta vero fortes & validani. Eber transitum significare dicũt. Ergo Cort Enebra est coriti munitiũcula parua in transitu. Et quidem Etrusci Cort Nossam nunquã reædificauerunt, sed cort enebram, quã adhuc munitiunculam fuisse apparet, & à formicis deleta castrũ formicarum vulgò dicitur. Sæpe enim etiam

mag

A magnæ vrbes à minutis animantibus deletæ sunt, vt author est Plin. in VIII. naturalis historiæ. cap. XXVII. Est autem nõ procul Cort Nossa, vt etiam significat Liuius loco supradicto. Porrò Lyanum vt aiunt,
B rupem sciſſam significat. Cui etiam congruit interpretatio Papiæ, & Rabani qui vocabula Barbara non indoctè exponunt. Est igitur Corti Lyanum rupes abscissa Coriti, quæ adhuc cum nomine perseue-
C rat & paucis vestigiis, iuxta vadum Tuscanienſem & Musarnam vrbem. Item dicebant apud veteres Arameos distare inter Ny & No, quia Ny montem, & No fama præclarum significat. Hinc Arno, est leo fa-
D ma inclytus Hercules, & Corit Nyenta est Coriti mons & munitum oppidum, olim caput Lydorum agrestium. Hinc in Lyguria Entella arx munita erat & forte oppidum. Hic Coriti mons & oppidum sæpe
E ab authoribus celebratur. Vnde super Aeneida Seruius sæpe ait Coritũ fuisse regem Thusciæ. Et item Coritum esse montem & oppidum in Tuscia. Est enim in iugo Cyminio alto, inter Capenã & ipsum nomen
F Cyminium, & sunt vestigia arcis cùm nomine vetustissimo Etrusco Corit Nyenta, id est Latinè, quod Seruius ait, Coritus mons arce munitus & oppido.

Annia quæstio trigesimaoctaua. A

QVAERIS quid sibi velint quidam iuniores qui extremas Coriti vrbes dicũt esse Cortonam, quam putant dictam à Corito coritonam, & per syncopam cortonam, & rursus coritum montem esse Cornuetum B maritimum. Responsio. Vtique id sibi volunt isti, quòd & Græci Samothraces, qui dicunt Dardanum conditorem Dardaniæ fuisse Samothracem. Ac propterea, quia sine certo authore & ratione atq; argumen- C to historico, per opinionem quandam Barbaram loquuntur, vtique eadem facilitate contemnuntur qua proferunt iuxta regulam beati Hieronymi. Quin etiam & falsiloqui comprobantur. Nam ante Cæsares D Romanos non à vetusto Corito Cortona, sed Crotona mediterranea dicta erat, & tempore Cæsarum positis coloniis Romanis dicta est Cortona, vt expressè asserit Dionysius Halicarn. in primo libro, qui eo E tempore Romæ fuerat. Non igitur à Corito Cortona dicta est, quæ id nomen sortita est à Romanis post obitum Coriti, annis mille trecentis & amplius. Itaq; cùm Vergilius dixit: Extremas Coriti penetrauit ad F vrbes, Lydorúmque manum collectos armat agrestes, nõ intellexit Cortonam quæ hoc nomẽ nondum tenebat, sed Turrenam

sedem

A sedem Coriti, de qua suprà dixit: Hinc illum Coriti Turrena sede profectum, vbi adhuc extant vestigia Lydorum agrestium & arcium, munitionúmq; cùm nominibus Coriti. Qui verò Cornuetum existimant
B montem Coritum, etiam erronei probantur. Nam vbi Latina lingua est mons Coritus & oppidum, ibi Etrusca Corit Nyenta, vt locus ab interpretatione conuincit. Porrò Corit Nyenta est in iugo Cyminio,
C & Volturreno regio, vt cernimus. Quare ibi est quærendum oppidum & mons Coritus & non ad mare. Similiter ab interpretatione Cor Nueti, quod vulgo Etrusco Cornetum profertur. Est enim Nuetum
D Etrusco & Arameo vocabulo, teste Samuele nostro, id quod grauis aëris siue Grauiscum apud Latinos. Quod etiam probatur inscriptione apud eos Etrusca, quæ ait eos dictos Nuetinos à vicino fluento Grauisco,
E & aquis grauiscis. Porrò mons Coritus, à Grauiscis vrbe distinguitur. Præterea in descriptione eorũ dicitur quòd Nuetũ dictum est, non Cor Nuetum. Quare nõ à Corito. Cor appositũ est, sed à Latinis qui nouum
F castrum adiicientes veteribus Grauiscis, ab insigni Corno arbore Nuetum, Cor Nuetum dixerunt, quia Etrusci ab insigni sæpe vrbes appellauerunt, vt Sutrium, à Suto

& tribus, id est, frumẽto triplicato Sutrium dixerunt. Est enim illorũ insigne spica triplex. Similiter phescem, armatum equitem Arameè significat, vt Rabi Samuel exposuit. Ergo Phescẽnium nunc Ciuita castellana, Phescennium ante dictum fuit ab insigni armato equite quem habet, cui videtur alludere Verg. in VIII. Aeneid. ibi: Hi Phescenninas acies equósq; Phaliscos: Hi Soractis habent arces, Flauiniáque arua: Et cymini cum monte lacum lucósq; capenos. Hoc enim loco Vergilius Veientanæ Ciscyminiæ gentem populósque commemorat, quibus præfuit Mesapus equorum domitor simul, & maritimus classis Thuscæ princeps, & ob id dictus Neptumnia proles. Quòd si quosdam expositores leges, inuenies æquiuocatione captos, nihil de chorographia præcipuè Thusciæ cognouisse. Nam quidam lucos capenos putant dictos, qui circa Capenam Auentini Romę essent, cùm Capenates in Veientana Ciscyminia sint. Alij flauiana arua in Campania esse putauerunt, cùm ad ætatem nostram, circa Tyberis arua, in Veiente Flauianum oppidum perseueret. Similiter alij dicunt Phescennium esse in Campania & nõ in Ciscyminia Thuscia, cùm Plinius in tertio naturalis histor. cap. sexto. Phescẽnium in Thuscia,

A scia etiam enumeret. Sunt qui dicãt & Soracte esse montem Arpinatum campaniæ, cùm Acron & omnes Soracte montem Phaliscorum asserant, & experientia doceat.
B Legimus & quendam super vitam Othonis in Suetonio, dicentẽ se mirari cur Suetonius dicat Ferẽtinum Othonis oppidum esse in Etruria, cùm sit in Campania, quasi Plinius insanierit, qui supradicto capitulo
C Ferentinum ponit etiam in Etruria. Ergo nihil de his miror, qui & si aliâs eruditissimi, tamen sæpissimè capiuntur captiuncula æquiuocationis, quia de Topographia nihil intelligunt, & præcipuè Thu-
D sca. Igitur Cornuetum, Sutrium, Phescennium Thusciæ oppida ab insigni nomẽ habent, sicut & Luna, Nepe, Perusia, Vetuletum & eiusmodi. Vnde & Martialis, Caseus (inquit) Etruscæ signatus imagine Lu-
E næ. Et Nepe est noxium animal teste Festo, quod & illis est insigne, sicut & Perus, id est, Gripho Perusiæ, vt quęstione octaua dictum est. Et Veia est insigne Vetuleti simul & Veiuzi Labyrinthi, vt videmus. Vnde
F Vetuletum quasi curule vetustum dicitur.

Annia quæstio trigesimaoctaua.

QVAERIS quo pacto dixerim quosdam ita errare de Cortone ac Cornueti origine, sicut Samothraces Græci de filio

Coriti Dardano & origine Dardaniæ. Re- A
sponsio. Etiam Græcos assero de Dardano
& origine Dardaniæ, æquè ac istos errare,
& capi, tum æquiuocatione, tum tempore.
Primò quidem decipiuntur æquiuocatio-
ne, quia vnos fuisse putant qui fuerunt plu B
res, Dardani, Iasij, Cybeles, & Cadmi atq;
Armoniæ. Fuere enim vltimi Iasius, Cybe-
le, Dardanus, Armonia, & Cadmus Samo-
thraces Græci, qui bellicosas nuptias cele-
brauerunt, minus centũ annis ante Troia- C
num excidium, quasi tempore Laomedon-
tis patris Priami. Bellicosæ autem fuerunt,
quia Cadmus iunior qui literas in Græciã
(vt aiunt) attulit, postposita prisca vxore
Armoniam sororem Iasij ducens passus est D
certamen à prisca vxore ob zelotypiam
Armoniæ, vt referunt Spinga Palæphatus,
Xenophon in æquiuocis, & Archilochus in
Epitome temporũ. Fuit alia Cybele phry-
ga paulò antè istam meretrix, quæ puella E
primùm prostituta à quodam Atu, inde à
Marsia conciue suo, cùm quo fugiens in
Nysam ad Dionysium ab Apolline etiam
cognita fuit, vt Diodorus ad longum nar-
rat. Dionysius autem Nysam condidit, vt F
notat Eusebius de tẽporibus, fermè annis
LXX. ante dictas nuptias bellicosas. Vnde
hæ duæ Cybeles, scilicet Phryx & Samo-
thressa,

A thressa, longè post conditam Dardaniam fuerunt. At ante Troiam conditã tres aliæ fuerunt. Prima omnium ante Ninum fuit Vesta Iani vxor, vt Berosus indicat, cui proprium nomen, vt idem ait, & Diod. in IIII. B lib. confirmat, fuit Titea magna deorum mater. Cognomina huic fuerunt tria. Primùm terra. Vnde quidam è terra orti referuntur ab historicis in primo ortu generis humani, quæ res etiam multos priscos de- C cepit philosophos, existimantes primos homines è terra, id est, putrefactione ortos, vt narrat Diodorus in I. lib. Secundum verò cognomẽ ab ignis sacrificij custodia Vesta Aramea origine magis quàm Græca. Ter- D tium cognomẽ, à præsidentia religionis & sacrorũ dicta Cybele, phœnico & Arameo vocabulo Est enim Cybele mater siue antistes & regina sacrorum. Vnde Etrusci cybelizare pro sacrare dicebant, vt patet in E descriptione cognitionis Grauiscarum, de qua cùm alijs titulis inuentis Etruscis diximus. Hæc igitur prima Cybele magna. Secunda fuit regina filia eius, quæ idcirco magna mater dicta fuit, quia in gratiã matris F educauit Titanas à Titea matre nominatos vt author est Diodo in IIII. libr. Fuit & Etrusca Cybele, cui reste historia Latina, & subscriptione statuę eius, atq; Beroso, pater

fuit dux Sypus, nomen propriũ Tyle, vrbs A
Veiuza, prædia cybelaria, maritus Iasius
filius Coriti, socrus Electra Atlantis Itali
filia, cognati verò Dardanus & Armonia
vestalis, vt patet, vittata sacerdos, & non
nupta vti Samothrax, cuius nuptiæ astan- B
te Iside Aegyptia celebratæ fuerunt Viter-
bi Veiuza vrbe. Et Samothracia, & Dio-
nysius, & eum sequuti mendaces reperiun-
tur in historia. Dicunt enim, vt etiam Dio-
dorus in sexto refert, quòd mortuo Iasio C
Samothrace post nuptias Armoniæ frater
eius Dardanus cum cognata Cybele pro-
fecti sunt in Phrygiã, & condiderunt Dar-
daniam. O præclarum & impudens men-
dacium. Nam vt notat Eusebius de tempo- D
ribus, & Spinga, Palæphatus, ac Xenophon
contestantur, & Archilochus astipulatur,
super quos etiam cõmentaria confecimus,
Dardania condita erat ante nuptias Ar-
moniæ Samothracis, ducentis annis & am- E
plius, & iam concesserant naturæ quatuor
primi Dardanię reges Dardanus, Erichtho
nius, Tros, Ilus. Non igitur Dardanus &
Cybele Samothrax condidere Dardaniam
quæ plusquam ducentis annis condita fue- F
rat à Thusco Dardano, quem teste Ver-
gilio in VII. Arunta vetus historia Thu-
sca fert natum in his agris Turrenæ regiæ

Coriti.

A Coriti. Et ab ea profectus in Samothraciam inde in Phrygiam condidisse Dardaniam. Iure ergo dixi Græcos de Dardano filio Coriti, & origine Dardaniæ decipi fallíque tempore, vt dixi, & æquiuocatione
B nominum Dardani Cybeles & huiusmodi. Nam vnos solos suos fuisse, vt pueri existimant, quos ante fuerunt alij, à quibus furati magis quàm mutuati fuerunt historias, vt de Hercule, Atlante, & alijs fecerunt, &
C Herodotus in secundo libro asserit.

Annia quæstio trigesimanona.

QVAERIS Qui authores sint, qui tradant venisse in Italiam Isidem Aegyptiam, quam dicunt Cererem legiferam, frugife-
D ram, sororem Osiridis, & qui sint qui explanent, vnde venit, vbi primùm applicuit, vbi primùm panes confecit. Responsio. Plinius in VII. naturalis historiæ sic dicit capitulo vltimo. Ceres frumenta inue-
E nit, cùm antea glande vescerentur. Eadem docuit molere & panes conficere in Attica, Italia, & Sicilia, & ob id dea iudicata, & eadem prima leges dedit. Ergo venit in Italiam & docuit frumentariam, molen-
F dinariam, & panificam, cùm ante glande vescerentur. Vnde verò venerit, & vbi primùm in Italiam appulerit, certum est in historia Latina, quòd ab Aegypti parte

Marmarica & Libyca, vbi docuerat, in Ty- A
berim adnauigauit, & primùm Romæ in
vico Thuſco in cõtinentem deſcendit, quæ
loca tunc paſcua bobus erant. Vnde Fe-
ſtus. Argeus inquit campus dictus eſt Li-
byſſus, quia Ceres illò primùm fruges è B
Libya aduexit. Vnde & Libyſſus campus
dictus eſt, & ipſa Libyſſa. Sanè, vt ait Fa-
bius Pictor, vicus Thuſcus Romæ antea
campus Argeus ab Argiuis principibus,
ſed prius Libyſſus dictus erat. Quærendum C
eſt item, quo tempore ab Italia in Aegy-
ptum rediens, fuerit Iſis, id eſt, dea Ceres
habita, vt Plinius aſſerit. Et reſpondent
tres authores Plinio, videlicet Beroſus in
quinto antiquitatum, Palephatus, & Euſe- D
bius de temporibus primi Cecropis, quòd
Io iudicata fuit Iſis, id eſt, dea Iuno & Ce-
res, anno trigeſimoſexto quàm Dardanus
conderet Dardaniam. Vnde etiam ſecun-
dum Euſebium, alios probatiores afferen- E
tem, Io profecta eſt in Aegyptum, & dea
Iſis iudicio omnium probata, anno XLIII.
Cecropis, à quo ad Dardaniã conditam ſex
& triginta numerat annos. Regnabat ergo
Iaſius in Italia frater Dardani, nondum à F
Dardano peremptus. Quòd etiam Beroſus
vidit dicens in v. libro Iaſium ſimul cùm
Cecrope cœpiſſe Italiæ imperare. Quare,

LXIII.

A XLIII. anno Iasij simul & Cecropis rediit Isis in Aegyptum, postquàm à Lybia venit in Italiã & Tyberinũ campum, ab eius aduentu Libyssum dictum. Vbi verò panes confecerit, & obtulerit, etiam ipsi mendaB ces Græci nedum latina testimonia, asserunt, & dicunt, quòd primos in nuptiis panes obtulit in gratiam Iasij.

Annia quæstio quadragesima.

SATIS apertè omnes concedunt Isidem C venisse à finitima Aegypto Libya in Libyssum Latij campum, & interfuisse nuptiis Iasij & Cybeles, vti etiam veracissimus Berosus Chaldæus exprimit. Sed vbi habes, quòd hos primos panes Viterbi conD fecerit? Responsio. Habeo ab historia, cognomine, titulo, inscriptione, & eiuscemodi argumentis. Nam rex Iasius vtique in regia sede, regias celebrauit nuptias, quæ patris Coriti Turrena sedes erat. Hæc auE tem olim regia Turrena nunc est Viterbum, vt inexpugnabiliter ex superioribus patet. Viterbi igitur primi panes ab Isidе confecti sunt. Itẽ Vetuloniæ celebrauit Iasius nuptias & panes obtulit primos Isis, vt F in v. antiquitatum Berosus asserit. Porrò vt probant superiores quæstiones, Vetulonia est Viterbum. Rursus Libyssa loca in Italia dicta sunt, vbi primùm constitit,

Cæres

Ceres, vt ex dictis authorũ elicitur. At Ro- A
mæ constitit primùm in campo Libyſſo,
tunc nullo ibi rege, aut vrbe regia existen-
te. Quare si circa Vetuloniam Libyſſa re-
gio est, vtique vt in regia vrbe Iasij morata
est. Est autem regio Libysilla quam lapis B
excisus Libyscillam profert. Quare ipsa Li
byssa Ceres, Vetuloniæ regiæ quæ nunc Vi
terbum est, primos panes obtulit. Rursus à
subscriptione statuæ Cybeles, quæ omni
authore & historia certior est, ita proba- C
tur. Veiuzum oppidum Viterbum est vt ex
superioribus patet. Porrò subscriptio ita di
cit. Veiuzo hospita Isis hospitata est epu-
latrix, in domo Tyles nouæ sponsæ ducisq;
Sypi, anno ætatis eius xv. Ergo Viterbi epu D
lo nuptiali constitit, & panes obtulit. Sunt
etiam argumento Sypalis Vetuloniæ re-
gio à Sypo patre Cybeles dicta, & prædia
eius adhuc Cybelaria dicta, & Iasinellæ
thermæ, & Cybellariũ excisum marmor, E
vbi hæc ad sententiam scribuntur. Iam lon
gè ante Coriti cum Electra filia Atlantis
Itali nuptiæ exactæ fuerant, cum Isis ma-
xima frumentaria panifica concesit ad nu
ptias Iasij & Cybeles in agrum fontémque F
Cybelarium, vbi regia Cybeles erat. Qua-
re pluribus diebus celebratæ sunt nuptiæ,
cum cœptæ in Veiuza vrbe finitæ sint in
Cybel

A Cybeles prædio, vbi tunc eorum sacræ statuæ de more ad memoriam suffossæ, nuper astante Sanctissimo Pont. Max. Alexandro VI. cum tota curia inuentæ indicio Leporis, effossæ sint, & iterato in Veiuzum palatium translatæ ad memoriam.

CL. MARII ARETII VIRI PATRICII SYRACVSANI, DE SITV INSVLAE SICILIAE, LIBELLVS.

SITVM insulæ Siciliæ scripturus, oppidorum, ac ciuitatum, quæ à Sicanis, & Siculis primis conditoribus constructæ: licet cæteras antiquitate præcedant, eo quod aliquid haud reperitur monimenti, nullus enim illis scribendi vsus, quo rerum gestarum memoria supereſſet, nullam faciam mentionem, verùm de expulsione, eorúmque successoribus, Polybium, Thucydidem, & Strabonem imitatus, qui hoc ordine, de

ne, de Sicilia plura memoriæ commenda- A
runt. Sicilia insula Scylleo freto, Siculo pe-
lago, Africa etiam, ac Tyrrheno claudi-
tur. Eius tria promontoria, quibus Trina-
cria, & Triquetra appellata. Pelorus vnum,
ad Italiam, & aquilonem vergens, contra B
Scyllam, decem milliaribus ab Messana
distat, à Peloro Annibalis nauis guberna-
tore, nomen sortitum, qui eò delatus dum
inuium pelagus, seséque delusum puta-
ret, illum interfeciſſe fertur. Est in pro- C
montorio turris recens, non quod maris de
fendat angustias, sed procul venientibus,
quà transeant, vadum ostendat. Scylla sco-
pulus in continenti, vbi oppidum Scyglũ,
Scyllæum à Plinio appellatum. Charybdis D
vorticosum mare, Galosarus quasi Calosa-
ros, à nostris nuncupatum. Ibi enim faces
noctu accenduntur, nautis portum petenti-
bus signum. Vorticibus terra ipsa, qua Mes
sanæ portus, efficitur (brachium sancti Rai E
nerij hodie) resistit. Vtrunque naufragiis exi-
tio. Mulieres has, & meretrices fingunt, in
monstra, canésque marinos versas, quorum
audiri latratus, ac morsibus attrahi naues.
Alteri Pachynus ab aëris crassitudine no- F
men, tũc Caput Passarum, à Pachyno ipso
deductum nomen (omne promontorium
caput nautæ vocant). Cuius duo sunt, ad

ortum

A ortum vnum, alterum quod ad auſtrum ſpectat. Pachyni inter vtrunque portus. Ad meridiem Odyſsiam, ſiue Vlyſsiam Ptolemæus collocat. Cicero Odyſſæ portum, nos portum de Palis vocamus. Tertium eſt
B Lilybæum, Africæ & Libyæ oppoſitum, à puteo, cui nomẽ tunc Libybæo, noſtra ætate Caput Boëi, pro Libybæi, dicunt, centum miliaria non amplius, à Mercurij promontorio, haud longè à Carthagine ad o-
C rientem, quod hodie Caput Bonum nominant, remotum. Strabo licet, & cum eo Plinius, aliter ſentiant. Memoriæ proditum, quendam è ſpecula proſpicientem naues Carthaginis portu egredientes. Liby-
D betanis renuntiaſſe. Strabo à Peloro ad Cumas tractum eſſe igneũ tradit. Trinacria igitur ſub quarto ſita climate, vt continens primum, ita maris dein auulſa impetu, inſula facta: ac in valles tris à noſtris
E diſcreta, ſingulæ ſingulum adſignantibus promontorium. Nemorum vna, quorum plena, quæ Pelorum complectitur. Altera Nothi vallis frumẽtariis tum campis, tum nemoribus læta, pecorúmque fœcunda Pa-
F chynum cõtinet. Tertia Mazaræ frugiferarum arborum propè impatiens, meſsibus armentíſque abundans, Lilybæum ſibi vendicauit promontorium. Ambitus haud

indilig

indiligenter facta mensione, sexcentis ac A
sexdecim miliaribus definitur. A Peloro ad
Pachynum centum quinquaginta. Hinc
ducētis & quatuor ad Lilybæum. Rursum
ad Pelorum ducētis sexagintaduobus. Fre-
tum, quo à continenti diuisa, quódve super B
nantem bouem Herculem transiisse in fa-
bulis scripsit Diodorus, tribus ferè milli-
bus passuum, à turri quam supra diximus,
ad scopulum Scyllæ, continetur. Latera
duo concaua, tertium autem à Lilybæo ad C
Pelorum proueniens, quod cæteris est ma-
ius, curuum. Prima omnium Romanorum
prouincia Sicilia, ac cella penuaria, Roma-
næque plebis nutrix. Populi omnes, præter
paucos qui paruos vicos habitant, & in Val D
le Mazaræ potissimùm, Græco adhuc ser-
mone vtentes, lingua, moribus & institutis
hodie non differunt, apud veteres suæ cu-
iusque ciuitatis legibus agebantur. Verùm
qui primùm eam incoluissent, nemini com E
pertum. Cyclopes ipsos (Hi fabricam fer-
ream, vt author est Plinius, inuenerunt) &
Lestrygones indigenas tradunt, minimé-
que aliarum gentium aduentibus, & ho-
spiciis mixtos, Aetnam, eiúsque campos F
habitasse. Omnes enim qui successêre, clas-
sibus aduectos, multi probant, horum au-
tem nulla memoria, liber nullus est, qui

docear

A doceat originem, nisi quòd his monstris Siciliam detentam crudelissimis, carnémque edentibus humanam, memorant. Cyclopes à rotundo oculo, à latrociniis dicti sunt Lestrygones, Eorum campi vt apud Strabonem legimus, inter Catinam & Leontinum à Pelago surgentes. Post hos Aeolum, atque Oenopionem Orionis patrem, in Sicilia regnasse, pariter & Italum, de cuius nomine Italiam dici, fabulosis prædicant narrationibus. At Sicanos (quorum rex Sicanus, Cereris coniunx) Hispaniæ citerioris populos (ij Sicorim amnem, à quo nominantur, nunc Sergam, iuxta Ilerdam tenent) suis sedibus extorres, inque Siciliam appulsos, terram aspectu pulchram, salubrem cœlo, felicem, ac cultu fœcundã, primos omnium inhabitasse constat, eámque potissimùm partem quæ ad occasum pertinet, noménque illi Sicaniæ indidisse. Item Troianorum multi post captam Troiam, vbi nauibus illuc profugi deuenêre, dicti Elymi, loca iuxta Sicanorum fines, nullis positis ædificiis insidentes, Erycem & Egestam statuêre ciuitates. Phocenses quibus accessere, Libyam primùm, mox in Siciliam delati. Eryx in montis vertice (montem Sancti Iuliani hodie vocãt) Drepanum prospiciẽtis per id tempus ab Tro-

ianis,qui Ilio euerso in Sicilia suas fixerunt A
sedes,conditur. Fabulæ ab Eryce Veneris
filio conditore,qui ibi fanum,quod toto fe
rè orbe veneratione,ac mulierum frequen-
tia notissimum fuit, faciendum, matríque
dicandum curasset,eam dici fingunt. Fani B
ædificium Romam ante portam Collinã
transuectum, vocatúmque Veneris Erici-
næ templum,porta à sale hodie Salaria no
minatur. Horum quoque Egesta, siue Se-
gesta Troianorum ædificium, sicuti Eryx, C
& quod à comitibus Amphiloctere erectũ,
fabulosum puto, Ciceronis accedens opi-
nioni qui in Verrem, Segestam peruetus
oppidum,Aeneam à Troia fugientem, at-
que in hæc loca venientem condidisse, ait. D
Quòd cum maritimum,nec procul ab Ery
ce ad mare Tyrrhenum, Diodorus & Thu
cydides collocassent,id esse credimus,quod
dirutum penitus,Conterrana vocitatur.Ad
læuam hodie diui Viri fanum in scopulo E
quotidianis miraculis insigne. Quò morta
les confugiunt,canum rabiosorum morsi-
bus accepto vulnere,mortis periculum eua
suri.In dextro littore Segestanorum cele-
bre emporiũ, quòd Strabo triginta à Pan- F
hormo miliaribus disiunxit,falcato sinu in
flectitur:Castrum ad mare de Gulfo hodie
vocatum. Erat Segeste ex ære simulachrũ
Dianæ

A Dianæ, tum ſumma atque antiquiſsima
præditum religione, tum ſingulari opere
artificióque perfectum. Cuius in baſi P. Sci
pionis Africani nomen inciſum, virtutis &
victoriæ monumẽtum. Quòd dum C. Ver-
B ris miniſtris exportaretur, Segeſtanas ma-
tronas & virgines omnes magno cum lu-
ctu & gemitu, multis cum lachrimis & la-
mentarionibus conueniſſe conſtat, thure
odoribúſque incenſis vſque ad agri fines
C proſecutas eſſe. Aemilio Cenſorino Sege-
ſtanorum tyranno Aruntius quidam, Pa-
terculus nomine, equum ex ære factum, in
quo cruciandi includerentur, obtulit, qui
ab ipſo tyranno in æreum iniectus equum,
D periit: hæc Plutarchus in Parallelis apud
Ariſtidem ſe legiſſe ait. Iuxta emporium
de quo diximus, fluuius in proximum Tyr
rhenum mare effunditur: quo riuus calidus
propè oppidum ruinis affectum, Calata-
E met nunc dictum, vbi thermæ ſunt, hauri-
tur. Fluuiũ Bethim, oppidũ Scheram anti-
quitus appellari cõiectura docet. Calata-
ſimis ſupra fluuiũ ad orientẽ oppidũ, recens
nomẽ, vt reor. Quo haud procul Cereris tẽ
F plum, cui ſtantibus columnis, parietes o-
mnes deſiderantur, Cererísq; nomẽ hodie.
Mõs Bonifati (vulgò Bonifacij) oppido im
minet, in vertice vrbs eſt diruta, quæ an ſit

Aceſta, Aceſtiēſes ſiquidē populos Caius Pl. A
citat, dicere quis poſſet? Quis Alcamenis vi
cinum oppidum, cōdiderit, niſi velimus ab
Alcamo Thrace, qui vt Dares Phrygius ſcri
pſit, Priamo auxilio venerat, conditum, in-
certum omnino eſt. Nec de Corilione, ſeu B
Coniglone, atque Partanna oppidis, niſi
pars Enniæ, quaſi ſtatutum eſſet ab Ennē-
ſibus ſit legendum, aliqua fit coniectura.
Aliquot deinde poſt annis Siculi, qui Latiū
inſederunt, duce Siculo, quum domi poten- C
tes eſſent, virtute ac militari diſciplina cæ-
teris omnibus præſtarent, forti cum manu
in Siciliam traiecêre, pro certo habentes fa
cile fore totius inſulæ imperio potiri. Dio-
nyſius tamen Halicarnaſſeus fugam his D
cauſam aduentus fuiſſe autumat. Qui qui-
bus præliis, quóve labore voti compotes,
nec vnquā memini me legere: omnes enim
quorum de Sicilia aliquid ſcripti relictum
eſt, à Siculis Siciliam occupatam Sicanis E
prælio victis, atque ad eam miſsis partem,
quæ ad meridiem & occaſum pertinet, eo-
rúmque ante Græcorum aduentum annis
propè trecentis fuiſſe, próque Sicania Sici-
liam appellaſſe, tantum protulerunt. Sicu- F
los eam plagam mediterraneam vbi Cen-
turipis eſt (Trinacrini quibus vicini, & ge-
nere cognati) occupantes, quamuis ob

tempor

A temporum hominúmque ignauiam, quæ & quando omnes (vt ante dictum) lateat, oppida tamen,& vrbes ſtatuiſſe, veriſimo conſtat argumento. Nam à ſucceſſoribus non condita quidem, ſed his pulſis eorum
B oppida detẽta, Polybius & Thucydides teſtimonio ſunt. Græci poſtmodum nauibus profecti, omiſſa protinus deinde nauigatione, vt iidem authores ſcripſere, Motiã, Soloëntem, & Panhormum vrbes Elymo-
C rum finitimas conſtruunt, eorum freti ſocietate. Igitur Motia ab his conditur, quæ vbi loci fuerit argumento, & coniectura vtentibus, tantummodo conſtat. Porrò inter Pachynum & Lilybæum parum à mari
D diſtat Modica, Motucam quod Ptolemæus vocat, oppidum noſtra ætate haud quidem ignobile. Item alterum in media fere Sicilia euerſum penitus, hodie Moxinis, quorum neutrum, quum Diodorus libro XIII.
E Motiam nec à mari, nec à Panhormo multùm ſeiunxiſſet, ſinúmque dixiſſet habere maritimum, & Thucydides Elymis finitimum ſtatuiſſet. Motiam eſſe arbitramur, ſed tumulum, qui nec procul eſt à Pã-
F hormo occaſum verſus, quem Mundellum dicunt. Sunt etenim haud procul ruinæ in prædio (Feudum recentiores vocãt) cui Capacis nomen, Soloënti iiſdem erectę

vrbi, vt autor est Thucydides, quæ Panhor- A
mũ haud multum refugit ad orientẽ (Solanum nostri vocant) præter turrim ad nauium factam commoditatem: quæ vt frumento onerentur, in ea conueniunt loca, domus nonnullæ sunt. Sunt quoque pauca B
vestigia in montis cacumine, montem Catalfarum nominant. In eius mari thynnorum ingens captura. Eius campi Eleuthero fluuio, vbi pons ruptus (sic eum vocant) ad dexterã iacentes infunduntur. Vrbem Pã- C
hormũ ab eis conditã suprà dictũ est, cuius ea tantũmodo pars eã, qui Cassarus dicitur Noua deinde illi addita fuit, qua vetus à maris littore diuisa, Neapolis nomine, vt Polybius est autor. Felix in præsens vrbs, D
omniúmq; maxima Sicilienſiũ, in amœna ac fœcunda valle sita, ad septentrionẽ spectat, pelagóque abluitur Tyrrheno, muris septa perquàm altis, quod opus est Federici regis: Plures quibus cæmẽticios aggeres E
latis fossis cinctos augmẽto ciuiũ securitati in præsentiarũ addunt. Secundũ mare arx est, quæ nostra tẽpestate amplificata, quod Castrũ ad mare nominãt. Huius arcis præfectus hodie Hieronymus Fuxa Panhor- F
mita, homo patricius, qui dies octo æstiuo tẽpore agit sine potu. Tres itẽ antiquę ciuitatis portæ, & veteres muti multis cũ turri

bus

A bus lapide quadrato cõstructi,& nunc manent.Patitillorũ vna vbi lapides literis inscripti,quibus Noę tẽpore fuisse Pãhormũ planè cõstat:Obscura altera nominata.Tertia est quę Bosuemis porta ab ipsis nũcupa-
B tur,ad eã vergẽs vrbis regionẽ,quã Brigariã,Vulgariã antiquitus vocãt.Supra murũ ad occidentẽ Rogerius comes Tancredi filius,victis Pœnis Turrim Rubeam,quã vocant,faciendã curauit:Alterã Chirimbrim
C nomine,Vilielmus Rex,cognomento Malus:Tertiã demũ(Turrim Pisanã hanc vocãt)qua palatiũ perfectum,Vilielmus filius quẽ Bonũ appellarunt.Intus sacellũ marmoreũ ędificiũ totũ,diuo Petro dicatũ,pul-
D cherrimũ & religiosum,cuius parietes Porphyrite Parióq; marmore,vermiculatis ad hominũ,& animaliũ effigies crustis,punctísq; aureis vestiti,pauimentúmq;structũ. Ibi subterraneus carcer,quò primariæ nõ-
E nullæ mulieres anno millesimo post Christũ ducẽtesimo quadragesimosecũdo,Mẽse Martio quòd plurimi reguli tumultũ fecerant,ab Federico Imperatore cõiectæ,nec vnquã deinde visæ,quæ antiquo vulgi pro-
F uerbio,Donnæ quæ malæ venerũt,vocatæ sunt. Ducentos post atq; nonaginta quinq; ferè annos,quũ locũ fabricãdi gratia homines cõfoderẽt,tria earũ cadauera nulla pu-

tredine vitiata,integris cum vestibus,seri- A
cisque Calanticis inuenta sunt.Templum
quoq; est ingens Panhormi,exteriores pa-
rietes multo pulcherrimi,à Gualterio Ar-
chiepiscopo Vilielmi regis affine dedica-
tum:Ibiq; quatuor sunt ex Porphirio mar- B
more sepulchra,opus sanè cũctis spectabi-
le,Siciliæ reges in quibus sepultos aiunt,
quorum medium locum tenet marmoreũ
quoddam,vbi Constantia regina condita.
Sacellum item diuæ Christianæ parietibus C
marmoreis,atque auratis laquearibus ex-
tructum.Ipso in templo cautum est in sta-
tutis,ne priuatorum quisquam sepeliatur.
Regibus nanque duntaxat & Episcopis cõ-
cessum.Propè est ad orientem fermè cele- D
bre Hospitale,nec multum ante patrũ no-
strorum memoriam ædificatũ.Cuius mi-
nistris curandi ægros,atq; infantes alendi,
quos vel paupertas,vel mulierum verecun-
dia clàm exposuerit,maxima cura.Altera E
parte est locus,quod Toccum appellatur,
vbi aut vetere consuetudine,aut regia gra-
tia aũreas coronas reges accipere consue-
scêre,ipsi Panhormitę euulgãt,adducúntq;
illos,qui ibi regio diademate donati,Ro- F
gerium,vtrunq; Vilielmum,Tancredum,
Henricum Imperatorem Cæsarem,Fede-
ricum filium,Manfridum,& Petrũ Arago-
num

A num regem. Insignis erat Panhormi regia ab Andrea Claramonte, tempore quo plures reguli à regia fide defecere, ipsius defectionis autore, extructa (Sterium tum vocarunt) quæ nostra ætate in mercium horB reum, Doanam hodie appellant, vbi portitores ad regis vectigalia exigenda dispoñtur, mutata est. Curia item est prætoria, vbi duæ statuæ ex marmore antiquissimæ, nec cui quidem dicatæ, scire possumus, sunt C enim nudæ, atque alteram manum mortalium incuria mutilæ. Et propè fanũ vetus, sacrum è marmore, punctísque aureis, licet vetustate deletis, factum. Marturanam Pãhormitæ vocant, ibi virgines plures Deo D perpetuò dicatæ. Auctæ postea ciuitati Tãcredus primi Vilielmi spurius pomerium protulit. Et Rogerius Comes ædẽ, quæ diuo Ioanni sacrata est, eorũ hospitium, qui Elephantia vitiati, trans Oreti amnis hoE stium, (flumen Miraglæ Panhormitæ vocant) vbi pons est lapideus insignis, ædificauit. Flumen in Panhormitana valle oritur, inq; agro Parco nomine. Ipse Panhormi vallis pluribus irrigatur fontibus. Inter F Soloëntem & Panhormum fons est, Buccuti nomine, cuius latices emolliendi aluũ, purgandíque virtutem habẽt. Et fons Miselemire (vulgò Misilmeli) ferè ad orien-

tem in planitie ortus. Et ex rupe multis vn- A
dique factis scatebris, qui quod stagnũ pro-
pemodum facit, Mare dulce nominatur. Et
iuxta fons Ambler nomine. Inque montis
regalis radicibus Sanctæ Dominicæ fons
magnus, præter quã in ipsis quoque radici- B
bus duo, maior & minor Gabriel, quibus
maior est, quam Nixum vocant, quo Zizæ
ager infunditur. Ziza Punicum nomẽ. Est-
que suburbana domus hortis ac viridariis
amœna. Afróque more extructa. Sunt præ- C
ter hanc duæ, maior & minor Cubba, eodẽ
artificio, eadémq; Pœnorũ colonia, quibus
tum Sicilia occupata, ædificatæ, habéntque
hortos ad omnẽ vsum fermè & voluptatẽ
ex omni parte consitos, ac fontium etiam D
riuulos, loca quippe amœna, & voluptuosa
quibusuis tristissimis prorsus exterminan-
dis curis perquã apta. Sunt præterea fontes
Baida, Xarabus, Siccharia, Ainisindis. Et
iuxta mœnia Chamberlingus versus occi- E
dentem. Intus quatuor Bonripositus, Guilla,
& tertius sine nomine, sub porta obscura in
Pilam influẽs, ac demum celeberrimus, o-
mniúmq; longè notissimus Garraphus. Pã-
hormi Thynnorũ multi piscantur. Diocles F
Panhormita cognomento Phimes, illustris
summúsque orator fuit: Antonius Bono-
nius Panhormita, nobili ortus genere fuit,

homo

A homo quidē bonarum literarū valde peritus, Alfonso regi gratissimus. Dulciū arundinum, quarum ex recocto succo fit saccarum, fertiles in Panhormitano agro fiunt messes. Quod sic faciunt: Principiò campū
B nō multū à mari remotū (Pruinæ sed enim messibus officiūt) bene pastinant, inq; paulò eminentiores disponunt sulcos. Martio deinde mense arundinū dulciū nodos, qui ad summū pertinent, foliis librisq; exutos
C ita conserunt, vt sulcorū latera tribus aut quatuor cū geminis frustis vno ictu perforentur. Sicq; implent omnes campi sulcos. Irrigatur terra æstate, simul & à luxuria assiduè purgatur. Brumale demum prope
D solstitiū, radicibus tantummodo pro altera satione (bienniū durat) relictis, franguntur arūdines. Quarū ex maturis dulcissimisq; nodis in minuta incisis frusta, eo artificio, quo oleum, elicitum succū vno ex tribus in
E hypocausto dispositis aheno purgatur, ac vili percolatur pāno. Colati mox succi partem (sic enim recoquūt) in alterū cōiiciunt ahenū, & hinc rursus in tertiū reponūt cōfestim, verberántq; feruentem, vnde extra-
F ctum subnigrū erit saccarū. Idem denique itidem semel, iterum & tertiū si fuerit recoctum, candidum elegantissimúmq; fiet. Altera verò illis ex radicibus messis, nisi

men

mense Maio stercoretur campus, vix emer- A
get. Quatuor miliaria ad occidentem à
Panhormo abest Mons Regalis ciuitas nec
in vasto colle sita, quam Vilielmus rex Bo-
nus statuit. Ibiq́ue nobile templũ diuę Ma
riæ Dei matri fecit, cuius pars quæ à me- B
dio ad altare vsque surgit, albo marmore,
Porphyrito, ac Lacedæmonio, guttísq; au-
reis & lineamentis ad diuersarum rerum
imagines quum esset structa, non vlli qui-
dem in toto ferè orbe comparandum. Vbi C
ipsius Vilielmi conditoris sepulchrum. Et
hos, qui modò Carinim, Cætariã olim te-
nuisse non longè à mari situm oppidũ exi-
stimo. Vltra Panhormum plurimæ gentes
agunt. Earũ oppida, quæ ad orientem per- D
tinent, Ciminna Soloënti proximum, Cac-
camus, & multò remotiora Barrafranca,
Calatinissetta, quod à Petrapertia oppido
Himeræ amnis vada dirimunt. Bonuici-
nus nostra propemodum tempestate ere- E
ctum oppidum. Castrum nouum propin-
quius. Et Vicaris, quod mediterraneum
quanquam & Himerę vicinum Ptolemęus
& Thucydides collocassent (Hyccarã ipsi
vocant) Diodorus tamen scribit ab Athe- F
nienssibus Hyccaram maritimum vicũ ex-
pugnatum, Laidémq; puellam, quæ in Pe-
loponnesum deinde adducta formosissima

mer

A meretrix fuit, inter captiuos captã. Et oppidulum, Mezuinſiſus nomine, prope Vicarim ad occidentem. A Panhormo haud longè Fundus (hodie Feudum, à fide dictũ) cui Cifala nomen oſtenditur, aquæ vbi ca-
B lidæ ægrotis admodum ſalubres. Nunc de Græcis dicendum, qui ad Siciliam adpulſi, leges ac viuendi ritus, morésque homines docuêre. Theocles Athenienſis vento in Siciliam fortè delatus, viſa terræ virtute, &
C ſolitudine (non enim tota plena id temporis) Athenas reuerſus eſt, atque Chalcidenſium ex Euboëa, Ionúmque & Dorienſiũ, Megaratiú pariter magno numero cõparato, illuc rurſus nauigãs, Naxũ obtinuit,
D arámq; Apollini cõſecrauit Archegeto, vbi antequam è Sicilia oracula petituri ſoluerent, ſacra facere conſuerant. Vrbe (locum vbi tum erat, Schiſon vocant) poſtea à Dionyſio inferiore tyranno euerſa, Androma-
E chus Timæi hiſtorici pater, homo diues, vt Diodorus tradit in Philippo, Taurum collem propinquũ, iis qui excidio ſupererant, coadunatis inhabitauít, vocauítque Tauromenium. Quæ inter Catinam & Meſſa-
F nam aperto pulſatur mari, & ſole inſpicitur oriente, vbi pars vetuſtiſsimi Amphiteatri adhuc extat: Ac duæ ciſternæ, quarũ altera ruinoſa, altera duabus cum fornicibus

cibus octo quadratis ac cæmentitiis fulci- A
tur columnis (Stagnonem ipsi vocant) cu-
ius longitudo centum ferè, & triginta pedi
bus, triginta sex latitudo, ac triginta demũ
altitudo continetur. Ad dexterã Tauromenius amnis, Vibius sequester est autor, nũc B
Cantare fluuius nuncupatus. Ibi enim pons
erat, quem Alcantarem Punici vocant Timęus orator & historicus Andromachi, quẽ
suprà nominauimus, fuit filius. Altero post
Naxũ anno Archias Corinthius, quem ab C
Hercule traxisse originem aiunt, eã Syracusarũ partem, quã insulam vocamus, Naxon & Ortygiam nõnulli, pulsis Siculis insedit, eámq; suæ gentis colonia auxit, amplificauítq;. Quicquid autem de Archia & D
Myscelo scripserit Strabo, fabulis mixtum
pro certo habemus. Vrbem igitur Syracusas maximam pulcherrimámq;, ac triplici
septam muro, opibus & viribus potentem
fuisse, multi sunt testes. Ea capta prædæ tãtum fuit, quantum vix capta Carthagine E
tum fuisset, cũ qua viribus æquis certabatur. Et Dionysius tyrannus centum viginti
peditum, equitúmque duodecim millium
exercitum, ac naues ad quadringentas ex F
vrbe vna eduxit Syracusis. Quæ cũ manu
munitissima, tum loci natura erat: & portus adhuc habet duos, qui quũ diuersos in-

ter

A ter se aditus habeant, in exitu sunt coniuncti, quorum coniunctione insula ipsa disiungitur. Ea tanta fuit, vt ex quatuor tunc vrbibus constaret, quarum vna ea est quam dixi insula, quæ duobus illis portubus cin-
B cta (magnum & paruum vocant) quæque impræsentia, cæteris solo adæquatis tantummodo stat. In faucibus portuum, vbi nunc Castrum Marker est, arx erat tyrannorum, Hieronísque regis domus, qua
C prætores postea vti solebant, thesauro plena, ac, vt Plutarchus ait, armorum copia ita munita, vt hominum septuaginta millia illis armarentur, ibi mea tempestate, & pons lapideus (quo insula ipsa adiun-
D gebatur) & obrutum propter temporum iniuriam, ac vrbium euersionem, arcis inuentum ædificium, multæque statuæ, & caput è marmore his literis inscriptum,

EXTINCTORI TYRANNICAE.

E Hanc arcem quia tyrannorum receptaculum, à Timoleone Corinthio deletam, quis restituisset (prætores enim, vt à Cicerone probatur dein vti solebant) mihi haud compertum quidem. Fuit iterum ab
F Romanis euersa & in ruinis castrum Marker, de quo suprà dictum est, erectum. Nec eorum quidem accedo opinionibus & argumentis, qui Labdalum, de quo statim

fiet

fiet mentio,tyrannorum fuisse receptaculum adfirmat. Habitare in ea insula (est enim locus quem vel pauci possunt defendere) M. Marcellus Syracusanũ neminem post vrbem Syracusas captam permisit. In ea insula ædes erant cõplures,sed duæ quæ longè cæteris antecellebant: Dianæ vna, quæ modò diruta nihil exhibet,præter vestigia pauca,domo inclusa,in ea regione, quam Resalibrã dicunt,cõtra Sancti Pauli ædem. Altera Mineruæ,ante C. Verris aduentum ornatissima,nunc Antistitis sedes tredecim ex omni latere striatis ex lapide vastis cum capitulis,abacísque & trabibus, columnis suffulta. In qua pugna erat equestris Agathoclis regis in tabulis picta,quibus tabulis interiores templi parietes vestiebantur. Viginti præterea tabulæ pulcherrimæ pictæ,in quibus erant imagines Siciliæ regum & tyrannorum,quæ nõ solùm pictorũ artificio delectabant,sed etiã commemoratione hominum & cognitione formarum. Erat & Medusæ caput pulcherrimum cinctum anguibus,valuæ item magnificentiores ex auro atque ebore,& in eis bullæ auro graues,& miro artificio cælatæ. Eius tectum anno post Christum Deum millesimo centesimo corruit: quamobrem qui sacris faciũdis in altari incumbeb

A bebant saluis tantũ, mortales omnes quorum ædes ipsa ferè plena erat, periere. Arx est pulchra in ipsius magni portus introitu, à Georgio Maniaco lapide quadrato ædificata, castrum turris Maniaci nominata.
B In maiore porta duo erant ænei arietes, hodie in ædicula Castri ad mare Panhormi positi sunt. Atque altera parua in parui portus ostio, quam quia recens ædificiũ est, Casam nouã vocant. In hac insula est fons,
C cui nomen Arethusa, tunc incredibili magnitudine, plenus piscium, qui fluctu totus opertus fuisset, nisi munitione, ac mole lapidum à mari fuisset disiunctus, dum hinc atque inde dulcis salsave præda arundine
D capiebatur. Arethusam nympham, Dianæ comitem, poëtæ assignant, quæ ab Alpheo Peloponnesĩ fluuio adamata, ac subter mare vsq; ad hanc insulam fugiens, in fontem sui nominis mutata est. Diodorus fontem
E Arethusæ, nymphas Dianæ produxisse, eiúsq; pisces sacros fuisse, refert: quæ omnia fabulosa. Eius ante os Alpheus ipse mediis in fluctibus placidus emergit, quem Oculum Zilicæ nostri vocant. Arethusa ergo,
F quamuis nõ ea magnitudine, è rupe tamen veluti è ciuitatis latere vsque in hunc diem in portum magnum effunditur. A quo non multùm distat Alpheus, qui, vt dictum est,

ante ipsius os è falsis vndis caput erigens, A impetu cùm magno ita erumpit, vt aut cymbas, aut nantes homines sese vix adire permittat. Est & alter fluuius in portum magnum influens, vulgò Alpheus dictus. Hic Anapus est, de quo Thucydides aliíq; B plures meminerunt. Ortus eius ad fontem Gufferam, iuxta Baxemam recens oppidum. Hic vallem, qua ab eo quod diximus oppido, Paciorus, nunc Palazolus, diuiditur, præterfluit, adítque Cacyrum, hodie C Cassarum (sunt hæc mediterranea à Ptolemæo citata oppida) & Ferulensibus, recentioribus vti reor, ad læuam relictis populis, Sortinum, cuius ab his qui de Sicilia scripsere, nulla facta mentio, abluit. Fon- D tibus denique pluribus absorptis, agrum Syracusanum ingreditur, quo Cyanes latices celeberrimi, notíque fontis duobus propè antè ostium miliaribus hauriuntur. Aeneus fluuius, haud procul à Netho ciui- E tate, Fundum (nunc Feudum dicunt) cui nomen Cardinalis patris mei, domúsque Aretiorum multis antè interluit: Statímque, vbi ad eius finem ventum, in profunda valle facto stagno absorbetur, perítque F totus, simul ac per vndecim ferè miliarium spatium in Syracusano agro iuxta Anapum, non longè ab ipso fonte Cyane, rursus

A ſus ex immenſæ profunditatis emergit lacu, inque Anapum clementer, ac mirabili lenitate decurrit. Lacum, quam Piſcinam prius, deinde Piſmam noſtri vocarũt, in eo loco: Vnde Ditis cùm abrepta Proſerpina
B exiuit, exiſtere antiquitus putauere. Quapropter Syracuſani ibi dies feſtos anniuerſarios agebant, celeberrimo virorum mulierúmque cõuentu, propter huius opinionis vetuſtatem, quòd eorum in his locis ve-
C ſtigia & propè incunabula deorum reperiri dicebant, author idoneus eſt Cicero in Actionibus in Verrẽ. Fontẽ item Cyanen, hodie Cyrini Piſmã appellatũ, nympham ipſo Anapo dilectã fuiſſe, inq; ſui nominis
D fontẽ reſolutã tradunt. Tres, præterquàm de quibus diximus, fontes in Syracuſano agro Plinius cõmemorat, Temenitem, Archidemiſam & Mergeam, quorũ cùm recentioribus nõ faciũt nomina. Iouis Olym-
E pij fanum mille & quingentis ab Syracuſis paſsibus, cùm oppido Olympico euerſo nunc, è paruo tumulo Anapum reſpicit, vbi Athenienſes, multis pòſt annis, deinde & Romani, vt Thucidydes & Liuius ſcripſe-
F runt, caſtra poſuere, cuius adhuc extant columnæ. Nec longè ab Olympico Acarnaniam, quæ in præſentia nihil penitus oſtendit, vrbẽ ſtatuit Cicero. Locum hodie in ea,

qui Pantanus dicitur, regione, Carranum A
vocãt. Per paludem ad Olympicum, quam
Lyſimeliã Thucydides, nos Pantanellam
appellamus, via magnis inſtructa lapidibus
noſtra ætate reperta, cuius lapides Carolo
Quinto imperatore regnãte vrbi munien- B
dæ maximè profuere, pergebant. Palus hy-
bernis aquis, multóque cœno fœdata nul-
lum præbet adeuntibus acceſſum, donec
veris nouæq; eſtatis calore deſiccata. Trans
Anapi oſtium via Elorina, nunc calorina C
dicta, ad meridiem, & Plemmyrium pro-
montorium diſtenditur, Plemmyrium, de
quo Vergilius meminit, promontorium, &
ibi oppidum eodem nomine, quod Gylip-
pus Corinthius Syracuſanis ab Athenien- D
ſibus obſeſsis auxilio profectus, ibi enim
hoſtes munitiones fecerãt, hoſtiliter depo-
pulatus eſt: promõtorium hodie Maſſaoli-
uerem contra inſulam, portus magni ho-
ſtio diuidente, appellant. Alterũ iuxta pro- E
montorium Raiſcanſir Afro nomine. In
ipſo portu Plemmyrium ſpectat parua in-
ſula. Supra ſexto propè miliario longum
promontorium, modò Logina, & ſtatio
parua. Et mediterraneus ager, Longari- F
nus nuncupatus. Ibíque nec à mari remotæ
Therſones, hodie Thireſæ ruinæ. Giartis
ager, quem Dionyſij tyranni fuiſſe, Plutar-
chus.

A chus scripsit in Dione, qui tum cãpestrium rura, tum saltus, ac vertices montium, iugúmque ad occidentem extensus continet, nũc Caua Georgiæ nuncupatus. Altera Syracusarum pars, cui Neapolis nomen est,
B insulæ propinquior, de qua, quod postremũ ædificium, postremò verba facienda duximus. Est igitur parum eminens ager, duas qui Syracusarũ vrbes Achradinem & Ticham complectebatur, Neapoli ab insula
C diuisus. His duabus vrbibus nulla vel pauca Romanorum prouidentia remanẽt antiquitatis vestigia. Ager post ruinam, ac damnum à Cn. Pompeio factum. Terratichæ, Terrachati posteà vocatus est. Nunc
D vt quomodo paulò antè insulam sic Achradinam & Ticham sequar, Achradina igitur mari propinquior, cuius murus fluctu abluebatur, author est Liuius. Forum, in qua maximum, vbi C. Verres filij nudam,
E suámque in equo statuam posuerat. Ibíque Concordiæ ara, vt idẽ Liuius scripsit. Pulcherrimæ item porticus, ornatissimũ Prytaneum (locus ad quẽ iudices cõuenerant) & in hoc Sappho erat, quæ epigrãma Græ-
F cum habebat in basi. Amplissima erat Curia, locum ipsum Buleuterium vocabant. Templúmque egregium Iouis Olympij. Erat prætereà turris in extrema parte vr-

bis, quæ ad Septentrionem spectat, quàm A
Galeagram antiquitas, nostri Scalam Græ
cam vocant. Et sub hac Trogilum oppidu-
lum suburbanum, locus in præsens Targia
dicitur, vbi turris proximis annis ædifica- B
ta, atq; Trogilorum portus, de quo Liuius
fecit mentionem, Statio, hodie Stinctinus
dicta. Tertia est vrbs, quæ quòd in ea parte
erat, vbi fanum Fortunæ fuit, Tycha nomi
nata est, in qua locus eminens & præruptus C
à superficie Epipolæ dictus. Et ibi arx Lao-
dalum, quòd Liuius Exapylum vocat, no-
stri verò Montem Bellisim, modò eruta in-
gentem lapidum aceruum, veluti sui ima-
ginem ostendit. Iuxta Epipolas locus erat, D
cui Pentapylum nomen, vbi illustrè Dio-
nysij horologium fuit, Gymnasium quoq;
erat amplissimũ, quòd superioris domum
Dionysij fuisse, libro duodecimo scripsit
Plinius. Aedes præterea Aesculapij, & in ea E
Pæanis signũ præclarè factum, sacrum tum
& religiosum. Aristæi alterũ in æde Liberi.
Iouis quoque imperatoris in ea templum
erat, vbi notissimum simulachrũ. Etenim
tria Iouis imperatoris signa vno in genere F
ferebantur in orbe terrarum, vnum illud
Macedonicũ, quòd Romæ in capitolio po-
suerat Flaminius, alterum in Ponti ore &
angustiis, tertium quòd in hoc templo erat.

In

A In radicibus ipſius Tychæ Timolionis Corinthij ſuburbana domus, illi à ſenatu populóq; Syracuſano tanquàm de republica bene merito donata? Vbi iam ſenior & cæcus ipſe habitauit. Domibus modò ruino-
B ſis, templũ eſt paruum Diuo Petro dedicatum, atq; fons perennis, noſtri Trimiliam vocant. Portæ Agrariæ propè erant, quas iuxta ſepulchrorum copia, Pyramis porta vergebat ad meridiem. Quarta autẽ erat
C vrbs, quæ quia poſtrema, vt antè dictũ eſt, ædificata, Neapolis nominabatur, & in eo loco, qui nunc Muragli dicitur: Quam ad ſummã Theatrum in hunc diem eſt maximum, ex ipſo ſaxo inciſo, factũ: cui nil quidem
D deſideraretur niſi ſcæna deeſſet, ex cuius fundamẽtis ſuperiori anno lapides extracti. A quo haud procul Amphiteatrum, oualẽ formã continẽs, quòd euerſum iam, pauca oſtẽdit veſtigia, id tum Granatorum
E foſſam, tum Coliſeũ nuncupant. Fons qui Theatrũ abluit Galermis, qui Amphiteatrũ Paradiſus hodie vocatur. Hi maximo hominũ labore ampliſſ. cæciſq; factis meatibus, in hęc loca erũpunt. Duo itẽ tunc tẽpla
F egregia. Ex his vnũ Hiero ſuperior Cereri, alterũ Libero dicauit. Signũq; erat Apollinis, qui Themiſtes vocabatur, pulcherrimũ & maximũ. Colũnarũ capita quæ Syracuſa

rum in templis erant, Romæ in Panthei A
Templi vestibulo, nunc Diuæ Mariæ
vulgò rotũdæ, vt Plinius censet à M. Agrip
pa posita. Menetides erant portæ, per quas
ab Anapo Achradinam Dionem ascendis-
se narrat Plutarchus. Et Plinius signum B
fuisse Syracusis claudicantis pueri, cuius
vlceris dolorem etiam spectantes sentire
videbantur. Lautumiæ, quas Taglatas nos
vocamus, sub terra carceres, quæ vt Varro-
ni placet, & Lapicidinæ dicuntur. Opus est C
ingens ex saxo in mirandam altitudinem
depressum, & multorum operis penitus ex-
cisum, in has si qui publicè custodiendi
erant, etiam ex cæteris oppidis (author est
Cicero) deduci imperabantur, sunt adhuc D
quinque insignes, omnes carentes testudi-
ne præterquàm vna ad meridiem conuer-
sa, Syracusanis Antrum Sancti Nicolai
nominata, vbi carcer ille qui à Dionysio
tyranno factus fuit. Alterum huic adhæret E
Antrum (Grotta quæ Fauellat hodie dici-
tur) eo factum artificio, quo loquentibus
Echo ita dictiones singulas, & syllabas ac-
centúsq; omnis reddit, vt quenquam serio
inclusum omnino crederes. Tres item spe- F
cus in hac vrbe memorabiles sunt, dictúq;
mirabiles. Vna in Diui Ioannis æde, quæ
cæteris est maior. Hæc viis latis, multísq;

transu

A transuersis, vti oppidum subterraneum, diuisa continetur, cuius in parietibus sepulchrorum multa ex inciso saxo sunt. Altera ad Diuæ Luciæ martyris fanum, quò locum esse vbi ipsa tormenta passa fuit, Sy-
B racusani volunt, quæ non natura quidem, sed mortaliũ manu & artificio factæ sunt. Tertia autem est specus in templi portis quod deiparæ Mariæ Iesu dicatum, eò per angustum hiatum passibus propemodum
C duo de viginti descendentibus, pérque cæcum rursus callem triginta ferè orientem versus pergentibus lacus aquæ dulcis occurrit. Est Syracusis loci natura cœlíque, vt nullus vnquam dies tam magna turbulen-
D táque tempestate fuerit, quin aliquo tempore solem eius diei homines viderẽt, quòd & si Cicero ipse affirmat in Verrinis Actionibus, nos tamen non semper id vsu venire dicimus. Syracusarũ ædificia omnia, publi-
E ca, priuata, sacra & profana, quibus M. Marcellus posteà quàm vrbem illa tempestate fermè omniũ pulcherrimã subiectam oculis vidit, humaniter pepercit, præter pauca, quæ Romã asportata sunt, in ædem
F Honoris & Virtutis. Cn. Pompeius penitus delenda curauit. Insulam dein, quam nunc habitamus, Augustũ restituisse Strabo commemorat. Suprà ad meridiem duodecimo

ferè miliario, vltra Longarinũ agrum (de quo diximus) Cacyparis est amnis, author est Thucydides, Cassibilis hodie nuncupatus, & statio vicina quas Fontanas Blancas appellant, Plinius Naustachmum portum. Enimuerò nullus inter Syracusas & Pachynum, præter stationes reperitur portus, Erineus vltra sex miliaria fluuius, Miranda nunc dictus, qui campis, vbi arundines fiunt dulces, quum hauriuntur latices, nullum prorsus in præsentia facit ostium. Ad eius fontes Auola oppidũ quò ex alto colle Pachynum prospectat. Et Syracusanorum victoria insigne Asinarũ tum flumen, nunc Falconata. Athenienses quoniam, & Nicea eorum dux, hinc à Syracusanis intercepti, præter eos qui capti, atque in Latumiis labore consumpti, ad vnum omnes trucidati, ob quam caussam eo in loco ad nonas Calendas Iunias diem festũ celebrant quotannis. Oritur iuxta Nethum antiquã vrbem, hodie Nothũ. Quæ ab Auola, de quo diximus oppido, sex miliaribus, ab Syracusis autem quatuor & viginti, supra Pachynum octo ferè miliaria, natura ipsa ab omni parte munita, distat. Flumen ipsum omniũ ferè arborũ probatissimos præbet fructus. A quo Elorina ciuitas ad Elori amnis ostiũ deleta penitus, sex miliaria abest. Elori

ostium

A ostium Pachyno proximũ hodie Labisum. Pachynum hunc fuisse amnem aliqui autumant. Ac rursus parte ex alia quæ ad septentrionem pertinet, Bidenos populos parum à Syracusis remotos statuit Cicero, op
B pidum tenue Bidis nomine, nunc Bigenis ager inter Tapsum & Euryalum, vbi Pyramis est semidiruta. Euryalum tumulus, & in eo arx, vt author est Liuius, Belueder nunc dicta, quæ vtrunque mare prospicit,
C Tapsi hinc, illinc Syracusanũ portũ. Cõtrà mons est præceps, ex rupe vtrinq; excisa, cuius frons ad ipsum Euryalũ, dexterũ latus ad Anapi amnis vada, lęuúmq; ad Tapsum vergit. Vertex Lepas à Thucydide, hodie
D Mõs Crimitis nominatur. Et Leo locꝰ erat, vt idẽ author ait, vno ferè miliario ab Epipolis, Liuius Leontiã vocat, munitũ locum, quinq; milia passuum ab Exapilo, locus in præsens nec vestigia, ruínæq; vllæ vbi fuis-
E set, demõstrãt: qua propter, sicut & cęteri de quibꝰ aliquod haud potest fieri argumẽtũ, relinquitur. Tapsus in præsentia insula de Mãchisi dicta, peninsula: vbi antiquitatis nihil extat, portu ab occasu munita, quatuor
F ab Achradina distat miliaribus. Itẽ Thucydides iuxta Syracusarũ muros Sicã oppidulũ collocat, modò agrũ esse Sinecchã noïe, qui prope Sichã est, ipsa docemur cõiectura. Offi

ra. Officinam C. Verres maximã fecit Syra A
cusis, artifices in qua ferè omnes, cælatores,
ac vascularios cõuocari iussit. Lex fuit Sy-
racusis, author est libro vndecimo Diodo-
rus, quam Petalismum appellarunt. Causa
ferendi legem Tyndaris dives iuuenis, & B
incautus, variisque illecebris potens: Hic
conuiuiis & cõmessationibus aduenas cun-
ctos, ac seditiosos ita sibi aggregauerat, vt
senatui suspicioni fuerit, veluti qui ex in-
dustria illorum vteretur consuetudine, vt C
pessimis confisus viris publicam occuparet
libertatem. Inclinatis ob id iam omnium
ad credendum animis, hominẽ obseruant,
eundémq; nequissimorum quorumcunque
stipatum agmine circumsistunt: Tum com D
prehensum nituntur socij eripere, quibus,
quum dispares essent viribus, trucidatis,
vinctum coniectis catenis temerarium, ac
damnatum pœnam sequi oportuit. Et con-
festim procerũ consilio aduocato, Tynda- E
ridis inuidia & audacia, ac communi peri-
culo recitatis, quibus ille merita affectus
pœna, legem cõscribunt, vt eius qui tyran-
nidis suspicionẽ tulisset, oliuæ foliũ inscri-
ptum nomine illi daretur, scire propterea F
se exulatum ire quinquenniũ oportere. Lex
ab oliuæ folio, Petalismus appellata. Athe-
niensium exẽplo, qui quòd in latere nomen

scrib

A scribebant, Ostraciſmum eandē vocarunt. Petaliſmo igitur lege multi ex primoribus quum in exilium acti, eorúmque diminutus numerus, atque ob hanc cauſam in plebeiorum arbitrium, qui ciuitatis ſtatum
B multifariam diſtractum, cæca confuſione atque multiplici miſcebant ſeditione, eſſet reſpubl. declinata, eandem confeſtim aboleuere. Altera quoque lex Syracuſis, vt refert Cicero in Verrinis Actionibus de re-
C ligione, quæ in annos ſingulos Iouis ſacerdotem ſortito capi iubebat: quòd apud Syracuſanos ampliſsimum ſacerdotiū putabatur. Cum ſuffragiis ex tribus generibus creati erant, res vocabatur ad ſortem,
D vt quot eſſent renuntiati, tot in hydriam ſorte coniicerentur, cuius nomen exiſſet, vt is haberet ſacerdotium. Hieronia præterea lex, de Hieronis nomine dicta, quæ decumas vendendas, vt idem author ſcri-
E pſit, iubebat. Mos fuit Syracuſis, vt ſi qua de re ad ſenatum relatum erat, diceret ſententiam qui vellet, nominatim nemo rogabatur, & tamen vt quiſque honore, & ætate antecellebat, ita primus ſolebat ſua ſpon-
F te dicere, ídque à cæteris ei concedebatur: ſi quando tacuiſſent omnes, tunc ſortitò cogebatur dicere. Magiſtratum annuum, quē Famulatum vocarunt, quémque trecentos

ferme

fermè post annos, vt in Philippo scripsit Diodorus, ipsi Syracusani aboleuere, Timoleon victo inferiore Dionysio instituit, Ac etiam de viris illustribus, aliqua dignis memoria, quos vrbem Syracusas peperisse reperimus. Lygdamus Syracusanus tertia, & trigesima Olympiade victor fuit in stadio, cuius ossa medullis carere fama vulgauit. Asylus & Hisbio, ille septuagesimaquarta, hic nonagesimanona Olympiade in stadio quoq; victor. Hermocrates dux & orator summus. Callicrates animo, & militari arte præstantissimus: Is & Lamachus Athenienſis Syracusis singulari certamine icti cecidêre. Heraclides homo bellicæ virtutis peritus, leuis tametsi & instabilis. Eurides vir clarus & illustris. Menãdrum Syracusanum ephebum ab elephante adamatum refert Plinius. Mentorinsia cum claudo Leone congressus, blandientis ex illius pede surculum extraxit Zenagoras qui sextum remorum ordinem inuenit. Diocles legum lator, legem conscripserat, in qua nequis forum cum armis accederet, cautum erat: verùm cùm esset domi gladio accinctus in hostes impetum facturus, audito parui momenti tumultu domo egressus est, cui quidam ex ciuibus, Tuam, inquit, ipsius negligis legẽ: At Diocles, Minime

A nimè ait, imò eam ipsam cõfirmabo, & stricto gladio necem sibi ilico cõsciuit. Theocritus Syracusanus, quẽ Verg. imitatus est, Bucol. carmine illustris. Epicharmus poëta comicus, trium literarũ inuentor, zita, xi,
B psi, quem Plautus est imitatus. Horatius in Epist. Plautus (inquit) ad exemplar Siculi properare Epicharmi: huius sentẽtia, vt Cicero scripsit in Tuscul. quæst. Emori nolo, sed me esse mortuũ nihil æstimo. Eius so-
C cius Phormus Geloni gratissimus, Dinolochus Epicharmi discipulus. Et ille Philemon, qui vnum supra centũ vixit annum. Eiúsq; filiꝰ Philemõ vterq; poëta. Corax, Latinè Coruus, orator præstantissimus, is Ti-
D siã Syracusanũ pacto docuit precio, cui discipulus petẽti mercedẽ, Si tibi Corax, ait, persuasero, nõ soluam: sin minus, veluti qui à te artẽ minimè edoctus, etiã non soluã. At Corax, Si tibi, inqt, Tisia persuasero, certè
E solues: si verò id efficere nõ potero, dignus ero mercede, quòd me doctiori discipulo id persuadere nequeo: Quibus Iudices (quod prouerbiũ fuit) Mali corui malum ouum. Antiochus Syracusanꝰ (vt Dion. Halicarn.
F refert) historicus, qui Italicos vetustissimos cõditores scripsit. Lysias Gorgię discipulus, orator summus, Bion autem orator, Et Cimias philosophꝰ, Nicolaus, vt ait Diod. lib.

tre

tredecimo, qui duobus filiis orbus, pro vi- A
ctis Atheniēsibus, quorum manibus inter-
fecti erant liberi, orationem, vt illis parce-
retur, habuit. Et poëta diuinus Sophon, cu-
ius poëma Platoni admodum placuisse fe-
runt. Philemon Alexandri tempestate co- B
micus poëta, à quo nonaginta sunt editæ
comœdiæ, qui vbi totidem vixit annis, risu
vehementi animam effudit. Sosiphanes Sy
racusanus Philippi Macedonici ætate, ex
septem Tragicis vnus. Theodorus orator C
qui de re militari scripsit. Themistogones
historicus, à quo de Cyro plura edita. Athe
nagoras orator: Et Acheus poëta Comicus.
Duo præterea fratres Epicydes, & Hippo-
crates, & armis & literis præditi. Dion vir D
illustris, Platonica disciplina eruditus. Cu-
ius soror Aristomacha, Dionysij superioris
tyranni coniunx. Dionysius Syracusano-
rum tyrannus à puero institutis & artibus
ingenuis eruditus, musicorum studiosus, E
quem acrem fuisse & industrium, natura
maleficum & iniustum, eiúsque in victu
maximam temperātiam cúmque fugitiuis
barbaris & facinorosis vixisse, apud Cice-
ronem scriptū accepimus. Mater eius quū F
prægnans eum in aluo contineret, somnia-
uit se peperisse Satyriscum: cui interpres
portentorum (Galliatæ hi in Sicilia dice-
bantur)

A bantur) responderunt, eum quem illa peperisset, clarissimum fore. Item paulò antè quàm regnare cœpit, in agro Leontino quũ equum flumine summersum maxima contentione non potuisset extrahere discessit.
B At quum aliquantulum progressus esset, hinnitum exaudiuit, atque equum alacrem aspexit, cuius in iuba examen apum consederat. Quinque & viginti compleuerat annos, cum tyrannidem occupauit, regnauitque duo de quadraginta. Filias Dionysius,
C ne tonsori collum committeret, tondere docuit: adultas verò, ferrum earum manibus remouens, candentibus carbonibus capillum & barbam adurere. In carcerem
D demùm quodammodo ipse se inclusit, atque ex turri alta concionabatur. Hic tunicam & gladium, quum pila ludere vellet, adolescentulo quem amabat, tradidisse dicitur. Cui quidam familiaris iocans: Huic,
E ait, vitam tuam committis? Ille vtrunque iussit interfici. Damocles assentator propter eius opes, atque rerum abundantiam beatum Dionysium assiduè in sermone commemorabat. Cui Dionysius: Vis ne igi
F tur, inquit, ô Damocle, sic te esse beatum? Quúmq; ille velle dixisset, hominem Dionysius in aurea sede collocari iussit, mensásq; construi exquisitissimis epulis, pueros

delectos consistere, iussitq; rursus fulgentẽ A
gladium à lacunari seta equina appensum
demitti. Damocles itaq; gladiũ suspiciens,
nec plenũ artis argentũ, nec pulchros admi
nistratores aspiciebat, nec manũ porrige-
bat in mẽsam. Exorauit deniq; tyrannũ, vt B
abire liceret, quòd iam beatus nollet esse.
Damonẽ & Pythiam ea amicitia coniun-
ctos ferũt, vt quũ alteri Dionysius diẽ necis
destinasset, alterum vadẽ mortis acceperit,
donec ille caussa commendandorũ suorũ C
profectus reuerteretur, qui vt vadẽ suũ libe
raret, præsto fuit ad horã morti destinatã.
Quorũ fidẽ admiratus tyrannus, eos dimi-
sit. Atq; vtinã ego, inquit, tertius vobis ami
cus ascriberer, Aristides filiarũ vnã in ma- D
trimoniũ petenti Dionysio respõdit: Mor-
tuã mallẽ, quàm tyranno filiã nuptã aspice
re. Anus quædã, quũ diis immortalibus pro
Dionysij vita preces assiduas funderet,
quúmq; eã Dionysius interrogaret, cur so- E
la ita faceret, Ne tibi, inquit, extincto dete-
riorẽ tyrannũ suffectũ videam. In Acarna-
nia vrbe Iouis Olympij signũ grauis pon-
deris aureo pallio vbi spoliauerat, atque la
neo induerat, illud neutri dixit, ídq; vtriq; F
esset aptum tempori. Idem è fano quodam
quum mensas aureas, quæ bonis diis inscri
ptæ, subtrahi iussisset, dixit bonitate deorũ

vti

A vti. Aureas pateras, quas porrectis manibus
simulachra quædam sustentabant, sustulit:
Admodum, inquiens, vnumquenque decere
quod dij porrectis manibus offerunt, acci-
pere. Apollinis simulachrum Epidauri abs-
B que barba, barbatúmque Aesculapij, quem
Apollinis filium fingunt, videns, auream
barbam illius allectus pondere, accepit:
non licere affirmans imberbem patrẽ, fi-
lium verò barbatum esse. Locris Proserpi-
C næ fano spoliato quum ipse soluisset, secun
do vento spirante, Videte, ait nauigatio-
nem, quæ à diis immortalibus ipsis sacrile-
gis conceditur. Aristippus philosophus &
facetus, cuius consuetudine tyrannus vte-
D batur, ad Diogenem philosophum, qui vi-
tam agebat solitariam, vnà cum Dionysio
accessit. Cui, quia olera lauantem offende-
rat, submissa voce: Si Dionysio, ait, obse-
quutus esses, olera non comederes. At Dio-
E genes: Si olera, inquit, comederes, Dio-
nysio non obsequutus esses. Dionysius pe-
dibus tractum tyrannum, non insiden-
tem equo, vt ait Liuius, relinquere tyran-
nidem debere, dicebat. Dionysius item
F huius Dionysij filius, philosophus quo-
que & tyrannus, qui Syracusis expulsus
Corinthi ludum aperuit, puerósq; docuit.
Ad vltimum verò sordidissimam agens

vitam, popinas & lupanaria dum frequen- A
taret, de minimis quibúſq; rebus vulgò in-
ſertus diſceptabat. Niſcæus, qui eo tempo-
re, quo alter Dionyſius exulauit, principa-
tum Syracuſis obtinuit. Et Cephalus, vt
ſcripſit Diodorus, per id tempus legum cõ- B
ditor. Agathocles humili progenie ortus,
rex deinde Syracuſanorum. Cuius filius
Eudoxus Poëta comicus. Callias hiſtoricus,
is qui ipſius Agathoclis geſta ſcripſit. Phili-
ſtus Poëta, & hiſtoricus, homo diues, Dio- C
nyſij ſuperioris amicus, qui armis, nedum
literis inſignis, quem doctum hominem &
diligentem fuiſſe teſtatur Cicero in li. quẽ
de Diuinatione ſcripſit. Philiſcus philoſo
phus. Mominus quoque philoſophus. Hie- D
ro rex prudens & ſtrenuus. Polydorus legũ
conditor. Polyænus orator, eiuſdem regis
tempore. Et ipſius Hieronis gener Andro-
nodorus orator, cuius vxorem Damaratã,
interfecto Hieronymo, Syracuſani truci- E
darunt. Scopias (vt Vitruuius ſcripſit) Sy-
racuſanus Mathematicus multas res orga-
nicas & Gnomonicas, numero naturalibúſ-
que rationibus inuentas atque explicatas,
poſteris reliquit. Hippocrates & Epicydes, F
duces perquàm ſtrenui, vt apud Liuium in-
uenimus. Archimedes inſuper vnicus ſpe-
ctator cœli ſyderúmq;: Is, vt Cicero in Tu-

ſculanis

A sculanis quæstionibus tradit, lunæ, solis,& quinq; errantium motus in sphæra alligauit. Bellorum item machinator, tormento rúmque vnicus inuentor. Hic quum se terræ globum mouere posse gloriaretur, ro-
B gante Hierone rege, procul assidens nullo corporis nixu (author est Plutarchus) nauem onerariam adduxit. Hiero præterea, quum auream coronam votiuam diis immortalibus in quodam fano constituisset
C ponendam, immani precio locauit faciendam. Opifex autem ad tempus opus manu factum subtiliter regi approbauit. Postea quàm iudicium factum est, dempta auri parte, tantúndem argenti coronæ addit. In
D dignatus Hiero, neque inueniens qua ratione id furtum repræhēderet, rogauit Archimedem, vt in se sumeret sibi de eo cogitationem. Tunc is, quum haberet eius rei curam, casu venit in balneum, & eò quum de
E scenderet (Balneum paruo dolio erat simile) animaduertit quantum corporis sui in eo insideret, tantum aquæ extra effluere. Qua de re quum eius rei rationem explica tionis ostendisset, domum reuersus duas di
F citur effecisse massas æquo pondere, quo & fuerat corona, vnam ex auro, alteram ex argento. Quæ quidem licet æquo pondere, non tamen æquo corpore, etenim maioris

erat corporis argentea, quum sit aurũ ma- A
ioris ponderis. Quúmq; ita feciſſet, vas am
plum ad ſumma labra impleuit aqua, in
quo demiſſa argẽtea maſſa, multùm aquæ
extra vas effluxit: qua exempta, vas iterum
impleuit, in quo rurſus aurea maſſa demiſ B
ſa, vti minoris erat corporis, quanquã eodẽ
pondere, non tantũ effluxit aquæ. Quũ id
factũ eſſet, rurſus auream pleno vaſe demi
ſit, ac ea exempta, repletóq; vaſe, coronam
quàm opifex fecerat demiſit, inuenítq; plus C
aquę in coronã, quàm in aureã maſſam eo-
dẽ põdere effluxiſſe. Et ita ex eo, quod plus
defluxerat aquę in corona, quàm in maſſa,
ratiocinatus deprehendit argenti in auro
mixtionẽ, & manifeſtũ furtũ. Archimedes D
perſæpe balneũ ingreſſus ſuper vncto cor-
pore vnguẽto, Geometricas figuras, linia-
mentáq; ſui ipſius oblitus, digito deſcribe-
bat. Amicos itẽ, vt ſphærã cũ cylindro poſt
mortẽ ſepulchro imponerẽt, oraſſe fertur. E
Quòd aliquot pòſt annis ad Agragarias
portas cũ cylindro & ſphæra, in cuius baſi
epigramma erat, ſe Cicero reperiſſe gloria
tur. Poſtremò captis Syracuſis in tanto tu-
multu Archimedẽ intentũ formis quas in F
puluere reſcripſerat, ab ignaro milite quis
eſſet, interfectũ eſſe cõſtat. Cui M. Marcel-
lus ſepulchrũ faciẽdum curauit. Vilielmus

Pernus

A Pernus Syracusanus proauus meus maternus, vir Patricius, iuris cõsultissimus, à quo plura edita. Est Thesta mulier Syracusana superioris Dionysij soror, Polyxeni (qui vnus ex primoribus) cõiunx, fratri arguẽti
B quòd viri fugã minimè nũtiasset, respõdit: Adeóne Dionysi vilis & abiecta visa tibi sum, vt si cõiugis mei fugã ipsa pręscissem, eiusdẽ nauigationis comes & fortunæ particeps esse voluissem? Apud Plutarchum in
C Apophthegmatibus, interrogatam Hieronis vxorẽ cur sibi, quod os fœteret, nunquã nuntiasset, viro respondisse legimus: Ita omnes olere viros existimabã. Et duæ quoq; Syracusanæ mulieres animo etiã in morte
D præstantissimæ, Hermonia inferioris Gelonis filia Themistis coniunx, quum seditiosis, qui omnem prorsus regiã stirpẽ tollere conabantur, alterã puellã regali cultu ornatã à nutrice expositã intueretur, puellę
E haud interitum pertimentis admirata fidem, exclamauit se esse, & non illam Hermoniã, quo vtraq; vnius horæ momẽto periit. In Parallelis refert Plutarchus, autorẽ adducens Cyanippum, Dositheum Syra-
F cusanum Baccho sacra facere negligẽtem, ebriúmque ob hanc causam factum, Cyanem filiam inuitam violasse, eandem patris annulum, criminis indiciũ, subripuisse

Pestilentia postea sæuiente, vt impietatis autor diis immortalibus immolaretur, responsum est à Pithio, Cyanã idcirco patrẽ violatorẽ necasse. Septimo pòst anno Theocles & Chalcidenses è Naxo profecti, Leõtinum vrbem ferè omnium fœcundissimã, & Catinam prælio perdomitis Siculis tenuere, Polybio nihilominus quinto post Syracusas anno id fuisse placet. Leontinũ igitur, modò Lintini, populosa ciuitas & diues muro tunc cincta (Nam quæ deinde addita nouam ciuitatem appellarunt, autor est Diodorus in historia Philippi) paludibus fœda & humidior, duobus collibus, tribúsque contenta vallibus, Catinã atque Aetnam respicit montem. Ibi turris adhuc tribus angulis ædificata ad nostrum vsque tempus, quasi posteris seruatum monimẽtum. Et murus ruinis quoque actus, domus Gorgiæ philosophi. Vrbi altus imminet collis, Hieropolis nomine: Hieronis Polũ hunc antiquitas appellabat: cuius in verticis planitie plura plumbea frustula aratoribus inueniuntur. Campi porrò omnium quæ ad victũ humanum pertinent, rerum, longe feraciſsimi. Tritici enim, omnísque leguminũ generis lętisſimas ferũt segetes, ita vt ibi arare terrã, ac frumentum ab ea mortales extorquere Cererẽ docuisse creder

A derent. Quare Leontini rei frumentariæ principes appellabantur. Ibi quoq; armentorum copia & pecudum, aucupij etiã maxima cõmoditas. Circa Leontinum fluuius prolabitur, qui ex duobus fit fontibus, quo
B rũ vni Gleppi nomen, alteri Passanito propè Francum fontem oppidũ, & Hidram ab Ptolemæo citatum oppidum, vbi turris tãtum hodie rotunda, sex ferè miliaribus ad occidentem à Leontino, nostri Cadram vo-
C cant. Et fons hic de quo diximus, oppidum Militellum, haud antiquum quidẽ alluit. Iuxta Leontinũ ex his vnus fit fluuius, vbi pons, quem Reginæ pontem vocant, cuius serio (admissis prius maris fluctibus) obtu-
D rato ostio, lacus, qui Pantanus nominatur, piscosus admodũ efficitur. Vltra pontem, lacus est alter milia propè duo à ciuitate manufactus, non multùm ante patrum nostrorum memoriã, cui Bifarium nomẽ. Ex
E quo pisciũ, quos mari captos minutissimos eò alendi gratia coniiciunt, incredibilis multitudo expiscatur, ac in omnes fermè Siciliæ partes mittitur. Aliásq; complures habet Leontinũ paludes, quibus pernicioſa
F propemodũ cœli temperies. Hic nundinæ ab omnibus ferè Siculis magna hominum ac mercatorũ frequentia circiter calendas Maias celebrantur. Locus etat antiquitus

in Leõtino agro, Phoces nomine, & Bricin- A
nia arx. Gorgias Leontinus philosophus &
orator summus, Socratis magister, qui vt
ait Cicero, in Rhetoricis omnibus de rebus
oratorem optimè posse dicere existimauit,
centũ & septem cõpleuit annos, nec vnquã B
à suo studio, atq; opere cessauit: qui quũ ex
eo quæreretur, cur tam diu vellet esse in vi-
ta: Nihil habeo, inquit, quòd incusem sene-
ctutem. Hic primus hominum, & auream
statuam, & solidam Delphis in templo sibi C
posuit. Herodicus Gorgiæ frater medicus
quàm celeberrimus. Icetes à Syracusis o-
riundus, Leontini ortus, Leontinorúmque
princeps, vir admodũ inquietus & audax.
Supra Leontinum, Hidra oppidum, de quo D
paulò antè diximus. Nec plus sex miliaria
Boccherius recens oppidum, vbi fons aquæ
lacteæ, quem Birigeim vocãt. Bideni ante-
cedunt populi, quorũ oppidum nũc Bizinis
haud ignobile: Et proximũ Licodia. Cæte- E
rùm altera ex parte Murgantiũ, octo ferè
milibus passuum à Leontino ad Symethi
amnis ostium, ciuitas affecta cladibus tota,
à Murgentinis Asiæ populis vt erecta, ita à
Carthaginensibus postea deleta: Murgus F
nostra tempestate nuncupata, turrim tantũ
frumenti emporium in ipsius Siculi maris
littore continet. Symethi ortus ex quinque

fon

A fontibus. Nomina autem recentiora Mucuba, Luchula, vbi casæ. Canaliscalcagnus, & Fõs ferratus, quibus vicina est Nea vrbs antiqua (Neam Diodorus libro vndecimo vocat, Menas Ptolemęus, nos Minium. Po-
B pulos verò Menaninos Plinius, Cicero Menenos, qui potior est autor) in alto est sita colle, eandémq; à Durentio ciue in planiciem translatam volunt, locus nũc Burgus dicitur, inter hanc Symethíque vada, Sta-
C gnum Palicorũ ipsis diis Palicis sacrũ, Symetho tamen quàm vrbi propinquius, cui iusiurandi numen inesse antiquitus credebant. Thaliam nympham iuxta Symethũ ãb Ioue compressam ferunt, terráq; absor-
D ptam, ne in iram incideret Iunonis, maturi demum partus tempore duos peperisse Palicos. Stagnum, de quo Aristoteles mentionem fecit in eo libro, quem de mirabilium auditu scripsit, quamuis non vastum, quòd
E sulphureum assiduéque feruens, ac magno cum impetu vbi emerserit, passibus duodecim non amplius hiatu quodam absorbetur, horribile tamen vbi fanum erat olim. Pœni Siciliæ dominantes Naphthiã, quod
F est malus odor, nomen huic indidere. Et iuxta alij quoque exigui visuntur crateres. Palica item oppidum, quod Palico niam hodie vocant, ab ipsis Palicis nomen

Sta

Stagnum haud multum refugit, ab eodem A
Durentio, vt idem Diodorus scripsit, cõditum. Duo præterea fluuij ad diuersorium Gutterram Symetho hauriũtur, vnus Bufaritus, recens nomen, qui nõ longe à Plutia oppido: Cicero de quo in Verrinis A- B
ctionibus fecit mentionẽ. Alter ab ipsa Paliconia capit initium, Plutia, nunc Plaza, vrbs populosa, & amœna arboribus, ac viretis referta. Hanc & oppidum haud multum remotum Daidonem, Cisalpinos Gal- C
los (nunc Lombardos) à Placentia vrbe adducta colonia, habitasse, quòd eorum vtuntur sermone, ipsi credunt. His opulentissima, satísq; prospera vicina est ciuitas (Calatagironem hodie vocant) celso in monte D
posita, eam ipsam cõiectura vtentes Calatam fuisse, seu Calinactem à Durentio cõditam opinamur: Cicero Calatinos populos appellat. Duo ciues Calatini memoria dignissimi Thales orator, & Demetrius E
historicus. Rursus ad Leontinum dilapsus Symethus amnis (Leõtini agros Symetho allui Thucydides, Strabo Catinenses Leõtinis coniunctos Symetho infusos probat) nomen Sancti Pauli, cũ ipso ponte, sibi vendicat. Ad cuius ostium ager, vsque ad hanc F
ætatem est Symethus nomine. Quo haud procul in prædio Sigonia vocato, fontes ex

rup

A rupe manant calidi. In radicibus Aetnæ montis Catinam vrbem, ac ea in ora sitam quæ ad meridiem pertinet, hi qui Leontinum, quarũ agri limite diuiduntur (Euarcum quamuis ipsi huius coloniæ autorem
B fecerint) fusis Siculis incoluere, à septentrionibus Aetna monte, qui frugiferum omnium fermè arborũ, ac vini nobilissimi exuberantiam præbentium vinearum plenus, maximè vallatam. Orientalia eius Si-
C culo, atq; Ionio mari pulsantur. Hanc Diodorus Siculus, cuius opinioni accessit Strabo, tum priscos illos admisisse incolas commemorat, simul atque agris sorte diuisis ab Hierone superiore eò deducta colonia de-
D tentam, Aetnámque pro Cattina appellatam, nec multis post annis Hieronis tumulum solo adequasse, eiectáque colonia vrbem, & nomen rursus obtinuisse. Erat in hac vrbe sacrarium Cereris olim eadẽ re-
E ligione, qua propè in toto orbe terrarum. In eo sacrario fuit signum Cereris perãtiquum. Aditus ad id sacrarium nullus viris, sacra enim per mulieres ac virgines confici solebant. Hoc signũ noctu clam C. Ver-
F ris serui substulerunt. Erat & Gymnasium prope vrbis mœnia, non multum à maris littore remotum, quod M. Marcellus post captas Syracusas ædificandũ curauit, cuius

opus

opus hodie teſtantur ruinæ. Theatrũ item A
ad orientem conuerſum pulcherrimum,
nigro quadratóque lapide ſtructum. Extra
vrbem Amphiteatrũ prope Steſichori Hi-
merenſis poëtæ ſepulchrum, vbi nunc vetus
ædicula deiparæ Mariæ, Betlem nomine, B
hortíque ſunt ciuis, cui Nicolao Marum
cognomẽto eſt, iuxta Steſichoream portã,
quam Acidis ſeu Iacis portam appellant.
Aquæductus præterea adhuc eſt maximus,
qui tunc aquam per ſtructiles fornicatósq; C
canales intra mœnia ad diuerſa immiſſa-
ria ducebat. Memoria inſuper proditum,
Thermas cũ columnis, & epiſtiliis è mar-
more fuiſſe, vbi nunc templũ eſt diuæ Aga-
thæ virginis Catinenſis. Eſt & noſtra tem- D
peſtate Catinæ Gymnaſium omni ſcientia
frequens. Charonda philoſophus legum la-
tor Catinenſis: hic Chalcidenſibus, qui in
Sicilia erant, legem conſtituit. Mamercus
Catinenſis tyrannus locuples, armísq; po- E
tens Timoleonis tempore. Nicolaus quoq;
Tuduſcus, cognomento Abbas proximis
antè annis iuris prudentiſsimus, qui multa
ſcripſit, Catinæ clarus ortus natalibus, Ar-
chiepiſcopus Panhormitanus. Galeoctus F
Bardaxis Catinenſis Patricius ad gigantis
propè ſtaturam accedens, humani corporis
noſtræ ætatis vires exceſsit. Is, vt multi qui

eum

A eum viderunt referunt, asinum lignis oneratũ manibus à terra subleuabat: equúmq; absq; freno velociter currentem, transuersum lignum amplexus, coxis cruribúsque si stebat. Tres fluuij Teriam faciunt pisco-
B sum amnem, quo Catinenses agri diuisi, vt author est Thucydides (vocant hodie Larectæ fluuiũ) Duo Montixoro monte effusi iuxta Brontem oppidum coëunt. Tertius Gyramim, Agyrã, & Recalbutum abluit.
C Hi vbi Aetnam montem ad ortum relinquunt, antequam Adranum ventum, in ipsius montis radicibus confluunt: hincque Teria est, qui primò ad meridiem, mox in orientem per planiciem in Siculum mare,
D inter Symethi ostiũ & Catinam deuoluitur. Chrisas qui Teriam auget, hodie Dictainus notus Siciliæ fluuius. Huius fontes duo sunt, apud agrum, cui nomen est Taui, vnus. Alter sub Ennam vrbem ori-
E tur, qui iuxta Asserum coëunt, ac vnus factus Christas, Gurgalongam fluuiolum excipit, móxque à Teria excipitur. At de his de quibus diximus oppidis, quæ mediterranea sunt, ac Aetna quoque monte. Nico-
F xia nomen incertum esset, nisi coniectura, quam Harbitam antiquitus appellabant, honestam & copiosam ciuitatem esse doceret. Philenus Herbitensis nobilis & ora-

tor

tor. Alij à proximo loco, Pasalinis nomi- A
ne, illuc eam translatam aiunt. A qua
haud procul Sparlingua arx in rupe ex vna
parte in excelsa altitudine excisa, oppidum
vbi antiquitus fuisse, quòd ruinæ atque an-
tiquitatis adhuc visuntur vestigia, vicini B
populi testãtur. Eiúsque incolas Siculis tũc
Gallos, qui Siciliã opprimebant, trucidan-
tibus tantum assentire negasse. Vnde pro-
uerbium: Quod Siculis placuit, tantũ Spar-
linga negauit. Engium peruetus & exiguũ C
oppidum, nostra tempestate Gangem, inter
mediterranea Ptolemæus numerat. Acco-
las Enginos Marcus Tullius vocat, apud
quos matris Magnæ fanum, in quo loricas
galeásque æneas cælatas opere Corinthio, D
hydriasque grandes P. Scipio posuit, suúm-
que nomen inscripsit. Conditores Leonti-
nos ferunt. Diodorus scripsit, in Philippo
Leptinem Enginum tyrannum à Timo-
leone expulsum, inque Peloponnesum mi- E
grare coactum. Porrò oppidum à Federico
rege anno Christianæ salutis ducentesimo
nonagesimonono supra mille diruptum,
quarto rursus post anno ab eodem restitu-
tum, in ipsius oppidi annalibus inueni. A F
fronte Politium vrbem magnificam hodie
excipit, nihil de qua memoriæ proditum.
Ipse à Palicis diis, siue à Polluce nomẽ sor-
titam

A titam crediderim. Medio ferè itinere Petraleium oppidum occurrit, à Petrade, qua fons manat, ex cuius vnda oleum elicitur, quasi Petra olea, Petralia in præsens. Oleo post annũ ad animaliũ curandas ægritudi-
B nes vtuntur. Duo hoc nomine vicina oppida. Inferius id quod nominauimus, superius alterum: Populi horum duûm Petrini olim, vt refert Cicero. A tergo Nicoxia, de quo antè dictũ, & mox ad orientẽ in excel-
C so Aetnæ æmulo, ac vndiq; prærupto monte Trahina vrbs constituta. Vlpianus de Censibus Trahinopolim hanc vocat. Huic proximũ Gaglanum oppidum, quod Agira ille amnis quẽ supra nominauimus, sepa-
D rat. Galeria antiquitus appellatum: Populi Galerienses, authore Diodoro, in Philippo. Ipsa Agira, vt plura Siciliæ oppida, ita in montis cacumine sita, nunc Sancti Philippi miraculis insignis. In eius siquidẽ die festo
E spiritus, quos Diabolos vocamus, ab obsessis mortaliũ corporibus expelluntur, Samphilippus Agyrionis modò nũcupatur. Hic Herculem pro ciuium meritis lacum effodisse, eiúsque boues saxis vestigia impres-
F sisse, Diodorus narrat in fabulis. Hęc ipsius Diodori, qui vir fuit in scribendis historiis quàm celeberrimus, patria, Tyberij: nanq; Cæsaris tempestate historias in libros tri-

ginta, digestas quàm bibliothecam appel- A
lauit, de Aegyptiorum antiquitate, Siciliæ,
ac aliarum insularum, déque Troiano bel-
lo, Alexandri, atq; Romanorum gestis ad
suam vsq; ætatem scripsit. Ciramis, de quo
nemo mentionem fecit, oppidum contra B
Trahinam, versus Aquilonem, Ptolemæus
Capityum dixit, quod nos Capitium, Ca-
pitynam Cicero. Ingenti frigore infestatur
Randatium vrbs, propterea quòd sub ipso
ferè Aetnæ monte posita, ad septentrionesc
maximè vergit, olim Triracium quam vo-
cari credimus Plinio, quoniam de Trira-
cien sibus facta est mentio. Gurridam ap-
pellant fluuiolum quinque miliaria non
amplius distantem ad occidentem, quẽ spe- D
cu quadam absorptum fama est illum esse,
qui Catinę pluribus in locis scaturiẽs mor-
tiferam induxit contagiem, atq; Iudicellus
Catinen sibus appellatur. Brontes quoque
antiquũ oppidum, ad fontem (de quo suprà E
diximus) amnis de Brontis Cyclopis Vul-
cani socij nomine, de quo Verg. meminit.
Nam in nemoribus est quæ inter Randa-
cium, & Adranum medio loco clauduntur.
In montis radicibus Aetnæ, & in ea parte F
quæ ad occidentem pertinet, Adranam, no-
stra ætate Aterno, adhæret supra Teriam
amnem: ab Hadrano deo deductũ nomen,

quem

A quem Siculi propè omnes maxima celebrabant religione. Et mox alterũ paterno nomine, siue quod ipsum sit Adranũ, siue de eius nomine, vbi Fons aquæ ferreæ: qui ferueus, nec foras erumpens, linteum aut pan-
B num trita galla prius cum aqua infectum, mox nigrum reddit. Maimonis fontẽ hunc appellant. Et nunc ad Ennam vetustissimã vrbem venio, Castrum Ennæ, dein Castrunuanni vocatam. Quæ, quia in medio est
C insulæ, vmbilicus Siciliæ nominatur. Enna igitur in loco est præcelso, atque edito, quo in summo est æquata agri planicies, & fons aquæ perennis, tota verò omni aditu circũcisa, atque dirupta est. Quam circa, & in ea
D plaga, quæ ad meridiem pertinet, est lacus antiquitus Perguſa nomine, quo non piscių quidem pleno, sed colubris ad linum molliendum duntaxat (cuius magna ibi copia) Ennenses vtuntur. Ennã, vt author est Stra-
E bo. Eunus quidam multis fugitiuorum comitatus adeò latrociniis, & populationibus affecit, vt vix Romani eum loco expulerint. In hac vrbe deam Cererem, & Liberam filiam, quam Proserpinam vocant, na-
F tas, raptumque ipsius fuisse Proserpinæ, ideoque ipsis consecratam non tantum Siculis, verùmetiã mortalibus omnibus tum persuasum fuit. Etenim propè est spelunca

quædam cõuersa ad aquilonem infinita al- A
titudine, qua Ditem ferunt repentè cùm
curru extitisse, abreptámq; ex eo loco vir-
ginem secum asportasse,& subitò non lon-
gè à Syracusis penetrasse. Hæc eadem Ce-
res antiquissima, & princeps fuit omnium B
sacrorum, quæ apud omnes gentes natio-
nésque fiebant. Atqui Cererem Siculorum
reginam cõstat,ac leges statuisse, frumenti
item vsum homines docuisse, eiúsq; filiam
Proserpinam ab Orco Molossorum rege, C
quem Ditem dixerunt,raptã. Erat in tem-
plo, cuius pars adhuc stat, simulachrũ Ce-
reris è marmore, & in altero Liberæ. Præ-
tereà quoddam ex ære modica amplitudi-
ne, ac singulari opere cùm facibus per an- D
tiquum. Ante ædem in aperto, ac propatu-
lo loco signa duo erant:Cereris vnum,alte-
rum Triptolemi, pulcherrima & peram-
pla,insistebat in ipsius Cereris manu dextra
simulachrũ pulcherrimè factum Victoriæ. E
Philonides Ennensis medicus fuit celeber-
rimus. Oppidum vicinum hodie Calatha-
sibetta, valle ingenti ab Enna discretum.
Asserũ olim ampla ciuitas fuit, nunc Aza-
rum. In ipso Chrisa amne (de quo paulò F
antè mentionem fecimus) & in ea via, qua
Assero itur Ennam,erat fanũ tunc singula-
ri religione Chrisæ consecratum (is apud

Asser

A Asserinos habebatur deus) & in eo ipsius Chrisæ simulachrũ pręclarè factum è marmore. Aetna mons (Mongibellus hodie dictus) suis mirus incendijs, quum sit materia plenus sulphurea, quæ humidis generatur nutrimentis, veluti in Ephestijs Lyciæ montibus vt Plinius tradit, intra fistulas cauernásque ventorum incluso impetu, & euri potissimum, subsolani, boreæque quibus ipse plusquàm cæteris patet, accensos ignis globos exesis vndique ex crateribus eructat. Thucydides in tertio de bello Peloponnesiaco libro, ab eo tẽpore quo Græci Siciliam tenuere tres, ad bellũ quo Syracusani ab ipsis seditiosis acciti Messanam ceperunt, Aetnæ ignis inundationes cõmemorat. In sexto Strabo, superioribus annis ait cãpos Aetneis cineribus sparsis omniũ propè rerum maximarũ exuberantiã præbuisse, atque Anapiam & Anphinomũ fratres flammas eructante Aetna parẽtes humeris ex flagrantibus extraxisse ignibus. Quibus ciues sepulchrũ fecisse, piorúmque locũ vocasse. Aliquot pòst annis deinde huiusmodi ignẽ ex Aetnæ hiatu emanasse legimus. Orosius prętereà refert, Seruio Fulvio Flacco, & Quinto Calphurnio Pisone consulibus, arsisse Aetnã, & eo quoq; anno bellũ fuisse seruile in vniuersa propè Sici-

lia præter Messanam. Et M. Aemilio, Lucióque Oreste etiam cousulibus, horrendis cum sonis flammas eundem eructasse mõtem. Ac Lucio denique Cæcilio, & Q. Tito Flaminio consulibus, his maiorẽ ignis cladem, quamobrem Romanos decennio tributum Catinensibus remisisse. Arsit & altero post Sanctæ Agathæ Catinensis martyrium anno, qui fuit ducentesimus, quinquagesimus quartus post Christum, Mense Februario, Millesimo item centesimo, ac sexagesimo quinto, Februario quoq; mense eiusdem montis sonantibus ruinis terra adeo cõcussa, vt ipsius diuæ Agathæ domorum lapsu sacerdotes omnes obruti. Iunio præterea mense, Anno verò post Christum natum millesimo tricentesimo vigesimonono, quo etiam solam defecisse legimus, quatuor factis profundissimis hiatibus magnum prorupit ignis flumen. Ac denique priore anno, & hoc quoque, quo ipse scribo, Millesimo quingẽtesimo tricesimoseptimo mense Maio, incredibilis magnitudinis igneã massam de incenso sulphure factã ex ipsius Aetnæ nouis factis crateribus prolapsam, quæ ab aëre aliquantulum cõdensata superficie, non velociter quidem, sed passim ruebat, colles, nemora, saxa ac rupes, pagos etiam duos (mons pagos multos

contin

A continet) Mompiler vnum, quem vocant, alterum verò Licolosim, combusisse vidimus, ac denique montis cacumine flammis cõtinuis vna ex parte prolapso, ampliorem factũ craterem, ipse ignis globus, quem in-
B censum sulphur esse cõstat, interdiu subnigrum, noctu autẽ igneũ totũ, horrendumq́; sese spectantibus ostendit. Tonitrus plurimis diebus continuos, mortales terrentes, exaudiri, atq; adustis nigrisque cineribus
C non Siciliam modò, verũ & Calabriæ partem opertam, cœlúmque totũ infestissimo fumo, nos qui has insedimus terras testimonio sumus. Aetna rursus plenus est nemorum, fructúsq; elegantisimos producentiũ
D arborum, cinctúsq; oppidis, quæ radicibus sparsa. Versus meridiem Catina est in planicie, ad Eurum verò arx in scopulo, quę cũ suo pago de nomine Acidis fluminis, Iacis nuncupatur, Inter vtranque Vlysis portus,
E nunc Longninæ portus paru⁹ admodũ, quẽ Aetneis ignibus accẽsa materia vastatũ Catinenses pro certo affirmãt. Cyclopum tres Scopuli (de quibus Plin. meminit) cõtra Xiphoniã promontoriũ, parũ à Sicilia diuisi,
F scopuli Pharagloni, promontorium Caput Malinorũ hodie appellãtur. Ora autẽ, quæ ad Orientẽ, & mare Ionicũ spectat, partim nemora, partim planicie habet, quã Masca

ris planiciẽ, eodem nomine, & oppidulum A
vocant. In hac regione Aetnã ciuitatẽ collo
cant ad Tauromeniũ ſpectãtem. In plani-
cie flumẽ nomine Frigidum, quòd Acis flu-
men antiquitus fuit, nõ longè à Taurome-
nij amnis oſtio, in mare prorumpens. Aci- B
dem Galatheæ Siculæ puellæ adamatũ pue
rum, ſaxóq; à Polyphemo Cyclope contri-
tum, atq; in flumen mutatũ, in fabulis ſcri-
ptum eſt. A cuius ortu non diſtat Calabia-
num oppidum arundinũ dulcium à frontec
ſtipatum meſsibus. Et alterum exiguum in
nemoribus Aetnæ remotiori in loco Lin-
gua groſſa. Ad Tauromenij (quẽ nomina-
uimus) amnis fontes, ſitum eſt Frãcauilla,
& Caſtiglonum, quæ ab oppido tenui La D
motta, cognomento Camaſtra, ipſum diri-
mit flumen. Hincque ad ſpacium XII. mi-
liariũ in circuitu Aetnæ Randatiũ, & Chi-
ſaro: medio verò in itinere Ruchella, ac in-
de rurſus ad Adranum, & Catinam. Sub E
Aetna Enceladum gygantẽ Vergilius con-
ſtituit, Typhœũ Ouidius, Selurus quidam
quum ſeſe Aetnę filiũ faceret, ac latrociniis
aſsiduis campos ferè omnes infeſtaret, miſ-
ſus tandẽ Romã, in gladiatorũ foro belua- F
rum morſibus, laniatus. Eſt Recalbutũ op-
pidum inter Agyrã Aetnámq;, cuius nomẽ
vnde, ſiue à quo ſit deriuatũ me latet adhuc,
niſi

A nisi coniectura vtendo Alcæũ esse velimus. Alcæos nanque Centuripi vicinos populos multi constituere. Ciues tametsi ipsi quòd ædiculam, quã nunc demonstrãt à quodam rege voto dicatã ferunt, Regale votũ voca-
B ri maximè cõtendant. Amplissima Centuripis tunc ciuitas, Aetna antiquitus appellata, vt author est Strabo, in valde edito loco, propè Aetnæ radices in ea plaga, quę ad occidentem pertinet, tum sita, nũc Centor-
C bis vocata, à Cn. Pompeio diruta, quamuis ab Augusto dein restituta, vt idem author scripsit, tamẽ nõ casis sed omni prorsus carens ædificio paucis iunco, & palea cõtextis tuguriis contenta. Per id ferè tempus, quo
D Chalcidenses Leontinũ & Catinam obtinuerunt, Lanus Megatẽsis à Peloponnesso adducta colonia secundum Panthagiũ fluuium, medio in itinere quo Syracusis itur Leontinũ, Portulum oppidũ condidit: quòd
E Trotillũ Thucydides, nostri Curcuracim (id quoniã esse reor) appellant, vetustate & ruinis affectum, quamuis Herbesum inter Leontinũ, & Syracusas nec procul à Megara cõstituat Liuius. Ipsum Panthagium, cui
F ingenti murmure olim sonãti Cererẽ, dum filiam Diti raptã accensis facibus, quas ex Aetnæ fornacibus sumpserat mœsta perquireret, silentium imposuisse fertur, nullo

in præsentia indito nomine fluuiũ in Syra- A
cusarum passu: ostium verò Marcillinum
vocant, qui à fonte Lasauara, inter Sortinũ
& Leontinum ortus, haud multũ peragrãs
in Megaræ portũ diffunditur. Prope Sorti-
num oppidum, de quo suprà diximus, vetu- B
sti oppidi apparẽt vestigia, locus saltibus &
nemoribus difficilis, atque flumine prope-
modũ septus, Pantalica nomine, longo tra-
ctu ab ipso Pãthagio diuisus. Millia flumen
inter Leontinũ & Syracusas, vt ipse Liuius C
est author, flumen sancti Iuliani hodie. Nõ
multis sanè pòst annis idem Lanus à Leon-
tinis loco pulsus Tapsum peninsulam posi-
tis ibi ædificiis incoluit, insulã Mangnisis,
vt dictũ est, nunc appellatã, portu ab occi- D
dente munitã, atque ab Syracusis 4. remo-
tam miliaribus. Quo verò extincto eadem
è Tapso profecta colonia, Hyblone rege
duce, Megaram, & Hyblam occupauit, de
cuius nomine Hyblei dicti sunt. Megaram E
Hyblámque vnã esse multi scribunt, nobis
verò eam esse Megarã, quæ Augusta nuncu
patur, ab Augusto Cæsare instaurata, ma-
gis placet: quũ à Cn. Pompeio, vt Strabo re-
fert, fuisset deuastata, atque à Marcello, vt F
Liuius ait, antè direpta, & Hybla supra
ipsam Megarã à pluribus authoribus collo
catur, nunc Misillis, quasi mel Hyble. Me-

gara

A gara peninsula ab occidente portũ insignẽ habet, distátque duodecim à Syracusis miliaribus ad Aquilonẽ, à Federico secundo arce immẽsæ magnitudinis munita, ad nostrum vsque tẽpus in ipsius vrbis aditu po-
B sita, tametsi parua in præsentiarũ, nomenq; illi Augusti Cæsaris maneat. Eius ciuis Theon poëta fuit. Quã inter & Murgãtiũ (de qua satis dictũ est) Turris est ad Ioniũ spectans, recens, quã Brucam nostri appel-
C lant. Tauro promontorio, quod caput Sanctæ Crucis nominant, interiecto, frumenti nobile emporiũ. Centũ post annos his Megarẽsibus noua adscita colonia Selinis missо Pammilo, qui eam tenebãt, pulsis Phœ-
D nicibus, medio fermè itinere inter Lilybęũ & Thermas occupatur. Selinis nomen de fluminis nomine, quod adhuc à salis copia, Salinis nuncupatur, ipsam alluens vrbem, quę modò Mazara dicitur, ab altero flumi-
E ne Mazaro propè ipsam ciuitatem, ad occidentẽ. Egion hæc à Plutarcho appellatur. Ptolemæo, horum mutatis fluminũ nominibus, alterum pro altero descriptũ. Hinc ad Himeræ hostium salsas propemodum
F esse aquas fateamur oportet, quod & Strabo ipse autumat. Illi autẽ quibus Megara detenta, centesimo quadragesimoquinto anno, postquam Pammilius Selinim obtinuit

nuit, à Gelone Syracusanorum tyranno se- A
dibus expulsi sunt. Suprà Selinim amnem
Selinis extat oppidum, Salemus nostra tẽ-
pestate, à mari remotum, frugiferis arbo-
ribus insigne. Thermæ duæ vrbes mariti-
mæ, ad Tyrrhenum vna, de qua dicemus, B
altera verò ad Lybicum mare spectat iu-
xta Selinim. Quam, vt ait Diodorus, for-
tissimi quique à Carthaginensibus delecti,
missíque antequam exercitus ad explorandam insulam mitteretur, coluere, atq; ab C
aquis calidis Thermas vocauere (Xaxcam
eam hodie appellamus) Thermæ nanque
ibi probatissimæ, quæ omnibus ferè morbosis locum petentibus præsentaneum præ
bent beneficiũ. Fons est cuius aqua in vase D
quibusuis liniamentis fabrefacto reposita
triduo densatur, fitque lapis illis liniamentis inscriptus. Erat inter vtranque Pentia
vrbs mari proxima. Lipulici nunc vocata,
in qua Pollucis templum, vbi multa, licet E
vetustate deleta, visuntur monimẽta. Hinc
que ad lapicidinas quæ mille passibus à Selino distant, vnde templi columnæ exẽptæ,
nostra ætate Ramaxara nomine, via est mi
ro labore, ac immensæ magnitudinis stru- F
cta lapidibus. Extant adhuc Entellini vicini populi antiquam colentes Entellam, ab
Entello Acestis socio sic dictã, quã Castrũ

Entell

A Entellicum deinde vocatam apud Siciliæ annales inueni, hodie verò Castellumuetranum. Antecedunt Lilybætani occidentem versus. Et vrbs Lilybæũ, quàm nostri Marsalam vocant in ipso Lilybęo à quo nomen
B sibi vendicauit, collocata promontorio, Ad dexteram portus, cuius fauces ab Romanis cum Carthaginensibus belligerãtibus, magna lapidum, ac cæmentorum iniecta materia obstructæ, promontoriũ inter vrbẽ, &
C portum haud multũ in pelago proiectũ. In ruinis domus adhuc, quæ perãtiquæ, ac nobilis ciuitatis apparet testimonium, semi diruta, vbi in quadam fornice inscriptus his literis est lapis:

D I. CAESAR FL.
Valentini.
Pio felici semper Augusto
M. Valerius Quintianus V. C. Con.
P. S. Clementiæ Pientiq;.
E *Eius semper Dicatissimus.*

DOmus prętera è marmorei draconis ore manante aqua orti irrigabantur. Aquæductus cæmētitius sex ab hinc miliaribus. Complures item fistulæ subterraneæ
F paruo itineris spatio in vrbem ducuntur. Nec multũ quidem distant à mœnibus magnitudine admirabiles lapicidinæ, vnde lapides excisi. quibus, vt ipsi Lilybætani aiũt,

Cartha

Carthaginis muri instructi sunt. Domúsq; altera duo miliaria abest, quæ nullam habens domorũ similitudinem aliquibus cũ scalis,& fornicibus obscura admodũ paruo Labyrintho maximè est similis: Hanc Abbatiam vocant. Ad aquilonem autem vergens fons est iuxtà. Item & puteus templo incluſus antiquo (id Sancto Ioanni Baptistæ modò consecratum, instructúmque pauimento crustis diuersorum colorum distincto)cui nomen Lilybæo,de cuius nomine, & vrbs, & promontorium nomen sortiuntur, Sibyllam ibi quandam habitasse, sepultámq; deinde Iulij Solini verbis persuasi adhuc credunt. Probus philosophus Lilybætanus præstantissimus, quem Porphyrius vltrò Lilybæum auditurus venit. Mediterranea oppida huic vicina lateri, quorum cum priscis aliqua non faciunt nomina Sutera, Chiusa, Sanctus Stephanus, Prizis,Palatium, Adrianum, Calatabilotta. At Bibonam fontibus compluribus arboribúsque ornatum.Proserpinam petiisse fama refert.Camarata,nomẽ (vt mea fert opinio)à Camerina dictum,quamuis Cammarum nonnullis placeat id nominari,Sal eius rubeus.Et à Iulio Cæsare oppidũ Iulianam adeptum nomen credimus:Cuius finibus inseruntur,Busachinus, Villa Franca,

Gibilli

A Gibillina, Sambuca, inter Selinim, & Panhormum, quod ab organi, machinæve genere quodã nomen duxit. Sub Eryce monte Drepanũ existit, quam ab Lilybæo promontorio, decem, circiter, & octo miliaria
B seposito, Acinthi⁹ amnis diuidit, qui ex duobus in loco Marcanza nomine, vbi pons est vnus fit. Nomen non à Saturni falce deductum, quod fabulosum est, sed à curuo littore, veluti Rhium promontorium in Peloponneso,
C quia curuũ, Drepanum vocatur. Medio loco inter vtrunque Caput Sancti Theodori, antiquitus Egitharsus promontorium in Sardoo pelago protensum. Ptolemæus nomen quoq; ciuitatis fuisse ait. Igi-
D tur in falcato posita littore, quo portus efficitur vastus, pulchra vrbs ac diues, etiã spectat ac occidẽtem. Insulæ in prospectu quæ veluti munitiones ad portus augmentũ seriò factæ maximè surgũt, quatuor sunt, par
E ua vna atq; propinquior Colũbaria vocata, vbi inexpugnabilis arx. Reliquę Probatia, Egusa, & Sacra, hodie Fauignana, Maretimũ & Leuasum vocatæ: Ea & portu, & salsis stagnis, quæ solis ardoribus desiccata, incre
F dibilẽ salis emittũt copiã, propè cõsepta expugnatu est valde difficilis. Quadragesimo dein à Syracusis cõditis anno, Rhodium & Antiphemũ Cretensis, vt Polybius scripsit:

Thucyd

Thucydides tamen Antiphemũ è Rhodo, A
& Entimum à Creta icto inter sese fœdere,
suæq; gentis in Siciliam ducentes coloniã
agros, qui Lindij dicebantur occupasse, vr-
bémq; à flumine Gelam nuncupatam sta-
tuisse autumat. Gela barbarum nomẽ, La- B
tinè Caligo, flumen idẽ fuisse quod Hime-
ram puto. Igitur vrbs in tumulo erat Lali-
catæ oppido maritimo, quod ad meridiem
vergit iuxta Himeræ amnis ostium, immi-
nente, cuius nomen Gelæ adhuc (mons Ge- C
læ nanq; vocatur) distátq; ab Agrigẽto mi-
liaribus quatuor ferè & viginti, ita vt ex
Gelæ ruinis illud constructum affirment.
Amplificatum nonnulli credunt ab Acate,
noménq; deductum. Diruêre Athenienses D
deinde, Gorgus ex Chio profectus restituit,
quæ ante Phalaridis tempestatẽ gesta reor.
Stagnum Geloum vbi fontes duo olim, na
tura diuersi, vnius nanque vnda steriles, al-
terius autem fœcundas mulieres reddebat, E
qui fabulosi & si, hodie tamen non extant.
Signum ante vrbẽ erat Apollinis prægran-
de, quod victores Carthaginenses Tyron
miserũt. Tymagoras Gelensis philosophus
Theophrasti auditor. Suprà Gelam Mac- F
rium, quam Ptolemæus Macharinam ap-
pellat, vrbem constituit Herodotus, Cicero
Macharẽsem agrũ dixit, hodie Mazarinũ.

Sinistro

A Siniſtro Gelenſis maris littore Heraclea, quæ & Minoia, vt Liuius tradit, ad notum vergẽs alluitur, vulgò licet Terranoua, in publicis tamẽ rationibus Terra Heracleæ dicitur. Minoia, quia ibi Minos Dædalum
B veſtigans occiſus creditur, Herodoto tamẽ Camicũ eam vocari vrbem, vbi Minos interfectus, placet. Strabo ait hanc Cocali tyranni regiam fuiſſe. P. Rupilius prætor noua amplificauit colonia, legémq; illis de co
C optando ſenatu conſcripſit. Cõdidiſſe verò Doriem Lacedæmonium Diodo. narrat in fabulis. Ad læuã Ipſa fluuius, Lapriſa apud eos vocatus. Ad occidentem lacus Lafalconara nomine. Vltra lacũ Butera oppidum
D haud longè ab Himera amne, quod Buterium in noſtris annalibus dictum inuenimus. Ptolemæus Heracleam magis ad occidentem, quàm Agrigentum & Gelam declinantẽ deſcripſit, quod falſum eſſe cõſtat.
E Poſt centeſimum & octauũ annũ Geloi & ciuibus & opibus aucti in eodem latere Agragantẽ Agrigentum, ſiue vt noſtri vocãt, Gergentem, vrbem à flumine Agragante, authoribus Ariſtone & Pyſtilo condiderũt,
F vt Polybius ait. Duo ſunt fluuij ipſo in exitu coniuncti, quibus antiqua vrbs ſepta eſt, Draco vnus vocitatus, Sancti Blaſij alter nomẽ ſortitus, qui, vbi cõfluunt, vnus erat

Agragas. Nec vana quidē mihi videtur opi A
nio, quibus horum alterum, cui Draco no-
men, Agragantē fuisse placet, vt Agragas
primū, vulgari deinde pronūtiatione Dra-
gas, postremò autem Draco diceretur. Pla-
tina amnis qui viginti millibus passuum B
ab Agrigento labitur, iuxta Castrum no-
uum ortus, vbi Suteram & Cammaratam
abluit, in pelagus diffunditur, quem Lycū
fuisse Diodori Siculi, in eo lib. quē de Phi-
lippi Macedonum regis gestis scripsit, ver- C
bis adducti existimamus. Flumē fontē exci
pit. Oestrum monte Sanctangelo effusum,
qui ob præcipuū Musarum cultū, fons Mu
sarum antiquitus appellabatur. Muxarum
postea agrum dixerūt per quem fluit. Estq; D
haud procul Lafauara oppidulum. Nec de-
sunt tamen quibus ab Agragante, hodie
Monte sicco, qui magnanimorum nutritor
equorum à Vergilio appellatur, Agrigen-
tum appellari placeat. Vrbem ergo cæteris E
ditiorem (Syracusanorum etenim diuitiis
cedere nesciebant) multis post annis Car-
thaginenses deleuere. Megalus postea atq;
Feriscus ab Helea Lucaniæ vrbe venientes
instaurarūt, quæ demum à T. Manlio præ- F
tore omissis ruinis (vt M. Tullius in Verri-
nis Actionibus scriptū reliquit) & illis, qui
superstites, coadunatis, atque ex vicinis ad-

ducta

A ducta colonia, in colle, vbi in præsentia est, Atheneo nomine trãslata. Ita vt duo Agrigentinorum genera, vnum veterum, alterũ colonorum fuerint. Cautum nanq; erat in senatu cooptando in Scipionis legibus, ne
B plures essent colonorum numero, quàm ex vetere Agrigentinorum. In foro recentioris vrbis lapis est marmoreus his inscriptis literis:

C *Concordiæ Agrigentinorum Sacrum*
Respublica Lilybætanorum. Dedicantibus
M. Haterio Candido proccos. & L.
Cornelio Marcello Q.
P R. P R.

D PLura erant in illa vetere templa egregiè facta, vnum Aesculapij illa tempestate religiosissimũ, in quo signũ Apollinis erat pulcherrimũ, Scipionis monumentũ, C. Verris furtum, cuius in fœmine literatis
E minutis argẽteis nomẽ Myronis statuarij erat inscriptũ, Alterũ Palladis vt lib. XIII. scripsit Diodorus, vbi Gellia Agrigentinus patria iam capta hostiũ violentiam euasurus, se cũ multis receperat, atq; furente tu-
F multu, moriendũ esse potius, quam hostiũ in manus incidẽdum ratus, tẽplum cum his qui aderãt combusit. Agrigentini turrim Puzellarum appellant: item & Sanctum

Gregoriũ alterũ,quod adhuc ſtat. Tertium A
Iouis tẽplum fuit, cui Carthaginenſiũ bel
lum finem prohibuit:longitudo vt idẽ au-
thor refert,CCC.& XL.pedibus, ſexaginta
latitudo,altitudo autem centũ & XX.conti-
nebatur. Idq; omnibus, quæ tunc in Sicilia B
erãt,multò fuit maius. Aedificiũ eo erat ar-
tificio,vt colũnæ rotundã exterius,interius
autẽ quadratã formam oſtenderent. Et in
porticu,quæ ad orientẽ conuerſa Giganteũ
bellum ingẽti magnitudine,miróq; artifi- C
cio,ſculptũ. Altera verò parte Troiana cla-
des,cui domus Phalaridis tyranni adhære-
bat, Lapicidinæ,nunc la Cauetta propè vr-
bem, vnde à Carthaginenſiũ magno capti
uorum numero columnæ & lapides exem- D
pti ſunt. Itẽ & aquęductus ab his plures ſub
terranei fabricati memoria digniſsimi,
Phæaci,qui de cuiuſdã Phæaci nomine di-
cebantur. Vna erat piſcina,quã alibi Dio-
dorus portum vocat,ad ciuium commodi- E
tatẽ manu facta,piſciũ plena. Ambitus eius
mille fermè paſſus. Profunditas L X.pedes
continebat:cycnorũ vbi multos nantes erat
videre. Quæ mortalium dein incuria cœ-
no referta,in agrum tandem, vbi plantarũ F
ingens fuit copia, mutata eſt. Ager item
ad ſpatium ſex prope miliarium Aquilo-
nem verſus,albus ſolo,qui neq; herbarum,

nec

A nec graminis quicquam patitur, multáque cõtinet foramina lutum liquidum vomentia, ac absorptam (si coniicitur) virgã magno cum impetu foras retorquentia, Machalubam Agrigẽtini nominant. Mos erat
B illis, equos plures per virgines domi ac pueros alere, adeò vt Exenetum Agrigentinũ, nonagesimasecunda Olympiade in stadio quum fuisset victor, trecentæ bigæ (auctor est Diodorus) quæ ab equis agebãtur albis
C in ciuitatem conduxerint. Plinius quoque plurimorum Agrigentinos equorũ tumulis Pyramides erexisse testatur. Nec multũ absunt mirandæ naturę Salinæ (Cantarellæ Salinas hodie vocant) quæ salem, qui in
D igne soluitur, densatúrq; in aqua, gignunt. Iuxta antiquam vrbem ex cuiusdam fontis vnda, Aqua sancta appellata, oleum elicitũ aluum perpurgat. Horum omniũ diuitiis pares erant delitiæ, propterea quòd dum à
E Carthaginẽsibus, vt idẽ autor cõmemorat, continua obsidione maximè premerentur, lege fuit cõstitutũ, ne esset excubantiũ cuiquã culcitram amplius vnam, vnũ lintheũ, pelliciámq; vestem noctu habere permis-
F sum. Id nanq; maximũ incommodum putantes decreuerunt. Diuitiæ Antisthenis, & Gelliæ ciuiũ, luxu atq; opulentia probãtur. Ille in filiæ celebrandis nuptiis non modò

his,qui domi erant, ciuibus, sed etiam ad- A
uenis cunctis spectantum qui venerant,lau
tissimam cœnam subministrari iussit. Gel
lia vir nobilis,prudẽs imprimis,atq; diues,
ita fuit magnanimitate præditus, vt pueri
quos in vrbis portis ipse dispossuerat, pere- B
grinos omnis domum conducerent.Centũ
præterea à Gela armati equites repentina
tempestate correpti,noctu Agrigentũ appu
lêre,quibus hospitio exceptis vestes Gellia
omnibus præstitit madefactis.Hic ad Cen- C
turipinos orator ab Agrigentinis missus,
illis hominem statura pusillũ deformémq;
ridentibus dixit,Agrigentinos ad claras ac
formosas vrbes proceros pulcherrimósq; le
gatos,ad infimas verò pusillos,sibíque simi D
les mittere consuescere. Acron Agrigenti-
nus philosophus,& medicus ante Hippocra
tis ætatẽ Athenis vixit. Empedocles omni
propè laude dignus,veluti omni sciẽtia cla
rus, qui animũ esse censuit cordi suffusum E
sanguinẽ.Et de eius nomine nepos Empe-
docles tragicus poëta.Arcinus quoq; tragi-
cus poëta, centũ & quinquaginta edidit tra
gœdias.Metellus musicus,Plato à quo mu-
sicã doctus.Moscus orator,discipulus & au- F
ditor Gorgiæ. Phalaris Agrigentinorũ ty-
rannus,qui primus post Theseum tyranni-
dem exercuit, author est Plinius. Huius

matrem

A matrem visam esse videre in somniis aiũt, simulachra deorũ quæ ipsa domi cõsecrasset, ex his Mercuriũ ex patera, quem dextra manu teneret, sanguinẽ visum esse fundere, qui quum terrã attingeret, refervescere B videretur, sic vt tota domus sanguine redũdaret. Phalaris Laodamantis Cretensis filius, prima infantia parentibus orbus, vxore Erithia ducta, Paurolam filium genuit. Inde ob seditiones domo profugus, in C Siciliam cõmigrauit, atq; Agrigenti principatum obtinuit, vir prudẽs inter omnes, domi militiæque clarus, literis ac liberalitate insignis, Stesichoro Himerensi poëtæ, qui coniurationis conscius, ob diuina eius D carmina pepercit, fatóq; extincto in Aetnę radicibus sepulchrum posuit, Perillus, huic Atheniẽsis faber plura opera miro artificio cælata dederat, qui pluribus ob id donatus muneribus, taurũ rursus æneũ naturali sta- E tura maiorem obtulit, ipse nondum reserato artificio, quòd homo qui morti destinatus esset, tauro inclusus suppositis flammis, nõ humanã vocẽ, qua tyranni sæuitia leniretur, sed tauri mugitus ederet, donũ F benignè accepit. Artificiũ inde doctus, Perillũ, qui tale excogitauerat tormentũ, omniũ sęuissimũ, ac illo cruciatu dignũ existimans, eundem facere periculum adegit.

Taurus Charthaginem dein adductus, atque à P. Scipione Africano multos post annos restitutus, quem taurum Scipio quum redderet Agrigentinis, dixisse dicitur, Aequum esse illos cogitare, vtrũ esset Siculis vtilius, suis ne seruire, an populo Ro. obtẽperare, quũ idem monumentum & domesticæ crudelitatis & Romanæ mansuetudinis haberent. Mediterranea, quæ Agrigentum haud multum refugiunt oppida. Siculiana, nomẽ à Siculis deductum: Recalmutus, Musulmelis & Sutera cęteris remotius. Narus magnifica ac populosa ciuitas, cuius nomen cum antiquis nulla similitudine cõparatur: ab oriente Mons clarus cũ arce pelagus prospiciente, hic venam habet rubei sulphuris. Trinacriam vrbem nobilem fuisse, quanquã vbi loci nemini compertũ, simul & à Syracusanis euersam planè constat. Zancla vnius miliaris spatio à Falcato littore (Polybius licet vnius diei dixisset) portúsq; sinu, vbi nũc pagus est Chiera nomine, quod post vrbis euersionẽ, vbi fuisset innuere volentes, hîc erat dixerunt, deinde Chiera, à Siculis cõdita, atq; à falce Zancla nominata anno mundi 3434. Siculi enim, vt Polybius & Thucydides scripserunt, tũc falcem Zanclam vocabant: Strabo Naxiorum ædificiũ fuisse ait. Et Diodorus in fabulis

A bulis Zanclotum regem ibi regnantẽ ædificasse,déq; suo nomine appellasse narrat. Postea verò atq; per id tempus quo Aristonus,& Pystillus Agrigentum tenuere,Periheres Cumanus, & Cratimenes Chalci-
B densis nauibus prędandi gratia in Siciliam semel appulsi,mox iterũ suæ gentis eò deducta multitudine,Siculos vbi eiiciunt,vrbem suæ adigũt ditioni.His deniq; eiectis, Samij & Ionij Medos fugientes vrbe poti-
C ti.Ex quibus vnus Chadmus Chous vir integer,omníq;propemodũ virtute prędítus. Syracusani his adhæsere ob seditionẽ exules,qui Melchidę dicebantur,quibus sociis ipsi Zanclei Himerã obtinuerũt.Anaxilas
D Cretenei filius,Rheginorum tyrannus,nõ multis post annis eos pepulit,vrbémq; diripuit,nouámq; erexit,déq; suæ,patriæ nomine Messanam appellauit(Messana vrbs Achaiæ)promiscua lingua inter Doricã &
E & Ionicam frequentẽ reddens.Hæc igitur à portus sinu,vbi naualia sunt,& palatio regis Federìci ædificio,portáque castelli ad mare(quod ibi arcem antiquitus fuisse pro certo affirmat)vocata insurgebat, muróq;
F ædibus incluso,qui Malfitaniam vicum à deiparæ Mariæ egregio ac pulcherrimo fano,Sanctíque Laurentij ædicula dirimit, tendítque ad diui Antonij vsque portam,

præcincta, adeò vt quicquid domorũ extat, A formosissimæ impræsentiarũ ciuitati augmento additum deinde fuerit. Cæterùm quum vita functo Anaxila Micithi serui, tutelæ filij puerilem ducentes ætatem crediti essent. Micithus quem sanctè gesserat, B postea quàm ex ephebis excessere, illis reddidit principatum. Quæ omnia gesta sunt ante Mamertinos Cãpaniæ populos, quos sub Agathocle Syracusanorũ rege militãtes situ vrbis, & opulẽtia allectos rupta fide, C quia per amicitiam recepti erant, illis omnibus pulsis Messanam occupasse diuisis inter se agris, nulli dubiũ. Messana igitur vrbs hodie satis prospera, satísque pollens, ab Italiæ finibus Charybdis freto, portúq; D natura ipsa facto discreta ab occasu collibus munita, tritici messibus, quia mõtibus clauditur & pelago caret, nemoribus abũdat: sed tota propè eius messis in mororum foliis cõsistit. Probatissima enim à Messa- E neis lana serica in multas Europæ partes mittitur. Portus tutissimum diuersoriũ qui Charybdis, Scyllæque rabies superare pertentant, eam vrbis partem alluit, quæ ad orientẽ pertinet. Pars antiquissimi aquæ- F ductus ante ædem diui Francisci apparet. Fons est in ipsa ciuitate perennis, atq; saluberrimæ aquæ iuxta portum, quem Leonis

put

A puteum ipſi vocant. Ac etiam inſignis pila, nec ante patrum noſtrorũ memoriã facta, quo potũ equos agunt (Biuiratoram hanc vocamus) omnibus quæ in toto ferè orbe pulchrior. Longitudo eius pedibus trecen-
B tis fermè & vigintiſeptem, duodecim latitudo continetur. Ipſam vna maior, atque altera minor ſtrix cingit. In capite pila quadriformis ingens cõſtituta, è cuius centro columna ſuper leonibus quatuor mar-
C moreis inſurgit, & ſuper ea altera rotunda pila cũ columella & extrema pila, qua ſuper Meſſana ipſa è marmore habitu muliebri, cuius in pectore Sicilię inſignia ſculpta. Aqua autem perennis ad extremã, per
D ſubterraneas fiſtulas decurrens, vbi ducitur quaſi de caſtello, per foramina vſque ad quadriformem (quam diximus) pilam, defluit. Hinc rurſum ab omnibus his ſeiunctam, per foramen defluit in pilã, atque per
E cæcos meatus confeſtim in magnam ex marmoreæ ſirenis colubrũ in manibus tenentis vmbilico decurrit. Altera verò parte puer nudus è marmore ſupernante delphino, qui ex naribus aquã emittit, cum lyra,
F cantanti ſimilis. Effigies lapideæ duæ Scipionis, & Annibalis antiquitate ferè corroſæ in maioris templi porta viſuntur. Sanctæ Prophoniæ templum Caſtoris &

Pol

Pollucis,vti ferunt, antiquitus fuit. Extra A
verò vrbem Veneris ædiculam,quæ prope
portam gentilium mœnium nominatam
in radicibus montium,Sanctæ Veneræ re-
ligio dicauit Christiana,quã hodie diruũt.
Ac etiam fama est Neptuni id fuisse tem- B
plum,quod Diui Nicolai in lingua Phari
ruinis propemodum affectũ hodie vocant.
Domúsq; erat regia tribus milibus passuũ
ab Messana ad meridiẽ,cuius adhuc extant
vestigia,locũ regis Castagnitũ vocant,vbi C
fons.Latus vrbis quodvergit ad meridiem,
amœnis ac locupletissimis pagis stipatur,
per Valeriã viã,author est Strabo,Messa-
na Lilybæum pergebatur.Fuit Messaneus
quidã eius homo nobilis maximè locuples, D
miniméque auarus,cuius domus erat opti-
ma Messanę,quã modò vetustate affectam
contra propemodũ Antistitis palatium,est
videre,Et in ea sacrarium perantiquum in
quo signa pulcherrima quatuor,vnũ Cupi- E
dinis marmoreũ Praxitelis opus:Parte ex
altera Hercules egregiè factus ex ære,quẽ
Myronis fuisse fama vulgabat.Erant præ-
terea duo signa ænea non maxima,verùm
eximia venustate virginali habitu,quę ma- F
nibus sublatis sacra quædã reposita in ca-
pitibus sustinebant.Canephoræ ipsæ voca-
bantur.Sacrarium,hodie vetus est ædicula

Diuo

A Diuo Michaëli dedicata. Aedes in ea vrbe, vt suprà memorauimus, Sanctę Marię, quę proximis annis pulcherrima columnis, celebríque pauimento extructa, insignis Archiepiscopi sedes. Symmachus Messaneus
B septuagesimaoctaua Olympiade victor fuit in stadio, in duodecimo libro vti scripsit Diodorus. Leontiscus Messaneus fortis supra hominũ vires, cognomento Acrocherstites. Euhemerus omni ferè sciẽtia eru-
C ditus, qui de deorũ natura scripsit. Dicæarchus Peripateticus philosophus, & orator summus Messaneus Aristotelem audiuit, situm morésq; Peloponnesi scripsit, suísque legẽ edidit. Hic quia difficilis erat animi,
D quid aut qualis esset, intelligentia, nullam omnino animam esse dixit. Aristoteles Siculus Messaneus de morali, ac naturali philosophia decem scripsit libros. Ibicus poëta Lyricus & historicus. Hic à latronibus, quũ
E iam interceptus, antequam interficeretur, grues volantes suspiciens: Illis vos, inquit, saltem meæ mortis vltrices eritis. Paucis pòst diebus fortè euenit, vt sedentes latrones in theatro spectandi caussa, volantes
F grues cõspexerint, atq; submissa voce alter alteri: Ecce, ait, grues Ibici, quod secus sedentes vt audiuere, prætori renuntiarunt: quapropter capti latrones ac iudicio cõui-

cti

cti,laqueis crimen luerunt.Vnde prouer- A
bium in re certa:Grues Ibici.Lycus Latinè
lupus,cui & Butheras tum nomen,hiſtori-
cus,à quo de Sicilia multa ſcripta relicta
ſunt.Polycletus Phalaridis tẽpeſtate Meſ-
ſaneus,diuinæ mentis medicus.Colam co- B
gnomine Piſcem,naturã piſciũ habentem
cunctos mirari oportet.Quoniam ad ima
deſcendens maris,biduo vti piſcis cibũ ca-
piens inter mortales illæſus deinde viſus,
tametſi Charybdis voragines, cauernásq; C
ſemel & iterum ſcrutatus,primorũ preci-
bus tertium tentare auſus nunquam eſſet
egreſſus.Ioannes Gatius paucis antè annis
Meſſaneus Cephaleditanus epiſcopus,phi-
loſophia noſtræque Chriſtianæ religionis D
ſcientia lõgè eruditiſsimus:amicis ſæpe di-
xit,Sacros libros,ſi fortè amitterentur,ob
firmã ſuam memoriam ſe poſſe reſcribere.
Andrea Barbatius iuriſperitus Meſſaneus.
Oppida caſæ ve plures inter Meſſanam,& E
Tauromeniũ in montiũ ſaltibus diſpoſitæ.
Quæ ſupra fretũ,Fortia,Limina,Scalecta,
Italia,Sauoca,Caſale vetus,Ali,Mandani-
chi,Locadi,Giudimãdri,& Lipaglara.Flu-
men Eniſes,nũc flumen de Niſe,cũ oppido F
eodem nomine,quod Phaonem habitaſſe
volunt.Venæ hic,quæ aurũ, argentũ,Por-
phyritúmq; marmor gignũt,paſsim repe-

riun

A riuntur, sed quæ alumen cæteris omnibus abundantior. Argentũ postmodũ promontorium, quod apud Siculos Caput Sancti Alexis dicitur, quatuor & viginti à Messana miliaribus distat, sex à Tauromenio vr-
B be. Parte ex altera haud procul ab ipso Peloro duo sunt lacus, alter horũ minor, quẽ, quòd ibi anguillæ quæ in Scyllæo piscantur freto, nec prægrãdes quidem, sed gustu cũctis omnibus elegantiores capiũtur, per-
C fossa terra fluctus admittere crediderim. Circa Messanã, & Mylam arescere fontes hyeme, æstate verò scaturire Plinius testatur. Ad Pelori læuam Falacriũ promontoriũ, Rasoculmũ à nostris nuncupatur: Secũ-
D dũ quod Farũ, Sãmichelis, Sãgeorgius, Gibisum oppidula. Et montana Castanæa & Lamassa: Et vltra in maris littore turris Diuetus vocata, Dimethus à Ptolemæo. Sed antequã ad Mylãventũ mõtosa oppida
E Carbarusa, Babusa, Saponara, Sammartinus, & post torrentẽ Vineticũ, & Ramecta, supra itẽ alia existũt, Rocca, Mauroiannis, & Monfortis, inter vtrumque torrens. Et mox Gualterius oppidũ, & Tytrheno littori propinquis Condro, cum flumine eodem
F nomine. Nec multùm distat fluuius, simul & vastus torrens sine nomine. Verùm medio in loco oppidum Sancta Lucia. Et mox

Myla

Myla vrbs, Mylazum modo nuncupata, A
quam & mari & portu propè cinctã, vi capi
difficile esset, Zanclæis hanc detentã. Stra-
bo cõmemorat. Phocylides in ea ortus ciui-
tate, Theocriti Syracusani tempore poëta.
Et à littore parum remota oppida recen- B
tiora, vt opinio mea fert. Castrum Regale,
à quo octo miliaria non amplius Fons Ve-
neris distat sulphureus, quem Sanctæ Ve-
neris fontes vocant, atque eò, quia scabio-
sos sanat, miraculosum credunt, ibíque flu- C
uius oritur. Item in montibus Tripis, Rac-
cuia, Samperis, & Monsalbanus Rinaldi
villæ nouæ sepulchrum. Ad fontem autem
Heliconis fluminis Noara, ibidem Furna-
ris est. Heliconis superato ostio Tyndaris D
vrbs in paruo tum sita tumulo, mari im-
minebat, nũc penitus euersa, quam à Tyn-
daro Ledæ patre conditam ferunt. Ve-
runtamen à P. Scipione hostium spoliis
ornatam omnino constat, inter quæ Mer- E
curij simulachrum pulcherrimè factum,
Tyndarum hodie locum vocant, Diuæ
Mariæ vbi ædicula, et nundinæ anniuer-
sariæ celebrantur antiquitatis monumen-
tum. Fama est ad hæc loca cum Dianæ F
Fascelis simulachro Orestem appulisse.
Mox ad occidẽtem Timetus fluuius. Vltra
ostium Pactæ vrbs contra Aeolias insulas

pasi

A passibus mille à mari posita, Antistitis decorata dignitate, de qua quod ab authoribus nihil in scriptis relictum est, nec à Tyndaride ad Agathyrsum vllos populos habitasse legimus, eandem siue ex Tyndaridis
B ruinis erectã, siue recentem esse censemus. Suntq; vicina parua oppida, Librizis Giusaguardia, Montagna, Casale pactarum. Inq; fœcundis nemoribus, nec pelago procul Aluntiũ accessu difficile, Sanctangelum
C nostri appellant. Populi tum Aluntini, author est Cicero. Medio in loco oppidum recens, vt reor, Laficarra nomine, paruumque alterum Pilainus, vt supra Limartini oppidulum: Et quidam amnis, qui nullum apud
D iuniores sortitur nomen, cui proxima arx iuxta littus Brolus nomine (ad Tyrrhenũ hæc spectant vsque ad Drepanum) iuxta fluuium Sinagra. Vchria, & Nesus nunc Nasus, è Nesia regione iuxta Aetnam sic dic-
E tum haud ignobile, milia quatuor à mari seiunctũ, de quo Ouidium, cum dixit: Nesiades matres, Sicelidésq; nurus, feciſſe mẽtionem magis, quàm de Nisa arbitramur. Quippe est ad orientem ędicula parum di-
F stans, quæ sancta Maria Nasida nuncupatur. Huius finibus oppidum Castanæa, atque Longi oppidulum inseruntur, & mox Mistrecta, quæ Amastru antiquitus fuit.

Sunt & montuosa plura oppida, nemoro- A
saque vsque ad Cephaledum, & Himeræ
ostium. Galathis oppidum, Galatha à Pli-
nio vocatum, Galatheæ patria. Turturicis,
cuius ciues conflandi metalla peritissimi
artifices, suo cum fluuio, & trans fluuium B
Myrthus oppidum, quod à mari sex distat
miliaribus, cum suis pagis: Myrthilone, Sal
uatore, vtroque Crapi, Belmõte, & Fraza-
none. Item Sammarchus, & Chida flumen
memorabile Rosmarini flumen vocatum: C
Militellus, San Fradellus duobus fluuiolis
oppida diuisa, & oppidulum Alcara: Tumu
lus, qui est inter Tyrrhenũ littus San Fra-
dellũ, quod nominauimus, oppidum, in quo
triũ fratrũ Alphi, Delphij', & Cyrini Mar- D
tyrũ hodie fanũ est, antiquissimę vrbis plu
ra cõtinet vestigia, quam Agatyrsum fuisse
prædicãt, propterea quod à Tyndaride tri-
ginta millibus passuũ Strabo reposuit, ac
Ptolemæus etiã id sentire videtur. Ierenses E
ac Pithienses à Plinio citati populi, oppida
Giracis, atq; Pithinæũ. Circa Giracim San
ctus Maurus & Castelluti⁹. In iugo Halesa
ciuitas, quã Halesinam M. Tullius vocat,
modò vt tantũ suadet coniectura Catonia: F
Nisi quis id esse mallet, quod Colisanũ. He
lesinis pro multis, & magnis in Rempubli-
cam Romanam meritis atque beneficiis
decreu

A decreuit Senatus, vt C. Claudius Appij filius Pulcher de senatu cooptando leges cõscriberet. C. Claudius leges dedit, in quibus multa sanxit, de ætate hominum, de quæstu, de censu, déque cæteris rebus, quæ
B apud illos diu valuere. Dion. Helesinus fuit nobilis & diues, à quo C. Verres sextertia decies centena milia auferenda iussit. Vltra duo fluuij sine nomine. Ad fontes alterius oppidum Lamotta, cognomento Fer-
C mo. Tusa inter duos fluuios à mari duobus miliaribus sepositum. Et Pollina cum flumine, quod Aletem fuisse, nisi de Apollonienſibus Cicero dixisset, pro certo haberem. Oppidum est paruum, à montis cacu-
D mine, densisq; nemoribus mare prospectãs, quod Timoleon Corinthius Leptino victo tyranno libertate donauit. Monali ostium inter Cephaledum. & id de quo diximus oppidum, medium locum obtinet. Et ipsa
E sub alta rupe Cephaledus, altísque montibus constituta pelago alluitur Tyrrheno, hodie Ciphalu. In ea ædes sacra, quæ Antistitis est sedes, à Rogerio maiore dedicata Cephaleditano pelago thynnorum magna
F captura, quorum oua stringunt premúntq;, ac salsamento condunt. In montibus oppida Castellum bonum, Gracteris, Asinellus, quod an ab Asino flumine, de quo Plinius

meminit, traxit nomen, dicere nõ possum. A
Himeræ amnis insulam diuidentis, vt Liuius scripsit, duo sunt ostia diuersa, vnum Cephaledo proximũ ad Tyrrhenum erumpit: Propè Gelam alterum in Libycum effunditur mare, Flumen salsum hodie vo B
cant. Eodem nomine Himera vrbs à Zanclæis, Euclide, Simo, & Sacone coloniã ducentibus detenta, quibus Chalcidenses plurimi, ac Syracusani exules ab altera factione separari, auxilio venerunt. Distabat C
à Thermis octo ferè miliaribus, in paulo eminentiore loco posita, amnis ostio eas diuidente. Structura omnis lateritia propter lapidum penuriam. Eius templa Gelo Syracusanorum tyrannus Carthaginensium D
spoliis ornauit, quorũ manibus multis pòst annis ea deleta, hi qui excidij calamitatibus superstites fuerant, ad Thermas se receperũt, exhausti oppidi in alterum transfundentes reliquias. quã ob causam Ther- E
mæ Himeræ ab hinc nuncupatæ, Cicero in Verrinis Actionibus est author. In ea signa erãt ex ære plura: quæ Carthagine victa, vt P. Scipio reportauit, sic Verres postea sustulit. In illis mira pulchritudine ipsa Hime- F
ra in muliebrem figuram habitúmque formata, quę cornu in manibus floribus ac spicis plenũ tenebat, quæ adhuc sunt ciuitatis

signa

A signa. Stesichori etiam poëtæ statua senilis, incurua cum libro. Stesichorus Himerensis poëta, sacrum quem & scientia clarũ, Musarúmque eruditum appellat Phalaris. Et Plinius in Stesichori ore infantis luscinIam
B auem ceciniſſe refert. Horatius Flaccus graues Stesichori Camœnas vocat. Fama est Stesichorum in Helenæ vituperationẽ carmina edentẽ ab Castore & Polluce infensis oculis priuatum, postea Apollinis re-
C sponso monitũ in laudes eiusdem scripsisse, ac eo quod amiserat, restitutum beneficio, vita huic functo templum à Phalaride dedicatum, sepulchrúmque in Aetnæ radicibus cõtra Catinam erectum. Thermæ Hi-
D meræ, vt dictum est, vltra amnis ostium hodie Termini vocatur, frumenti nobile emporium, in alto colle sita est, cuius pars, quæ mari imminet, in rupe, & ibi arx in præsentia. Aquæ ex rupe manant calidæ iuxta lit-
E tus ciuitatis, à quibus nomen adepta, vbi etiam nunc perantiquum sanè, ac structile suis cum cõcamerationibus ædificium, vbi ægroti multi conueniunt. In fabulis legimus, fontes calidos Mineruæ Hercule ve-
F niente nymphas aperuisse. Quæ in hunc diem sunt antiquitatis fragmenta. Aquæductus, aliquibus cum pontibus torrentes sub quibus nonnulli in mare erumpebant,

plumbeæque fistulæ, & aquæductus etiam A
plumbeus semidirutus: Amphitheatrū ruinis ferè affectum cum scalis complurihus quadrato instructis lapide. Pyramis vna marmorea multis statuis incisa. Estque in vestibulo recētioris templi, marmorea ta- B
bula fixa parieti, his inscripta literis:

Ć. Maēsio Aquilio
Fabio Titiano Cu. Cos.

Optimo ciui, ac Patrono Benemerēti ord. & populus splendidissimè Col. Aughime- c
rorum Termit. pecunia sua posuit.

Pars quoq; Astenij domus, vbi marmor his literis inscriptū Astenij ædes. Astenius homo primarius, & diues, qui ante C. Verrem prætorē multis propter suas diuitias, D
postea propter suam calamitatē atq; prætoris iniuriā omnibus fuit notus. Signum Cupidinis huius Astenij nomine inscriptū argenteū cum lampade à Thermis ad Veneris Erycinæ fanum translatum fuit. Ma- E
dunia mons ab Himera ad Politium vsque distentus, cuius pascua pascentium ouium dentes auratos faciunt. Is Nebrodes est, vti reor, vbi damarum copia, à quibus nomen habuit. Flumina duo propè Thermas Pan- F
hormum versus collocant. Agateriam vnū hodie nomine & Teresiam alterum, quod fontē Trabiæ esse opinamur. In iugis me-

diterr

A diterranea oppida, ac recentiora quidem, Calatauulturus, paruúmq; Sclafanis. Caccamus, de quo suprà diximꝰ, Thermis propinquius, quod Soloëntem, & Panhormum non multum refugit. Acræ (de Acrensibus
B populis meminit Plinius) & Casmenæ à Syracusanis habitatæ sunt. Acræ septuaginta annis post Syracusas, viginti Casmenæ post Acras, quæ vbi fuissent, nullum docet argumentum, nisi sit Acræ Claramons op-
C pidum, vt principio Acræmons, postea Claramons esset appellatũ. Cui vicinum oppidum recens hodie Mons rubeus nomine. Casmenæ autem Comisum vocamus, vbi fons vberrimus. Ij quoq; Syracusani centesimo ac trigesimoquinto anno post Syra-
D cusas ab Archia amplificatas, Dascone & Menecolo authoribus, Camerinam vrbem inter Pachynũ & Lilybæum, de qua Vergilius, cõdidere: hodie Cammarana dicta, cũ
E flumine, prorsus euersa. Cõditores eã postea deleuere. restituítq; Gelo (Thucydides Hippocratẽ Gelę tyrannum restituisse ait) rursus idem Gelo diruit, ac etiam demum nouam deducens coloniam erexit. Est vici-
F nus amnis Dirillus modò nuncupatus, ab occidente qui apud Bidenos ortus, à Libyco tandem excipitur mari. Inter vtrunque oppidulum paucis contentum casis, à no-

ſtris Lobiſcaris appellatũ. Nunc de his, quæ A
inter Camerinam & Pachynum ſunt, dicendum. Palus igitur, quam deſiccatam ferunt, quáque vrbẽ captam, ab ipſo ſtagnãte fit flumine. Fons item eſt iuxta Camerinã, B
cuius oſtium Graphuſcolarum vocant. Alter verò fons Dianæ in agro Sanctę crucis, modò Paradiſus nuncupatus, de quo Iulius Solinus fabulosè meminit. Ac vrbs affecta cladibus, cui in præſens Longobaldo nomẽ C
eſt iuxta mare, quàm Bruccam antiquitatẽ appellaſſe mihi perſuaſum eſt. Mox flumen Limaguni appellatum, apud Ciratanos populos, quorum à Cicerone facta eſt mentio, qui Ciratanam incolunt oppidum, D
noſtra ætate Iarratanam, oritur: ac Raguſam quod eſt recẽs nomen, interluens, mare haud ſtatim ingreditur, quod Hirminium antiquitus fuiſſe exiſtimo. Plinius inter Camerinam, & Pachynum repoſuit. Et medio E
fermè itinere inter hoc, & Motucanum amnem Annælucatę fontis oſtium exiguũ, qui littus parum refugiens, an ab Achate lapide nomen ſibi vendicaſſet, quis nouit? Contrà, aquæ dulcis ſcaturigines in ſalſis F
videntur vndis. In dextro maris littore turris recens, Puzallus nomine, atque fons deinde Fucallus nuncupatus. Motuca oppidũ mediterraneum quamuis, non multùm ta-

men

A men ab Afro pelago remotum, populosum valde. Modicam quod nos vocamus, ad amnis fontes situm. Quarto supra id oppidum miliario puteus Prunorum dictus, vndam hyberno tẽpore pedibus ferè duo-
B decim sursum emittit. De Muticensi agro Cicero in Verrem fecit mẽtionem. Amnis vbi Xiclim longè amœnissimum oppidum (quod Siculum tunc dictum puto) adit, sese in pelagus effundit. Nec mediocri quidem
C magnitudine fontes tres inter hũc, & Elorina stagna, medium locum obtinent, ostia omnes, duo tantum piscosos lacus facientes. Samueli vni hodie nomen, alteri Sancti Pauli fons. Lacum autem non eodem no-
D mine, nam Circhurim vocant. Tertius est in planicie Lafauara dictus, iuxta Spaccafurnum exiguum oppidum, quod Ispicæfundum, ab Ispa flumine deducẽtes nomen in publicis vocant rationibus, Ispa flumen,
E quod à Motuca quatuor milibus passuum oritur, locũ Ispicam dicunt, raptis secũ multis fontibus, postquã Spaccafurnum ipsum relinquit: piscoso facto stagno Busaitano nomine, in mare Libycum diffunditur. Et
F mox ipsa Elorina stagna iuxta Pachynũ.

Præterquã ea, de quibus suprà diximus, plura erãt in Sicilia oppida, quæ modò non extant, partim enim defecere. Strabo quæ

inter Catinam, & Syracusas fuerant defe- A
ciſſe, multa quoque meridionali in latere
ab Carthaginēſibus deleta memorat. Nec
hodie quidem Megara peninſula, atque
parum à mari remotis Hybla,& Leontino
exceptis inter Catinam ipſam, & Syracu- B
ſas aliqua inueniuntur. Partim verò in no-
ua tranſlata, priſca illa penitus amiſerunt
nomina. Quapropter illis indagandis quo
magis operam nauamus, quum nulla eo-
rum quæ extant, vel ſimilitudo, vel vicini- C
tas, vbi loci fuiſſent, arguat, eò minus, quæ
ſint, qúęve fuerint, explicare poſſumus: Ve-
runtamen operæpretium eſt, vt apud au-
thores inuenta ſunt, ita ea deſcribere. Cal-
lipolim à Naxiis erectam, atque Eubœam D
à Leontinis apud ipſum Strabonem legi-
mus. Plinio de Turpinis facta eſt mentio,
& item de Nepinis, Edinis, Heubolēſibus,
Mutuſtratis, Magellis, Paropinis, Semelli-
tanis, Triſinenſibus, Triocalinis, quorum E
ciuitas Triocle à Ptolemæo appellata eſt,
Ipſe inſuper Ptolemæus ciuitates numerat
Abacenam, Tiſſam, Agurium, Sergentiū,
Legum, Acrimam,& Phthinthiam. Cicero
verò de Acherinis, & Letenis meminit. Li- F
uius Accillas vrbem, fluménque Anatim
dixit. Lex erat in Sicilia, quæ ſenatores vel
gratis, vel ſuffragiis faciendos iubebat.

Prætor

A Prætor per triennium durabat. Bini Censores in singulas creabantur ciuitates. Consuetudo prætereà erat, quòd suos dies mensésque congruere volebant cum solis lunæque ratione, vt nonnunquam si quid discre-
B paret, eximerent vnum aliquem diem, vel biduum ad summum ex mense, quos illi Exæresimos dies nominabant: item nonnunquam vno die longiorem mensem faciebant, aut biduo, author est Cicero libro
C quarto Verrinarum Actionum.

Cæterùm quia plerosque audimus illis, qui vrbem Syracusas tantæ fuisse potentiæ narrant, tum instanter aduersari, tum leniter, quasi timidè credentes, annuere,
D de his pauca facienda verba iucundissimum fore iudicauimus. Quippe & regali potestate, & magistratu totius insulæ Siciliæ Syracusanos imperio potitos facilè probabitur. Gelo igitur Syracusa-
E norum rex Carthaginensibus bello iam profligatis, vniuersæ Siciliæ dominatum obtinuit, quem Hieroni fratri (hic superior fuit Hiero) postmodùm ex testamento reliquit. Victo item aliquot pòst
F annis Thrasybulo tyranno, cæteras Siciliæ ciuitates libertate ipsi Syracusani donarunt, híncque pax alta ad Dionysij vsq; tempestatem, quare Ioui liberatori ingentem

gentem ſtatuam dedicarũt. Aduenas item A
complures,qui in ciues aſcripti belli neceſſitate fuerant,officio quocunque fungi minimè poſſe lege ſanxerunt,author eſt Dio. lib.xi.Idem author,cęteris iam in poteſtatem redactis,Trinacrinos,qui obtempera- B
re recuſabant, ab ipſis Syracuſanis victos, vrbémq; direptam fuiſſe,in ſequenti li. teſtatur.Strabo præterea reliquos Siciliæ populos Syracuſanorum ditioni adactos, in ſuis ſcriptis reliquit. Et Dionyſius demum C
ſuperior,vniuerſæ Siciliæ imperio occupato,forti cum manu in Italiam copias traduxit.Ac vbi Romanorum prouincia Sicilia facta eſt, Syracuſis prætoriam domum, ibidem qui ius dicebant, iudices manſiſſe, D
nemo eſt qui improbet. Cicero enim libro iiii.in Verrem, de Sopatro quodam loquens:Citatur,inquit,reus,cauſa agitur Syracuſis. In eodem Steniũ Termitanũ dum defendit:Edicit ait ſtatim, vt calendis De- E
cembris adſit Stenius Syracuſis. Ibidẽ quũ de Cenſoribus faciundis diceret:Concurritur,inquit,vndiq; ad iſtũ Syracuſas:flagrabat domus tota prætoria ſtudio hominũ,& cupiditate.Item li.vii.ait,eo tempore (de F
C.Verre loquendo)ad luxuriam,libidinéſque ſuas domo ſua regia,quæ regis Hieronis fuit, qua prætores vti ſolent, contentus

non

A non fuit. Fuisse igitur vrbem Syracusas omnium Sicilienſium facilè principem fateamur oportet.

Sed nunc de principatu dicendum. Phalaris primus, eodem tempore, quo Tullus
B Hostilius regnabat, Agrigentinos domuit. Ad cuius ætatem, nisi seculorum imperitiæ vitio demus, omniũ rerum famã, eò quòd nihil memorabile compertum, per silentiũ veniſse arbitramur. Tametsi Aemiliũ Sen-
C sorium Segestæ tyrannũ fuisse in Parallelis Plutarchus memoret: & Anaxilam Messanæ regnasse, vt satis dictum est, multi authores probent. Telemachus deinde & Eumenides filius. Is Enesidemum creat The-
D ronis patrem, Therone Terillus ortus. Cleander item Pataræus Gelæ tyrannus à Sibyllo interfectus: cui frater succedens Hippocrates ad Hyblam Siculis bello illato, morte occubuit. Cuius filiis imperio, quo
E nondum maturi erant, fraudatis, Gela, qui equitatum duxerat, regnauit Gelæ ortus, à Telo insula oriundus. Hic id tẽporis, quo Xerxes Persarum rex, facto in Hellesponti angustiis ponte, in Græciam traiecit, Syra-
F cusanorũ rex creatus. Hiero posteà frater principatum accepit, is qui Catinæ eodem tempore extinctus, quoad Cremeram, vt Diodorus scripsit, trecenti Fabij vna die

cecid

cecidêre. Thrasibulus frater huic succesſit, A
qui Syracuſis tandem eiectus apud Locros
miserè vixit, obiítq; miserè Duretius Me-
naninus Siculorũ tyrannus, & Dionyſius ſu
perior, nõ modò Syracuſanorũ: verùm & to
tius insulæ Siciliæ dominatũ obtinuit. Dio B
nyſius inferior illius filius, qui exul Corin-
thi ludũ aperuit. Agathocles ſordido gene-
re ortus, rex deinde Siciliæ, quo morbo im-
plicito, atq; dein mortuo Pyrrhus Epirota-
rũ rex, quũ iã eſſet in Italia, à Syracuſanis C
accitus, rex appellatus eſt. Hiero rex Syra-
cuſanus, qui & ſi ab Gelonis ſtirpe, natus
tamẽ ex ancilla. Hic cũ Romanis, quia Ap-
piũ Claudiũ Mamertinis auxilio Senatus,
Populúſq; Romanus miſerat (quæ prima D
Rom. nauigatio fuit) fœdus, pacémq; fecit.
Cui Hieronymus nepos puer ſucceſsit. Qui
quũ moribus multum diſpar eſſet, Leontii
confoſſus vulneribus occubuit. Ex prętori-
bus deinde Romanis P. Cornelio, & Octa- E
cilio, poſtea M. Marcello Sicilia decerni-
tur, à quo vrbs Syracuſæ capta. Senatui de-
hinc, Populóq; Romano, atq; Imperatori-
bus Sicilia vniuerſa obtẽperauit, donec Ge-
orgio Maniaco, & mox à Pœnis occupa- F
ta. Multis deinde pòſt annis Rogerius Tan
chredi Normandi filius, victis eiectíſque
Pœnis eãdem obtinuit: cui filius anno poſt
Chriſt

A Christum millesimo centesimo tertio Rogerius rex succesit. Duo Vilielmi Malus, & Bonus postea regnarunt Tancredus Vilielmi spurius, Constantia sorore, quæ legitimo orta matrimonio, in cænobio religio
B nis sacris dedicata. Hæc demũ illinc exempta, Henrico Romanorum Imperatori in matrimoniũ data, in sua propemodum senectute Federicum genuit, quo Corradus, & Manfridus spurius creati: quorum demũ
C altero demortuo, Manfridus regnauit fratris filiorum tutor, quem Carolus, qui comes prouinciæ dicebatur, occidit, occidítq; Corradinũ Corradi filium. Quamobrem Galli Sicilię annos fermè decem & septem
D dominati, quibus à Siculis ferè omnibus, anno CXXVIII. trucidatis, Petrus Aragonum rex decernitur: huic etenim Constantia Mãfridi filia in matrimoniũ ducta: Qui Alfonsum, Iacobũ, & Federicum crearunt.
E Ex quibus Iacobus, Federico fratri natu minori relicto regno, in Hispaniam remeauit. Federico Petrus natus est. Petro Lodouicus, qui regnum accepit, quo vita functo, Federicus frater Mariæ pater, & Martinus
F eiusdem Mariæ coniunx, mósque Martinus pater. Et post hunc Ferrrandus quem Castellæ infantem vocauerunt. Quo Alfonsus, & Ioannes orti. Alfonso, filiis duntaxat

spuriis

spuriis relictis, Ioannes frater succesſit. A Ioanni Ferrandus natus cognomento Catholicus, Ferrando Ioanna, qua Carolus Quintus Imperator Optimus Maximus.

C L. *Marius aretius Andreæ Arduino Cæsaris Consultori.* B

ET si grauioribus negotiis impeditus, ab aliis quibusuis curis iure optimo abstrahi deberes: Aristotelis tamen vti initiatus documentis, qui intelligentem quencunq; quadam propemodũ necessitate etiã c phantasmata speculari oportere dicebat, tot rerum sarcinis aliquando remissis, ad nostra iucundissima studia tua cum dignitate te humanissimè confers: quod Ciceronem, quódque Cæsarẽ fecisse constat. Quũ D igitur res huius insulæ Siciliæ nequaquam satis explicatæ essent, eò quòd nemo primordia, conditores, simul atq; ruinas ad nostrum vsq; tempus vno perstrinxit volumine: tu omnis scientiæ, omníq; antiquitatis E diligẽtissimus indagator, quum vnà toties cum amicis essemus, quorũ cõsuetudine familiarissimè veteris, qui primùm Siciliã inhabitassent, quíque ciuitates, & oppida erexissent, atq; ea, quæ deleta, diruissent, à me F peraccuratè quæsiuisti, quasi persuadens, vt de his quicquam memoriæ commendarẽ. quamobrem ipse tua authoritate motus,

quæ

A quæ apud plures authores inueni, atq; vno perſtrinxi faſciculo, in lucem protuli. Ac demum Eliſabellæ diuinæ propè mentis mulieri, Ferrandi Gonſagę coniugi Mulfettanorum principis, qui Cæſaris in Sicilia vicē
B gerit, tua ipſius perſuaſione inſcripſi. Proinde ſi id totum, quod legiſti minus aptè, aut candidè ſcriptum tibi, cæteríſq; in hoc genere ſcribendi diſertiſsimis, authoribus videretur, non mihi quidem attribuēda erit
C culpa, ſed tibi, qui graue opus mihi perficiendum præcepiſti. Vale.

CL. *Marius Aretius Baldaſſari Saccano.*

D SOlent multi Baldaſſar Saccane, munere non æquis viribus impoſito, iuſſa capeſſant necne, diu multúmq; dubitare. Veruntamen quum difficilius ſit, quibus plura debemus, id quod imperāt negare, quàm
E efficere, ne ingratitudinis crimini dari poſſit, deliberatione quadā, quę vires animúm que omnino facit, vel arduam prouinciam ſumere æquum eſſe arbitrantur. Suaſiſti, quum de his multis cum primoribus ageretur, vt ſitū noſtræ inſulæ Siciliæ Latinis li-
F teris luſtrarem. Quòd & ſi ingenij vires atque mentis imbecillitas diſſuaſiſſent, mandatum tamen, qui iubere potes, adeò impulit, vt veluti qui æſtuantis Scyllæ, Charyb-

díſq; freto noctu ſe credere malunt, quàm ei, qui iuſſerat, abnuere, fecerim pro viribus. Tu igitur vt quæſturam Meſſanæ ſanctiſsimè geris, vt tot amicos quibus comitatus & honoribus aſsiduis, & beneficiis proſequi minimè ceſſas, ſic animũ, ſic obediẽtiam læto cum vultu accipias, faueáſq; cœptis, vt ad maiora me impellas. Vale.

MARII ARETII PATRITII SYRACVSANI, CALIPHO DIALOGUS, *in quo Hiſpania deſcribitur cum recentioribus nominibus.*

LODOVICVS, PRVDENTIA, CALIPHO.

QVIS nam mihi tantam adferet lætitiam, vt hæ me derelinquãt triſtes, quibus torqueor, cogitationes? cauſa, cur ſim mœſtus, non quidem deeſt, ratio homines qua gubernantur, illam vincere perquàm ſtudet. Sum quamobrem in ærumuoſa poſitus cõtrouerſia. PRVDENTIA. Certè nullam intueor, mi vir, cauſam, quare diutius tu iſtis incumbas cogitationibus pernicioſis, prudent

A prudentium enim est (vt ipse haberis) fortunæ in rebus peractis cedere: in agẽdis verò, in quibus ab ipsa valde timendum vel virtute, vel nouis repugnare inuẽtionibus. Sed quæso quid id est? LODOVICVS. Ne-
B scis mea coniunx me magistratum gerere? Nescis inter Cæsaris primores ad Italiam petiisse? Rursus valetudine coactum perquàm infirma illicò remeasse? Quid ergo grauius, quídve mihi iniucundius euenire
C poterat vnquam? Nempe huius ab ineunte ætate seruiui auo, etiam in Celsensi bello, vbi vulnera accepi plura: Et huic etiã multùm, vt tibi compertum est. Quid plura? quum illa dies, quam diu optâram, adfuit,
D seruire non licuit, Aegrotus sum reuersus, quid molestius? PRVDENTIA. Quid faceres? Nemo est, qui tuum non inspexerit animũ, liberes ergo tete obsecro istis tuis curis. Sed Caliphonem eccum, lætor qui-
E dem, erit tibi fortasse leuamen aliquod. LOCOVICVS. Oportunè, dic tu illi aliquid. PRVD. Salue Calipho, sunt ne aliqua, vel de cercopitheco, epigrãmata? CALIPHO. Ex Italia redeo cũ Cæsare adeò
F exanimatus, vt mihi haud vnquam erit cura faciundis versibus nauãda posthac. PRVDENTIA. Macilentus es, & raucus. CALIPHO. Mos est illis, qui in aliquã eunt

expeditionem interrogantibus quò properent, hilari cum fronte, ac voce elata se ad bellum gerendum proficiscí respondere: at verò hi, si viui è castris remeant, vnde veniant rursus interrogati, tenui voce vultúque demisso, vno verbo è militia se venire aiunt. Porrò & si res gestas mea potius interfit scribere, quàm arma gerere, nihil tamẽ supereſt mihi præterquàm vita. Omniũ nanq; rerum iacturã feci. PRVDENVIA. Malo me Hercule impræsentiarũ mi Calipho sermones, quibus alacriores fiant adstantes, habeantur, quàm locus sit aliquis tristitiæ, sic dij te adiuuent, missa ista faciamus. CALIPHO. Quid iubes? PRVD. Dic meo viro historiam, vel fabellam duntaxat, quæ sit ei voluptati. CAL. Vnde exordiar? Dicam Cæsaris Bononiam ingressum? Ad diem solennem, qua fuit diademate coronatus, quum Hispani proceres aurum, & gemmas induti diuitias ostentarũt suas? LODOVICVS. De his omnibus binis me literis certiorem tum fecere: potius Hispaniæ situm abs te, ac recentiora, quæ ad prisca faciunt nomina enodata vellem audire. CAL. Onerosam prouinciã. LODOVICVS. Quid onerosam? Nonne tibi illius diei venit in mentẽ, qua Toletum versus iter facientes nos, ad Solorij montis, ac

Carpeta

A Carpetanorum iuga quum venimus, & regiones,& labentia hinc inde flumina admodum fuimus scrutati? Verùm te plurima audiui tum nuntiantem, itaq; si me amas, fac quod ipse rogo. CALIPHO. Quàm li
B bentissimè,obtẽperabo tibi,vt semper.Sed quum vel Mauritanorum, qui Hispaniam occuparunt,barbaries,vel temporis longioris immanissima rabies, non modò nomina,sed & rerum faciẽ quoq; permutassent,
C difficile erit quod iubes obseruare: nihilominus tamen capessam iussa, tametsi meo repugnaturos iudicio videam quàmplurimos, præsertim si meis forum spargetur nugis.PRVDEN. Eia rumpe moram,mu-
D tis quidem veluti qui loquitur, non tamen surdis recitare videberis.

Calipho Lodouicus.

HIspania montibus Pyrenæis, ac mari nostro, At lantico denique Oceano,
E & sinu Cantabrico perstricta,primam partem Europæ efficit ab occidente. Pyrenæi hi sunt montes, qui adhuc prisco gaudent nomine, quibus ab interiori mari ad ipsum Ibericum pelagus protentis His-
F pania à Gallia separatur. Quæ in duas primùm diuiditur partes, citeriorem & vlteriorem. Et vt valeat quisque melius eius percipere figuram,hoc in totius Hispaniæ

descriptione ordine vtendum nobis duximus, quo hactenus nemo vsus. In Oretania igitur, quæ regio maritimum attingit littus, in quo Carthago noua, nũc Carthagena promontorium est Scombraria, à nostris Caput Depalis nuncupatũ. Hinc mons Solorius paulatim septentrionem versus oritur. Qui modò accliuis, modò infimus, & apertus, vt Ptolemæus & Plinius ostendunt, per Carpetanos, Vacceos, Vectones, & Celtiberos, ad Cantabros vsque procedit. Hi montes ea complectuntur oppida, quæ in præsentia Guenca & Siguenca (Cõcia & Serguntia olim) indigenis dicuntur, ad montem vsque productí, quem Moncaium vocant, & hinc ad læuam declinantes Cantabriæ iugis eunt obuiam. Moncaium, an à Caco nomẽ deductum sit, quasi montem Caci, adstipulari non audeo. Et Siguenca vrbs, non Seguntum quidẽ olim, sicut multi prædicant, sed Serguntia, per cuius agrum Durius perlabitur. Strabo: Durius, inquit, præter Numantiam, orámque Serguntiam currit. Ergo quicquid terrarum ad orieutem hæc iuga relinquunt citeriorem, ad occidentem verò vlteriorem esse Hispaniam, antiqui voluêre. Nempè Oretanos maximè ad meridiem vergere, ad mare vsque peruenientes, & mox Carpeta

A petanos,ad Aquilonem declinantes,nouiſſimos Callacios autumat idem Strabo.Ac Hiſpaniam hoc diſtinctam modo,in quatuor rurſus partes, Bæticam,Luſitaniam, Callaciã,& Tarraconenſem diſtribuendã
B omnino nobis videtur.Romani nanque in tres vlteriorem Hiſpaniam,vt ius facilius diceretur, diuiſere, antiquiſsimi licet in duas per longitudinem.Nec labor quidem erit alicui Tarraconenſem ipſam agnoſce-
C re prouinciam,quum non ſit minor,quàm ipſa citerior Hiſpania eſt.Nam hæc vnam partem facit,vlteriore in tres diuiſa prouincias,in Bæticam,Luſitaniam,& Callaciam:quæ & Ana,& Durio fluminibus di-
D ſcretę,Oretanis,Carpetanísq; adhęrent,dũ tendũt in occaſum.Et,vt res longè ſit vobis notiſsima,ea qua potero facilitate explicare nitar.Ana,qui Bæticam à Luſitania diſterminat,in Laminitano agro,circa oppi-
E dũ,quod Cagnamares Hiſpanis dicitur,ex vaſtis oritur ſtagnis.Et xxx.mil.paſ.decurrẽs obtuſis totũ ſe properè cõdit cuniculis, rursúsq; ſtadiorũ lxiiij. ſubterraneo peracto curſu ad oppidũ,Villarta quod nuncu-
F patur,totus renaſci cõſpicitur:qui Emeritã fama antiquiſsimã vrbem(quę ſuo lætatur nomine,vna dempta,alteráve tantùm mutata litera,Meridam nanq; dicunt)abluit,

& in Oceanum erumpit. Guadianã Mauritani Hiſpanis dominantes hũc nominarunt amnem, quod flumẽ Anę ſonat, Guad ſiquidem illi, nos flumen dicimus. Ora autem, quã ad meridiem ipſe detrudit amnis, quæ mari percutitur, quæve diuiti cultu, ac fertilitate cæteris omnibus antecellit, Bætica, à Bæti fluuio eam mediam reſecante, fuit olim cognominata, cuius pars ab noſtræ tempeſtatis hominibus Andaluzia appellatur, quaſi, vt auguror, ante Luſitaniã, mutatis literis partem inquam, quoniã non tota, cui Bætica tunc nomen, nunc Andaluſia eſt. Propterea quod ea, quæ Mariano monte ad meridiẽ ſtringitur terra duntaxat Andaluſia eſt: Reliqua verò inter ipſum montem & Anam fluuium poſita, vel inter vtrunq; flumen. Bæturia erat, pars tamen Bæticæ, in duas à Plinio diſtincta partes, totidémque gentes, in Celticos, qui Luſitaniam attingunt, & Turdulos, qui & Luſitaniam & Tarraconenſem, illi Hiſpalis conuentus (in cõuentus tum Hiſpaniam diuidebant) hi quidem Cordubenſis. Quos ipſe ſic interpretor, primos regioni, quã Extremaduram, alteros quam Manchiam vocant iuniores, tribuo, qui omnes tum Bætici. Et id quoq; videtur de Turditanis ſentire Strabo, Qui confeſtim in Romanorũ

ritum

A ritum, Latiali penitus vtentes sermone, ante alios mutati sunt. Marianus autē mons, cuius Ptolemæus & Plinius mentionem faciunt, ab Hispanis Sierra Morena nuncupatur. Cæterùm Bætis fluuius, à quo Bæti-
B ca (vt dictum est) in præsens Guadalquebir, quod est flumē magnum à Pœnis inditum nomen Tingesi saltu in monte Argento, circa oppidū Castaonem exoritur. Nostri Castaonem Alcarras, argentum verò mon-
C tem, Sierram Alcarras vocant. Hic ergo in mediam Bæticam influit: Cordubam tot claris viris insignem, atque Hispalim, illius oræ caput, modò Siuiglam tangens, & in Atlanticum Oceanum effunditur. Tartes-
D sum hunc vocitarunt nonnulli, à Gartheia ciuitate, quæ Tarteſſos à Græcis dicta, ad Bætis hostium, vnde Tarteſſus ager. Gartheiam ab Hannibale fuisse direptā, scripsit Liuius. Bætis insuper Salsum admittit
E fluuium, qui ab eo, quo ipse Bætis, erumpit monte, nunc Guadelemar dictus, apud quē cum Pompeio Pompeij filio, manus Cæsar conseruit. Bæticæ latus maritimū ab Herculeo fretò, ad eos, quos diximus, Oretā-
F nos, & nouam Carthaginem, Bastetani obtinebant, à quibus Baëza & Baza oppida nomen sortita sunt. Hi rursus Bastetani ab occasu Baream regionem, Mauetaneam,

mox Deitaniam,& deinde Conteitaniam complectebantur,author est Plinius.oppida verò retrogredientibus sese offerunt, post Scombrariam promontorium (quod suprà nominauimus) ipsa Carthago, ab Hasdrubale ædificata, vbi Scipio Africanus virginem vnam inter captiuos adductam(quæ forma erat insignis)Luceio spõso reperto intactam restituit.Hic item in ludis ab ipso Scipione factis,duo Hispani principes, Corbis, & Orsua patrueles de regno dissidentes alterius in alterum facto impetu ambo periere. Promontorium deinde, qui modò caput Guatte nomen, olim Charidemum. Et, mox portus magnus,vbi Almeria sita est,Salabina, Selobreña accolis vocata, Malacha, & Salduba de quibus talem facio coniecturam Ptolemæo authore.Malacham tunc fuisse mihi Persuadeo, vbi nunc caput Maducæ:at verò vbi Malacham in prẹsens reponunt,Saldubam tunc,cum flumine fœderatorum, cui Salduba nomen. Et mox Bessulam fluuiũ ad oppidum Marbellam in mare erumpere puto. Vbi Hasdrubal Barchinus primùm, Mago deinde,& Hasdrubal Gisconis à Scipione fugati,vt narrat Plutarchus. Mons Calpe,quem montem Gibraltar vocitant,iuxta fretum,Abilam

A lam Africæ montem ſpectans: quos Herculis columnas eſſe, quaſi ærum narũ metas, in fabulis traditum eſt. Et iuxta oppida, quibus Sola, & Barbe nomen, Alcaſiram, & Tariffam, quæ à noſtris cognomi-
B nari auguror, licet alij aliter ſentiant. Poſt hæc Iunonis templum ad Oceanum, in oppido Belon, & id in præſentia Trafalgar, & flumen Belona. Gadis item, ſeu Gadira inſula paulò à continente ſepoſita, Bæticæ
C proxima: Hinc demum id Sacrũ promontorium, à nautis noſtri ſæculi Caput ſancti Vincentij vocitatum, ager omni vbertate fœlix diſtenditur. Ex mediterraneis autem præter quas diximus, Hiſpalim & Cordu-
D bam, Carmona & Nebriſſa, nunc eiuſdem nominis. Ac nonnulla quidem nouiſsimis oportet oppida interpretari nominibus, Oroſpeda, quod Oropeſam eſſe credimus. Et Abdera non longè à Malaca oppi-
E dum in mediterraneo, vel quòd Plinio placet, Ebura. Ipſe Vbidam quemadmodum dicere auderem, ſic & Eguam, Eſigam fuiſſe exiſtimo. Munda vrbs, quam Mundecaram nunc vocant: apud quam Pom-
F peium Pompeij filium Cæſar in fugã vertit, author eſt Hircius. Plinius tamen, duas fuiſſe Mundas, in Luſitania alteram inter Durium & Tagum, alterã verò in Bætica

ſcri

scriptum reliquit. Item vrbs opulentissima, in hac erat regione Oringis, quam ad expugnãdam, quia Pœnis studebat, Scipio fratrem misit. Et ea quę in nominibus nullam habent cũ priscis similitudinem. Granata in primis vrbs populosa, quæ victis Pœnis à Ferrando Arragonio rege Christiano ritui vendicata, omnibus Hispanis multò est oppidis feracior. Singiliam oppidum in Bætica reponit Plinius. Et fluuius qui Granatam abluit, nunc Xenil vocatur, possumus propterea Granatam Singiliam vocare, si licet. Vrsaonem ab Hircio in commentariis citatum oppidum, nos Vssunam vocamus, præsertim quòd non longè ab Hispali illud ostendit. Et Tuccis, quod Turcinum fortasse: Carbulo, Carpium. Et Murgis vrbs, quam Murciam esse puto. Iaën denique, Xeres, ciuitas regalis: Anduiar, Antequera, sunt hæ ciuitates, quæ vigent his à recentioribus appellatæ nominibus, quas interpretari non audeo. Ac satis quidem de hac parte dictum est, nunc ad reliquas, breuiter enim omnia explicare volui. LVDOVICVS. Credo profectò de Murgi: nam in Bætica illam Plinium collocare memini me legere.

Calip

A *Calipho, Prudentia.*

AB Ana ad Durium quæ clauditur ora Lusitania est, à Lusu Liberi patris dicta, author Varro. Nec his quidem incongruum mihi videtur pauca Plinij inserere
B verba. Vniuersa autem quæ de Hercule, ac Pyrene, vel de Saturna traduntur, fabulosa imprimis vt arbitror: hæc ille de Hispania. Durius igitur qui Duero ab Hispanis, stadiis centum ab Numantia illa, quę vna tot
C strenuos, tótque duros, veluti Hispaniæ totius robur, milites sola peperit ortum habere cernitur. Numantini igitur post decimumquartum annum obsidionis, quũ amplius se tutari non possent, in rabiem con-
D uersi duces suos, séque patriámque ferro, & veneno, subiectóque vndique igne peremerunt, adeò vt triumphus fuerit Romanis tantum de nomine modo non verò Numantia, sed Soria exiguo oppido. Terra
E autem quam Durius ad læuam ad Anam vsque, in Oceanum properans relinquit, Lusitania est, Tago auriferis arenis celeberrimo amne per longitudinem resecata. Tagum, qui non alio, ac suo gaudet nomi-
F ne ad Carpetanos, in montis radicibus stadiis L. ab oppido paruo, cui Tragacet nomen, quod nõ multùm abest ab vrbe Concia (quam Cuencam, vt antè dictum est,

appel

appellant) nasci non dubium est. Qui vbi A
Toletum nostra tempestate regalem, vrbẽ
oppidáq; infundit plurima, fluuiorum etiã
admittit multos, Olisipponenses, nunc Lis-
bonenses, muros influit, & in mare vasto
facto hostio demum se proiicit. Nec cũ illis B
quidem sentio, qui Toletanos Carpetanos
esse dicunt, quãdoquidẽ hos distinctos esse,
alteros ad Tagi ortum, alteros illis proxi-
mos, haud vereor, nam & Plinius illos di-
stinxit. Carpetani ait, & Toletani Tago C
flumini impositi. Et in Oceano Barbarum
promontoriũ, quod nostri Caput Spiches,
& mox Olisippo ab Vlysse condita, si Soli-
no credimus, vrbs quam Lisbonam vocant,
in extremis Lusitaniæ oris, ad Tagi hostiũ D
sita. Quæ hac tempestate nobilis, & Afri-
cano diues commercio, cuius nanque ciues
mercaturę gratia Aethiopicum per Atlan-
ticum nauigant mare, Africæ sinus pene-
trantes. Nec illius quidem regionem (vt E
multi delusi credunt) tantummodo fuisse
Lusitaniam adfirmo, quoniã ea Lusitaniæ
pars, quæ mari adfixa, esse Portugalense
regnum certum habeo tantùm, ita quod
pars erat, & non tota Lusitania. Erat enim F
tum hæc non parua regio, quũ Ana, & Du-
rio, ac iugis etiam Carpetanis fuisset ter-
minata. Et nunc quidem de huius regionis

oppi-

A oppidis. Nam præter Toletum (de qua suprà scripsimus) Segouia vrbs diues, ac cunctis ferè Hispanis nota, sub nemore posita, & in ea aquæductus maximus, qui pons ab Hercule constructus peruersè vulgò credi-
B tur. Sunt & qui iuga, quibus hæc sita est ciuitas, Carpetana esse volunt, in quorũ ire sententiam omnino non placet. Porrò quũ Carpetana iuga Oretanis omnes scribentes adiungant, quúmque Ptolemæus nul-
C lum in Lusitania esse montem asserat, rem non aliter, ac scripsi, in animum induco meum. At Ptolemæi fortè sententia alicui si non satisfacit, eò quia montes, vbi ipsa Segouia, & illis proximi, quos Guadara-
D mæ nunc vocant, aliíque etiam, in ipsa visuntur Lusitania. Ego de illis, qui digni erant, quorum mentio fieret, Ptolemæum esse locutum respondeo. Et item Obila quæ Abila, & Salmantica famosissima A-
E cademia, Moro denique, & Talabrica, modò Mora, & Talauera. Sunt oppida nonnulla, quæ viuunt, & nihil cum antiquis faciunt in nominibus, tum quia id, quod habebant antiquitatis penitus amisere,
F tum quia fortasse deinde condita. Vallisoletum oppidum magnificum, & rebus necessariis maximè refertum. A quo haud longè abest Methina de campo (vt ipsi)

omni

omnium rerum, propter hyemales nundi A
nas menses tres, totidémque æstiuales ibi
celebratas, nobile emporiú. Emporia quæ
Empudia, Toro, Zamora, Metina, Rosseci,
Illesca, Vccagna, & tandem Madrid oppi-
dum viuis vndique silicibus constructum, B
& hoc nulla vnquam est victus penuria fa-
tigatum, nec cœli grauitate oppressum. Al-
cala de Finari (sic ipsi aiunt) à flumine Fi-
nari, quod Tago absorbetur, vbi artiũ flo-
ridum Gymnasiũ, & hoc Complutum esse C
ab Ptolemæo demõstratum oppidum, Hi-
spani pro certo habent, sicque illud in pu-
blicis adpellant rationibus. Et non longè
aliud Guadalaiara à Mauritanis nomina-
tum, quod flumen Lapidum significat, vbi D
Iacobus Mendocius Infantasciorum dux
habitat, vir præter nobilitatem, munificẽ-
tissimus. PRVDENTIA. De illustribus
viris, ac de domorum pariter nobilitate, si
facienda verba, Toletanam domum quo E
que, aliásque etiam antiquissimas meritò
memorare fas est. CALIPHO. Per id tẽ-
pus præter duas Mendociam, & Toletanã,
quas nominaui domos, Cerdeam, Cardo-
neam, Larensem, Velasceam, Pimẽtellam, F
Stunicam, Henricam, Orosciam, Cordu-
bensem, Limensem, Gusmaneam, Mõdra-
goneam, & quæ antiquissima, Patiecam,

scio

A scio quidem esse clarissimas, attamen nolo de his nunc agere. PRVDENTIA. Quid Patiecam domum antiquissimam ais? CALIPHO. Quendam Lucium Iunium Patiecum Cæsaris in Hispania bella aduersus Pompeij filios gerentis socium reperio. PRVDENTIA. Operæprecium est audire. CALIPHO. Hircius in commentariis de Corduba loquens. Cæsar ait, eam ciuitatem omni tẽpore optimè de populo Romano meritam esse sciebat. Sex cohortes secũda vigilia iubet proficisci, paríq; equites numero, quibus præfecit hominem eius prouinciæ notum, & non parum scientem Iunium Patiecum. Hæc ille.

D CALIPHO, LODOVICVS.

DVobus vlterioris Hispaniæ partibus absolutis, ad Gallaciam describẽdam ipso cogimur ordine. Et hanc non solùm eam, quam Galiciam vocant esse volumus: E quæ vt nemoribus, montibus, ac aquis etiã abundabat, ita messibus nuda penitus. Sed & omne quoque vlteriori Hispaniæ quod supereſt, Bętica & Lusitania exceptis. Est in hac prouincia in Oceanũ protendens promontorium magnũ, quod Artabrum nominarunt, nunc Caput finis terræ: veruntamen his qui de hoc aliter sentiunt, Strabonem adduco testimonio, nullum aliud me-

morabile promontorium inter ipsum Ar- A
tabrum,& Pyrenes promontoria reponen-
tem. Minus amnis hanc infundit oram, &
in Durium se recipit. Cæterùm Asturi,nũc
quoque Asturi, huius regionis partem ha- B
bitabant. Et his proximi Cantabri partim
montiũ cacumina, partim loca maritima
septentriones spectantia incolentes,& eam
regionem quam Biscaiam dicimus,& mõ-
tes etiam Liconitiurgis ciuitatis, ad Iberi C
vsque amnis ortum obtinebant, siquidem
Iberum ipsum, qui ex illis videtur monti-
bus erumpere,in Cãtabria nasci & Plinius,
& cæteri omnes,sunt testes, Callaciorũ op-
pida quæ vltra Durium ad aquilonẽ. Astu- D
rica vrbs olim magnifica,nunc Astorga.Et
Liconitiurgis copiosa mercatura, compluribúsque etiam equitibus,& nobilibus cla-
ra vrbs, quæ Burgos incolis dicitur. Arun-
da siue Arandis, quam ab amne Arandam E
Durij appellant,& in eodem fluuio Pallan
tia,quæ Palentia.Et nomina recẽtiora prę-
terea. Leonem vocant Hispani ciuitatem
quandam quæ haud multũ distat ab Astur-
ca. Est & Compostella vbi diui Iacobi tem- F
plum,quæ eiusdem tantum miraculo me-
morabilis.Homines præterea olim duri,&
omni expugnatu difficiles, nullum tunc co
lentes Deum, tantum lunæ peracto orbe

noctu

A noctu ante fores saltus agitabant. Ac de vlteriori Hispania quidem satis dictum videtur, deinceps ad citeriorem, vel Tarraconensem prouinciam trãseamus. LODOVICVS. Sum omnino exutus illis quibus
B eram obsessus curis, perge oro, vt magis lætus euadam.

CALIPHO, PRVDENTIA, LODOVICVS.

C TArraconensis prouincia à Pyrenæis montibus, qui Hispanias, Galliásque disterminant, duobus promõtoriis diuersis insurgit: angusta primò, paulatim deinde se pandens, vlteriorem iam latior facta cõ-
D tingit Hispaniam. Promõtorium alterum interiori mari percussum, Veneris tẽplum, nunc portum Veneris nominant. Alterum in Iberico pelago Easo tũc, quod illud esse arbitror, cui modò caput Berton nomen.
E Hæc rursus Balearico à meridie, ab septentrione Iberico mari adstricta, adfixáq; Pyrenæo currit in occasum, & Oretanis, mõte Solorio, Carpetaníque iugis ab aliis Hispaniæ oris distinguitur. Plinius in Tar-
F raconensi Cantabriam recondere videtur prouincia. Huius oppida nonnulla, quanquam non illis à iunioribus cognominantur nominibus, prisca enim temporum

varietate nomina defecere, nos tamen no- A
uissimis quoad fieri poterit, adaptare cona
bimur. Principiò à læua Pyrenæi mõtis ad
mare nostrum Gerundenses populi Galliæ
fines colunt, & hi Geronem tenent vrbem,
quam Gerundam quondam dicebant. Cæ- B
terùm ab hoc mari Ibericum sinum ver-
sus, per Celsenses, & Iaccetanos, ad Nauar-
ræ, vt Hispani aiunt, vsque limites, Ause-
tani, Itani, Lacetani, ac per Pyrenæi radi-
ces, Ceretani discurrebant, author est Pli- C
nius. Et post eos Vascones ad mare Iberi-
cum, & Pampelonẽses, quos Nauarros esse
auguror Plinij verbis persuasus: ait enim
quòd Vasconum saltus proximus est Pyre-
næo per Oceanum. Et Strabo item ad Se- D
ptentriones supra Iaccam, vbi Pampelon à
Pompeio dicta. Vascones reponit. Iaccetа-
næ gentes olim nobilissimæ, quæ à Pyre-
næi radicibus ad Ilerdam vsque latius ex-
tendebantur, vbi Sertorius bella gesit ex- E
trema: itaque hinc expulsus, apud Sagun-
tinos fuit ab suis dolo interfectus militi-
bus. Victoria oppidum idem tenẽs nomen
prope Cantabros: in quorũ montibus Ibe-
ri amnis ortus inspicitur, quem nostrę æta- F
tis mortales Hebrum, Thraciæ Hebri no-
mine decepti, nuncupant. Iberus, ab Ibera
olim vrbe opulentissima, dictus: à qua non

procul

A procul Scipio Pœnos vicit, & Hiſpaniam vniuerſam populo Romano adiunxit, vt Titus Liuius teſtimonio eſt. Ergo Cantabriæ iugis Prouincia de Campo (ſic ipſi dicunt) duobus ex fontibus è rupe ſcaturien-
B tibus, haud procul oppido Iuliobrica dilapſus per Celtiberos, & Dertoſam confluens, mare ſubit Balearicum. De quo ſic, Iberus amnis nauigabili cõmercio diues, ortus in Cantabris, haud procul oppido Iu-
C liobrica. Hæc Plinius. Celtiberi, quos nominauimus, à Celtis Galliæ populis illuc profectis, ripáſque colentibus Iberi, & Iberis indigenis ex duobus vno facto nomine, Celtiberi ſunt dicti, ſpatioſam tenẽtes pro-
D uinciam qua Segorbienſes, & Numantini claudebãtur. Segorbienſes hi ſunt, quorum vrbs Segorbia in Valentino regno. In Celtiberia Cæſarauguſta Romanorũ colonia, Ibero adfuſa, vbi pons lapideus memora-
E bilis, nobiliſsimis ciuibus ornata, quam ab Cæſare Auguſto propagatam, Cæſarauguſtam dixere, quum antea Saldiba nuncupa retur. Zaragozã turbato vocabulo, ac mutatis literis nunc vocant. Tametſi in tabu-
F lis publicis priſco ipſo non fraudant nomine. Ac ad Bæticæ fines reuertor. Setabis fluuius per Conteſtaniam, nunc Conſentaniã labens, ab eo monte, quo Bætis, egreditur,

& in mare noſtrũ ad oppidum modò Guar- A
damar, effunditur, quẽ Hiſpani Seguram
vocãt. Nec hunc quidem admodum effugit
Sucro, nunc Xucar. apud quem Pompeio,
& Sertorio congreſsis, æquo fuiſſe Marte
pugnatũ, niſi Pompeius vulnus accepiſſet. B
Oritur circa Carpetanorũ oppidum, cui in
præſentia Tragacet nomen, per vrbẽ Con-
ciam, & pontem, qui Talaiolæ dicitur, di-
lapſus Algiram oppidũ haud procul à Va-
lentia cingit, & alteri ſe adiungens fluuio, C
quẽ Gabrielem vocãt, mari noſtro ſeſe im-
miſcere viſus eſt. Setabis vrbs, quam Xati-
uam eſſe arbitror. At nunc Valentiam, quę
ſuo illuſtrata nomine viuit amœniſsima
ciuitas, adcedimus. Eſt itaque equitibus no D
biliſsimis inſignis, ac in totius Hiſpaniæ
prouinciis nitore, ſplendore inſuper nulli
ſecunda, cum flumine Turia, modò Guada
laiara à Mauritanis inditum nomen, quod
flumen album ſonat, cuius ortus apud Cel- E
tiberos. Nõ longè à Valentia per occaſum
ſtagnum abeſt, memoratu dignum, piſco-
ſum, & immẽſum, de quo nuſquam legi fa-
ctam mentionem, niſi apud Plinium: Con-
teſtanię, inquit, ſinus regio Edetania amœ- F
no prætendente ſtagno, ad Celtiberos rece-
dens. Et poſt hæc de Valẽtia agit, quod nũc
Albuferam appellant. A Valentia autẽ Sa-

guntum

A guntum haud procul à mari, ciuiũ Romanorũ oppidum, nunc Monuiedro, vbi theatrum cum scena, cui nihil deest, ac plura etiam antiquitatis vestigia, quæ imaginem quandã vetustatis ostendunt. Saguntini ab
B Hannibale obsessi, quum de salute desperassent, argentũ, aurúmq; omne, ex publico priuatóq; in forum collatum, in ignem id raptim factũ coniicientes, eodem plerique semetipsos præcipitarunt. Dertosani mox
C celeberrimi quondam populi, quibus Dertosa (quã Tortosam vocamus) ad Iberi hostium colebatur. Et hinc non procul Tenebrium promontoriũ, & Tenebris portus ad occasum. Vnde recedẽtes per ortum Oetus
D nos aduocat Tarraco, à qua nomen tota est sortita ꝓuincia, quæ littori imposita totius est regionis vetustatis caput. Tarraconam hãc appellamus, vbi Scipionũ interitus. Ab ea 66. millia passuum solùm orientem ver-
E sus per maritimũ littus tendenti Barcinũ olim paruum oppidum, Barselona impræsentiarũ clara ciuitas, prudentissimis imprimis ornata ciuibus, est obuia. Et inde Lunariũ promontorium à nostris Caput de
F Vallis. Circa quod Blanda oppidũ, nũc Blanes. Gerunda item, quæ Gerona nunc ciuitas, de qua fecimus mentionem, & Emporiæ, modò Empuriam vocant, cum flumine

Clodiano. Roda oppidum iuxta Veneris templum, nunc Rosas dictum. In mediterraneo autẽ Illerdenses, vetustissimi populi ad Sicorim fluuium Ilerdam ciuitatem, quã Leridam vocitamus, vbi publica Gymnasia incoluerũt. Sicoris ergo fluuius, qui Segre impræsentiarum dictus, à Pyrenæo monte per illius muros, & pontem, quẽ diximus, ciuitatis discurrens Ibero non multùm peragrãdo absorbetur. Et à Sicori Siculos ipsos habere nomen memoriæ proditum est. Populos nanque illuc transfretasse, ac eam Siciliæ partem, quæ ad occidentem vergit, incoluisse adfert Thucydides. Cinga huic vicinus fluuius, qui Singa modò, pontem, & oppidum quod Fragam recentiores nuncupãt abluens Iberum rapido petit cursu. Et inter hos fluuios Monçon oppidum. Cęterùm ab Ilerdensibus ad Pyrenæum Oscenses, quorum nos ciuitatẽ Huescam vocamus. Ac alia oppida quæ haud sunt priscis simillima in nominibus. In Celtiberia Taragona, Balbastrũ, Teruel, Boria, & deniq; Calataiut, quod an sit Calatagurium oppidum à Strabone citatũ penitus ignoro, à quo distabat ad occasum P. M. circiter 16. Bilbilis in quodam tumulo, cuius ruinæ visentibus adhuc fidem faciunt. Ac quicquid referã amplius supereſt

nihil

A nihil, plura dixisse videor, quibus & si vobis nõ satisfeci, obtemperaui tamen. PRVDENTIA. Gratias qa nobis gessisti morem, agimus mi Calipho. LODOVICVS. Omnia quemadmodum pollicitus es, breuiter dixisti. At quia rem feciſti gratam nimis, me perinde ac te vtere, paratum me
B inuenies proculdubio.

COMMENTARIVS FRATRIS IOANNIS *Annij, super Vertumnianam Propertij.*

PRAEFATIO.

D QVoniam sæpe meminit Berosus cognominum ac proprij nominis Noæ, & à Latinis nõ negligũtur, & sæpè falluntur quidam existimantes nõ esse eundem Noam,
E Ianum, Vertumnum, Vadimona, quia eos fascinauit Græca leuitas, visum est mihi non esse superfluum, immo necessariũ hæc super Vertumnianam Propertij commentari, vt videant ingenia latina omnia epi-
F theta propria Iani Vertumni simul collecta simul sumpta nisi soli Noæ conuenire nemini alij, ac propterea eundem esse Noam qui aliis cognominibus appellatur.

COMMENTARIA SVPER VERTVMNIANAM PROPERTII in quarto libro Elegiarum.

A

B

APerienda sunt cognomina & causæ cognominum Iani, qui & Noæ. Nam etiam teste Beroso non solùm Ianus, sed etiam Cœlum sol cognomina habuit, quia docuit (vt ait) astronomiam. Quæ etiam cuncta subripit Diodorus, qui in primo libro dicit Osiri patrem fuisse Saturnum Aegyptium Pana. Saturni verò patrem fuisse Solem. In quarto verò lib. dicit Saturno qui regnauit in Aegypto, Libæa, Sicilia & Italia, fuisse patrem Cœlum, qui primos homines à feritate ad ciuilitatẽ reduxit, & eos erudiuit. Quantum ad rationes verò cognominum Diodorus simul & Berosus consentiunt ad vnguem, quòd Cœlum cognomen habuerit, quia docuit astronomiam, & populis multa prædicebat, & ob id illum existimauerũt habere diuinam naturã, & mouere atque vertere cœlos & elementa, & cuncta vertibilia, & ideo Vertumnum illum dixerũt, vt in quinto dicit, Quod & Ouid. in 1. de Fast. referens, inducit Ianum ita loquentẽ. Quicquid vbiq; vides, cœlum, mare, nubila, terras. Omnia sunt nostra clausa, patentq;

C

D

E

F

A téntque manu. Me penes est vnum vasti custo-
dia mundi. Et ius vertendi cardinis omne meũ
est. Quòd si verè is penes quem vnum est omne
ius vertendi cardinis dicitur vnicus Deus ver-
tendarum rerum, necessariò cõsequens est, vt Ia-
B nus sit idem vnicus Deus vertendarum rerum,
quia penes eum vnum est vasti custodia mun-
di, & omne ius vertendi cardines. Necessariò igi
tur est idem Ianus & Vertumnus, quia idem
Deus vertendarum rerum. Sed Ianus oratur in
C principio omnis rei inchoandæ, vt feliciter aspi-
ret. Et idem inuocatur vt inchoatam bene ver-
tat, ad finémque feliciter perducat, vt Donatus
ait pro vltima epistola in primo epistolarũ Ho-
ratij dicentis. Vertumnum, Ianúmque liber spe-
D ctare videris. Scilicet vt prostes Sosiorum pumi-
ce mundus. Id est, tu liber epistolarũ videris spe-
ctare Ianum à principio & eundem Vertumnũ,
qui bene atque adeo ad finem feliciter vertit, vt
iam possis præstare mundum & ornari, & da-
E ri Sosianis qui in foro vænali libros ornabant
& ligabant inter Ianũ ad radices Capitolij, qui
principiò inuocabatur, & eundem Vertumnũ in
foro transitorio, qui vt ad finem bene feliciterq;
verteret, orabatur. Et hanc idẽtitatem significa-
F uit Fabius Pictor in fine de origine vrbis Ro-
mæ, vbi scribẽs, Tyberis inquit fuit limes imperij
Volturreni, inter veteres Ianũ & Saturnũ, qui
à principe illius vrbe Volturrena, per syncopam
dictus

dictus est Volturnus, & ob id Tuscus non Latinus. Nam quòd Volturnum sine syncopa primitiuũ est nomen, notat fluuium in Samnio, & oppidum Romanum in littore, à quo Volturnus deus Tyberinus in Latio, sicut & Volturnus, vt caput imperij in Etruria. Quamobrem deum Tyberinum suum dicit esse Roma atque Etruria. Eundem & Ianum & Vertumnum, & ab his dictum Vadimona. Hæc Fabius. Idem igitur Ianus & Vertumnus Vadimon, quia Vado Aramei dicunt id quod Latini verto, & Aegyptij Proto. Et idcirco idem multiformis Proteus, Vadimon, id est, Vertumnus, qui cœlos & cardines, & Vertibilia vertit. Igitur Vertumnus & Ianus idem & cœlum. Vnde Ianum quasi Eanum, quòd cœlum eat & vertatur agiret, ab etymologia nominis exponit Cicero, sicut Macrobius in primo Saturnalium exponit dicens. Physici siue naturales philosophi Ianum magnis consecrant argumentis diuinitatis. Nam sunt qui eum mundum, id est, cœlum esse voluerunt, Ianúmque ab eundo dictum, quòd mundus semper eat dum in orbem voluitur, & ex se initium faciens in se refertur, vt Cornificius libro Etymorum tertio. Cicero, inquit, non Ianum, sed Eanum nominat ab eundo. Hæc Macrobius. Ex quo patet quòd multæ cœlestes proprietates & nomina Iano tribuuntur, quia cœli animam motricem

fuisse

A *fuisse Ianum post mortem existimauerunt, de quibus hæc dicenda sunt. Cœlum est pater omnium, & terra mater. Ita physici aiunt, Ianus est antiquissimus pater omniũ, & eius vxor Vesta mater. Et ideo cœlum & terra dicuntur.*

B *Cœlum item vertit tempus in quatuor tempora, ver, hyemen, æstatem, autumnum, & ideo dicitur dominus vertentis anni Ianus, quia hæc docuit, & prædicebat ex his multa, Cœlum iure deúsque vertentis anni dicitur. Vnde Macro-*

C *bius in primo Saturnalium. Ianus (inquit) apud nos in quatuor partes spectat, vt demonstrat eius simulachrum è Phaleris aduectum. Et Phœnices illum figurant instar draconis caudam in os reflectentis, quia idem est finis &*

D *principium anni. Et super septimo Aeneidos de domino anni ibi: Sunt geminæ portæ belli, Seruius sic habet. Ianum inquit faciunt quadrifrontem, qui illum faciunt deum totius anni, qui in quatuor tempora diuiditur. Et subdit. Anni au-*

E *tem esse dominum illa res probat, quia ab eo initium anni nominatur, & in ipsum finit. Vnde & ipsi in quatuor partibus anni vertentis primitiæ offerebantur, & ob id Vadimona Etruscè Vertumnum autem latinè cognomen accepit vt*

F *Propertius insinuat inducens eum in quarto libro elegiarum ita dicentem. Et quia vertentis fructum percepimus anni, Vertumnum rursum credidit esse sacrum. Prima mihi variat liuen-*

tibus

tibus vua racemis: Et coma lactenti spicea fruge A
tumet. Hic dulces cerasos hic autumnalia pru-
na Cernis, & æstiua mora rubere die. Similiter
Physici consecrant Ianum & Vestam siue ter-
ram Pomonam, in quarta fronte ac parte anni
secum colloqui de coniugio faciundo, & à Po- B
mona terra sperni Ianum, quia tunc vertit se in
formam vetulæ, quia hyems senio similatur, vt
astronomi & ipsa natura perhibent. Sed quia
vltima facie Iano senilis finita, mox vertitur
ad ver, quæ est facies pulchra & inuenilis, ideò C
statim terra Pomona capta grauidatur, & fru-
ctificat & floresçit. Quòd Mythici, id est fabulis
vtentes poëtæ memorant, qualem fingunt de Ver
tumno & Pomona Ouidius xiiij. Metamor.
Hæc de argumentis physicorum pro diuinitate
Iani conuersi in animam cœlestium dominam
& motricem, ob quod cœlum, & dominus ver-
tentis anni, & quatuor temporum eius, & re-
rum vertibilium Vertumnus cognomenta pro-
meruit à sua posteritate. Nunc cur solis cogno- E
mentum habuerit, referendum est ab historicis
& physicis. Id ob multa referunt. Berosus dicit,
quia docuit cursum solis toto cœlo euntis, idipsum
Macrobius in primo Saturnalium sic exponit.
Ianum quidã volunt solem demõstrari, & ideo F
bifrontem, quasi vtriusque ianuæ cœlestis ortus
& occasus potentem, qui exoriens aperiat diem,
occidens claudat. Seruius quoque super septimũ

Aeneid

A Aeneidos qui inquit Ianum bifrontem faciunt,
ij eum dominum diei quæ habet ortum & occa-
sum, id est, vigintiquatuor horas, volunt. Vnde
& Diespiter, id est, matutinus & diei pater di-
citur, vti est illud Horatij libr. Sermonum de vi-
B ta rustica, vbi ait, Matutine pater, seu Iane li-
bentius audis. De dominio quoque duarum por-
tarum scilicet ortus & occasus, & præsidentiæ
sui ad alios Ioues, ita Ouidius refert in primo
de Fastis, inducens ipsum Ianum ita dicentem.
C Præsideo foribus cœli cum mitibus horis Et re-
dit officio Iuppiter ipse meo. Quòd si officio at-
que imperio Iani redeunt & obediunt alij Io-
ues & dij, necessariò consequens est vt cætori
sint veiones, id est, paruijoues, & Ianus solus
D à physicis consecrantibus eum magnis argumen-
tis diuinitatis dicatur Iuppiter optimus maxi-
mus. Iuppiter quidem, id est, iuuans pater,
nomen commune ipsi & alijs Iouibus. Maxi-
mus verò, quia sator omnium deorum, & ma-
E iorum & minorum, vt tam Berosus quàm
propertius in Elegia sequente exprimunt. Opti-
mus autem, quia ipse præsidet cum mitibus, id
est, felicibus horis & influentijs. Ab vniformi
enim motu non æsphære quam Ianum moue-
F re existimabant, non procedit nisi vna & op-
tima vniformísque influentia, vt probant Phy-
sici & Astronomi, Nam variatio & nequitia
difformitatis & infelicis afflatus syderũ, est solũ

vt prob

vt probant, à deformitate Veiouium siue syderum & sphærarum inferiorum, quas Horatius lib. secundo Sermonum, & Satyr. septimo vocat versiones iniquas, & Vertumnos iniquos dicens. Iam mœchus Romæ, iam vellet doctus Athenis Viuere, Vertumnis (quotquot sunt) natus iniquis. Verùm quoniam de cognominum Noæ Iani & Vertumni rationibus sæpe iteratur à Beroso & alijs Latinis authoribus, quas omnes simul collegit Proper. in quarto lib. Elegiarum, in elegia ad Vertumnum, idcirco ne oporteat nos ea repetere sæpius, ad laudem ipsius Noæ iusti & aurei Vertumni Iani principis Italiæ referemus totam elegiam Propertij, in qua Propertius facit Prosopopœiam. Inducit enim Vertumnũ primò sibi loquentem. Secundò cur moretur simulachrum eius Romæ. Tertiò cur dicatur Vertumnus. Quartò quando & à quo fuit illò aduectus, Quintò à quo & qualiter, & primò formatus in vico Tusco. Itaque quoniam Ianus quadrifrons & bifrons formabatur, habens in veste formas omniũ rerum, idcirco fingit Propertius sibi tot formas admirãti, Deũ Ianũ ita sibi dicentẽ:

Quid mirare meas tot in vno corpore formas?

Accipe Vertumni signa paterna dei.

Quasi dicat, ne mireris Properti tot formas in hoc simulachro impressas, quia hæc sunt signa paterna, id est, patriæ Tusciæ & vrbis Tuscæ, à qua

hæc

A huc translatus sum. Signa enim ad significandum fiunt. Et idcirco ad significandum causas diuinitatis meæ vrbs Etruria impressit mihi hæc signa & formas. Est enim Vertumnus princeps deus Etruriæ, vt ait Varro in primo de lingua
B Latina. Et dea Etruriæ est Horchia, vt asserit Liuius in septimo ab vrbe condita. Est autem Aramee Horchia per interpretationem, id quod Pomona Latinè, vt Samuel Talmudista exposuit. Hinc & illud Myrsili de origine Italiæ, Tur
C reni inquit soli à cæteris etiam sibi vicinis Tuscis differunt sermone ac deis, quia cum cæteri Tusci colant Iouem & Iunonem, solis Turrenis dij principes sunt Vertumnus, Horchia & Razena. Et item: Turrenise solos indigenas in Ita
D lia existimant, atq; à vetustissimi dei sui quem Ianum Vadimona dicunt, filio Razena nuncupant. Etruriam quoque tetrapolim suam, cuius partes, Volturſenam, Vetuloniam, Tussam, & Harbanum cognomine Calumbum, à Luco nun
E cupant, à deo suo conditam referunt. Nota quòd Cato in originibus, & nos in commentarijs super Fabium Pictorem atque Myrsilum, & fragmenta Catonis exposuimus, Ianus condidit regiam duodecim populis, quam tetrapolim fecit,
F & communi nomine vocauit Etursiam & Tursenam, quæ eadem sunt, & significant vrbem metropolim turritis ædibus extructam, quam posteri Latini vocauerunt Turrenam & Etur-

riam, & transposito vno r, Etruriam, à qua to- A
ta prouincia desumpsit nomen. Huius vna pars
adhuc dicitur Para Tussa, id est, coronata Tu-
sca, vt supradictis locis, ac etiam super Xeno-
phontem & in xl. quæstionibus Annijs dicitur.
Ab hac Tusca regia coronata (à qua Tuscanię B
ses ciues) fuit Romam traductus Vertumnus
in vexillo Galeriti Lucumonis pro Romulo con-
tra Sabinos, & habita victoria pro communi
Tatiensibus Romnensibus & Luceribus deo ha-
bitus, & hoc est quod ipse Ianus Vertumnus se- C
cundò exponit, vnde & quando fuerit transla-
tus Romam dicens:

Tuscusego, Tuscis orior, nec pœnitet inter
Prælia Volsinos deseruisse focos. D
Hæc me turba iuuat, nec templo oblector
eburno:
Romanum satis est posse videre solum.

Quando per aspirationem scribitur Thuscia,
vt in quæstionibus Annijs probauimus, signifi- E
cat totam prouinciam à Tyberi ad Macram.
Quando autem sine aspiratione scribitur Tu-
scia, vel in Tuscis vel Tusca, significat vrbem re
giam Etruriæ, circa Volsinienses, de qua Oui-
dius in tertio Metamorphoseos pro Delphino F
Tuscanienśi dicit. Furit (inquit) audaciśi-
mus omni De numero Lycabas, qui Tusca pul-
sus ab vrbe Exilium dira pœnam pro cæde lue-

bat

A bat. Et quia Vertumnus erat princeps Etruriæ regius deus, cuius templum siue sacellum eburneum erat à tota vrbe dicatum, idcirco sine aspiratione scribendum est, & dicendum est: Ego qui nunc Romæ color, sum Tuscus, id est, Tusca-
B nienſis vrbis princeps deus. Et à Tuscis siue Tuscanienſibus vexillo ductus, orior etiam Romæ deus. Nec pœnitet me reliquisse Volsinos focos, id est, regionem Tuscæ vrbs in qua est Volsinum, in ter prælia, quando scilicet Galeritus Lucumo
C me in vexillo præsente, iuuit partes Romuli contra Sabinos, vt circa finem exprimitur. Quare quidam falsò suspicatur dicendum esse Clusinos focos inter prælia Porsenæ, quia contrarium in fine dicet Propertius. Et quia Fanum Volturnæ
D erat regium, quippe quia ad ipsum indicebatur concilium xij populis Etruriæ, vt pluribus in locis ab vrbe condita scribit Liuius, hinc est, quòd Tusca & Volturna sunt in eodem loco, quia tetrapolis partes sunt in eadem vrbe. Vnde vti-
E que Tuscæ regio eadem & Volsinæ assignatur, vt hîc notat Propertius, & similiter Volturnæ regiæ à qua Volturreni, de qua Plinius in iij. nat. hist or. cap. sexto. Volturreni (inquit) cognomine sunt Etrusci, & in eadem parte Volsinienses.
F Quare quoniam Vetulonia & Harbanum erãt regiæ partes, consequens necessariò est, vt eiusdem tetrapolis vrbes essent Tusca, Volturna, Harbanum, & Vetulonia vt copiosè ostendimus

Annia quæstione duodecima & in alijs com- A
mentarijs. Dicit autem non se lætari amplius
eburno sacello Etruriæ, sed noua gente Lucerum
& Romanorũ, quia Ianus iure ibi colendus erat
vbi caput imperij orbis: quippe quia ipse erat sa-
tor omnium diuum, & penes solum illum erat B
vasti custodia orbis. Et omne ius vertendi car-
dines vt diximus. Sed quoniam gentem Thu-
scam cõdidit ab initio religionibus deditam, id-
circo dicit se voluisse habitare in vico Thusco
vbi Luceres erant, non vbi Tatienses & Rom- C
nenses. Et hoc est quod ait.

Hàc quõdã Tyberinº iter faciebat, & aiũt
Remorũ auditos per vada pulsa sonos.

Super Fabium Pictorem copiosè ostendimus D
omnem planiciem extensam à colle Auentino
vsque ad Ianum quadrifrontem in radicibus
Capitolij, non fuisse ante Galeritum & Romu-
lum habitabilem, quia Tyberis egressus Alueũ
multis in locis stagna effecerat, etiam vsque pa- E
latium. Hac enim labebatur Tyberis, antequã
Vertumno factis sacrificijs auerteretur in suum
alueum, vt asserit Seruius super octauo Aenei-
dos ibi. Rumore secundo. Et totam hanc plani-
ciem Luceres siccauerunt & incoluerunt, & ab F
eis dictus est vicus Tuscus, vt author est Fabius
Pictor de origine vrbis Romæ. Et quia Vertum-
nus erat in vico Tusco, vt ait Varro in primo de

lingua

A lingua Latina, idcirco dicit quod Tyberis primò labebatur per vicum Tuscum, & lyntribus ac cymbis nauigabatur. Deinde dicit cur vocetur Vertumnus. Vbi notandum est quòd Ianum mox post mortem. Tusci cognominauerunt Vadimo-
B na, id est Vertumnum, vt Berosus dicit in quinto libro. in Tyberina verò regione semper mansit nomen Ianiculum & Ianus vsque ad Galeritum, qui amnem auertit. Vnde Ouidius in vj. de Fastis, vbi dixit, Hic vbi nunc fora sunt vdæ
C tenuere paludes, mox adiunxit quòd Vertumnus multiformis nõ cœperat dici ante auersum amnem, sic enim ait. Nondum conueniens diuersis iste figuris Nomen ab auerso ceperat amne deus. Et hoc est quod sequitur Vertumnus in Proper-
D tio dicens:

At postquam ille suis tandẽ cõcessit alũnis,
Vertumnus verso dicor ab amne deus.

Hoc loco Proper. incipit dicere rationes quare di-
E ctus sit Vertumnus, qui ante Ianus dicebatur. Et primò dicit quando Romæ, & quare sic dictus sit. Cœpit enim Ianus cognominari Vertumnus in Latio, quando Tyberis concessit & dedit locum habitabilem suis alumnis, id est, accolis
F Luceribus Tuscis. Ratio autẽ fuit, quia tunc inuocato Iano primùm auersus est amnis. Et ideò ab hoc effectu auersionis, dicor primùm Romæ Vertumnus deus. Dij enim denominantur feli-

ces vel infelices,& cognominantur à rebus quas A
præstant,vt in Bucolicis Seruius dicit super æglo
gam quintã,ibi,Sis bonus ô felíxq; tuis.Et quia
ante Luceres Ianus nõ præstiterat Romæ auer-
sionem,idcirco non antè,sed in auersione dictus
est deus Vertumnus. Verùm quia Tusci (vt di- B
ximus)mox vt obijt , æstimauerunt dominum
anni vertentis , idcirco illum ab initio Vertum-
num vocauerunt,& illi primitias quatuor tem
porum offerebant , vt in verè cerasos & lacten-
tes spicas, in æstate mora, & primùm matura- C
scentes vuas, & in autumno pruna & eiuscemo
di,quæ Ianum in conuersione partium anni exi-
stimabant efficere.Et ideo dicit,

Seu quia vertẽtis fructũ percepimus anni,
Vertumnũ rursum credidit esse sacrum. D
Prima mihi variat liuentibus vua racemis
Et coma lactenti spicea fruge tumet.
Hic dulces cerasos,hic autumnalia pruna
Cernis,& æstiua mora rubere die.

Deinde Berosus dicit Ianum cognominatum E
deum pacis , concordiæ, ac fœderis. Et Seruius
super duodecimum Aeneidos ibi: Latonæq; du-
plex genus , Ianum (inquit) ritè inuocat, quia
ipse faciundis fœderibus præest. Nanque post-
quã Romulus & Tatius in fœdera conuenerũt, F
Iano duplicis frontis simulachrum factum fuit,
quasi duorũ populorũ. Fuit autẽ factum ex sti-
pite ligneo , vt in fine huius Elegiæ Propertius

dicit

A dicit. Moyses dicit Geneſis capitulo nono deum iniſſe fœdus cum Noa, ne amplius immitteret diluuium iratus, & ob id inter duas naturas diſcordes Ianus eſt Vertumnus, quia vertit eas ad pacem & concordiam, non ſolùm homines, ſed
B & arbores, vt patet in inſitione arborum diuerſarum naturarũ. Eas quia concordes efficit Ianus, atque in fœdera vertit, idcirco & Ianus Vertumnus & ipſi prima inſitionis poma dicantur. Et hæc eſt alia ratio nominis Vertumni, de
C qua Propertius ſubinfert dicens:

Inſitor hic ſoluit pomoſa vota corona
Cùm prius inuito ſtipite mala tulit.

Et ſubdit quia hæ tres rationes nominis Vertumni, videlicet, quòd Romæ primùm Ianus cœ-
D pit dici Vertumnus, quia præſtitit auerſionem Tyberis, apud Thuſcos verò ab initio, quia ſemper exiſtimatus eſt deus rerum vertendarum, vertentíſque anni, atque præfectus paci & fœderibus faciundis, vertendíſque diſcordibus in
E vnum: ipſæ inquam, ſunt veræ rationes huius nominis Vertumni, & nullæ aliæ, ita dicens:

Mendax fama, nocens alius mihi nominis index.
De ſe narranti tu modo crede deo.

F Quaſi dicat: crede mihi de me narranti has tres rationes. Addam tibi vltimam, quia dicor Vertumnus, quia verto me in omnem formam, de quo ſic dicit:

Opportuna mea est cunctis natura figuris. A
In quamcunq; voles verte, decorus ero.

Hoc loco natura Iani dicitur eius ingenium, & prudentia qua enituit, & de qua Macrobius in primo Saturnalium dicit, Ianus gemina facie præfertur, quod profecto ad ipsius prudentiã B *refertur, qui & præterita nouerit, & futura prospexerit. Teste autem Aristotele in Ethicis, prudentia omnes virtutes metitur, quia ipsa est recta ratio agibiliũ. Agibilia autem à nobis sunt multiformia, quia vel ad ciuilitatẽ, vel re-* C *ligionem, vel vitæ sustentationem agibilia ordinantur. Et ideo forma & institutio viuendi dicitur Iani figura pulchra, quia natura iustissimi Iani fuit prudentia, quæ se cõuertit in omnẽ formã & figuram rectè viuendi. Ergo quia (vt* D *suprà diximus) ab his quæ præstant dij nomina accipiunt, rectè Ianus vocatur Vertũnus figurarum, quia præstitit humano generi prudentiam & omnem formã viuendi. Quod profecto significauit Acrõ super illud Horatij: Vertũnis (quot-* E *quot sunt) natus iniquis, sic dicens. Deus qui humanis mentibus præest dicitur Vertumnus: quia vertit & mutat humanas mentes ad regimen vitæ, quo pacto qui se nescit regere dicitur natus Vertumnis iniquis. Ergo Ianus recte Vertumnus* F *dictus est, quia vertit illos priscos rudes homines ad omnes rationes honestè ac religiosè viuendi, dicente Macrobio in primo Saturnalium. Mythici*

A thici referunt sub Iano fuisse omnium domos re-
ligione ac sanctitate munitas. Xenophon item
tradit Italicum Ianum in Italia dijs templa fe-
cisse, & ritus sacrorum instituisse. Et ob id in o-
mni sacrificio præfationem perpetuam meruisse.
B Eadem scribunt Fabius Pictor de origine vrbis
Romæ, & Cato in fragmentis. Rationes verò
agriculturæ, regiminisq; totius vitæ docuisse Ia-
num, qui & Cœlum, non solum Diodorus in iiij.
libr. vbi loquitur cur Scythæ Libyi & Aphri
C imposuerunt prisco regi cognomen cœlum sem-
piternum omnium regem immortalem, exponit,
sed complures alij vt Acron, Porphyrio & Do-
natus qui regem antiquissimum Etruriæ Ver-
tumnum asserunt docuisse omnes rationes bene
D viuendi, serendi, & plantandarũ arborum, &
agriculturæ, à qua fortis Etruria creuit in im-
perium totius Italiæ, vt asserit Seruius exponens
in ij. Georgicorũ illud Vergilij, sic fortis Etruria
creuit. Sic ergo carmen Propertij exponatur.
E Mea natura & prudentia ciuilis est oportunæ
& idonea cunctis figuris viuẽdi. Verte me Ver-
tumnum in quamcunque voles figuram & in-
stitutionem vitæ, decorus ero, quia semper illam
institutionem inuenies ad honestatem pertine-
F re. Et dat multa exempla, quorum formæ im-
pressæ erant in tota veste Iani. Et primò qui-
dem in veste erat impressa camisia longa quam
à loco vbi reperta fuit vocat Coam vel Ceam,

& similiter era tibi forma togæ impressa, idcir- A
co decorus ibi est, quia nõ modo docuit vestes ad
honestatem, ne nudi essent, sed etiam ad discer-
nendum sexum, ne promiscui essent. Et hoc est
quod dicit:

Indue me cois, fiam non dura puella: B
Atque toga sumpta quis neget esse virũ?

Ergo Ianus dicitur versus in formam viri
& puellæ, quia tegumenta illis congruentia præ-
stitit. Et quia præstitit rationem fœnariam &
falcem fœnariam sicut Saturnus putatiuam, C
idcirco fingitur versus in formam fœnarij, &
in veste forma viri fœnarij impressa erat, de
quo sic sequitur.

Da falcem, & toto frontem mihi compri-
me fœno, D
Iurabis nostra gramina secta manu.

Et Ouidius in xiiij. Metamorphoseos, de eodẽ
dicit. Tempora sæpe gerens fœno religata recen-
ti Defectum poterat gramen versare videri.
Item in veste Iani impressæ erant formæ arma- E
ti militis, & segetum messoris, & ideo dicebatur
Ianus versus in militem armatum, & aliquando
in messorem: quia docuit rationes metendi, &
corbes, & ventilabrum. Item docuit militiam, &
duodecim secures ad continendum F
bonos in aurea vita, & terrendum noxios, non
ad occupandum aliena regna libidine dominã-
di, vt asserunt Fabius Pictor de origine vrbis

Romæ

A Romæ,& Cato in fragmentis.Vnde & Cranæ dedit sceptrum & album,id est,fasces,vt probauimus super iiij. fragmentum Catonis.De qua virga alba,id est,imperiali,data à Iano Nymphæ Cranæ,tam Ouidius in sexto de Fastis,
B quàm Berosus in v.huius meminerint.Ita hæc militiæ ratio laudabilis erat & decora.Et de his sequitur.

Arma tuli quondam,memini,laudabar in illis:
C Corbis in imposito pondere messor erã.

Et Ouidius de eodem Vertumno in xiiij.Metamorphoseos de forma messoris dicit.O quoties habitu duri messoris aristas Corbe tulit,veriq; fuit messoris imago.Et similiter ibidem de ar-
D mata forma Vertumni scribit.Rursus in veste Iani erant impressæ formæ sobrij iudicis,& vinosi atque ebrij vinitoris,quia docuit rationes summarias iudicandi,vt Ouidius in primo de Fastis,de regno Iani loquens sic dicit:Proq; me-
E tu populum,sine vi pudor ipse regebat:Nullus erat iustis reddere iura labor.Docuit & conficere vinum & vinalia,vt Fabius Pictor,& Cato asserunt,& nos in commentarijs nostris probauimus:Et ob id dicunt ipsum dictum Pri-
F scum Oenotrium,id est viniferum.Porrò Moyses de Noa Gene.nono cap.& Berosus in quinto dicunt eum inuenisse vinũ:& inebriatum fuisse.Et ob id,vt ait Berosus,dictus est Scythis Ianus

nus,id est,vinosus. Inuenitur nomen Ianus ab A
initio Italiæ,ante omnem linguam Latinam &
Græcam,vt probauimus in libro de origine lite-
rarum & philosophiæ. Quare Ianus non spectat
ad originem Latinam vel Græcam,sed vt ait
Bero.Scythicã,qui vti Hebræi vinũ dicũt Iain, B
& ab eo Ianum. Ergo quem Latini à vino vi-
niferum, & Græci ab œno œnotrium,eundem
Scythæ atque Hebræi à Iain,id est,vino vocant
Ianum,id est,vinosum,& de his duabus ratio-
nibus vitæ subditur his verbis. C

Sobrius ad lites,sed quum est imposta co-
rona
Clamabis capiti vina subisse meo.

Amplius in veste Iani formabatur sacerdos
mitra Lucumonia redimitus, & alba veste D
pontificia,itémque formabatur & philosophus
vti Apollo cum cythara, & ita versus dicitur
in formam Lucumonis & Apollinis,quia teste
Catone & Fabio Pictore,docuit Lucumones
duodecim fasces & vestes pontificias,quia Lu E
cumones Velati infulis & mitris erant,vt docet
Dionysius Halicarnasseus in quarto libro. Do-
cuit item primus his religionem & theologiam,
& rituales atque aras & ritus vt Macrobius,
Xenophon,& Berosus dicunt: Docuit & secre- F
ta naturæ atq; physicam vt Berosus dicit,inter
quæ astronomiam & concentus syderũ osten-
dit,ob quæ illum physici miris argumentis diui-

nita

A nitatis extollunt, vt author est Macrobius. Et quoniam omnia fere carmine ac lyra decantant theologi poëtæ atq; pontifices, quæ Ianus docuit, idcirco dicitur conuerti in formam pontificis & Apollinis, vt in sequenti carmine sic dicit:

B Cinge caput mitra, speciē furabor Achiui.
Furabor phœbi si modo plectra dabis.

Dicitur Achiuus ad similitudinem licentiæ poëticæ, nō quia Ianus ab Achiuis acceperit regiam & sacerdotalem mitram, sed quia Achiui
C reges, & sacerdotes Achiui, ab eius Lucumonibus regibus & sacerdotibus acceperunt. Vnde & Bacchi pōtifices Turrena siue Lydia mitra vtebantur, vt dixit Propertius in elegia ad Bacchum his verbis, Candida laxatis onerato colla
D corymbis Cinget Bassaricas Lydia mitra comas. Item quia docuit ad exercitium ludum Disci, & ad exercitium & victum simul docuit venationem & aucupium, & piscationem, & nauigia, & institoriam, idcirco in veste eius im-
E pressa erāt Auriga Funúsq; & retia cū arundine, & hamus in calamo, & mercator ornatus, & togatus. Et ob id in deum Faunum & Vertumnū & mercatorū numerum versus fingitur, & forū Boariū, piscariū, trāsitoriū, & vænaliū
F illi dicatū, & breuiter totus vicus Tuscus à summo Argileto vbi est Ianus summus in foro trāsitorio & circo maximo, vsque ad imū Argiletum, vbi Ianus quadrifrons ad radices capitoli

erant

erat illi dicatus, qui vicus erat omnibus Ro- A
manæ vrbis vicis nobilior & opulentior, pleniſ-
ſimus prædiuitibus mercatoribus, vt ſignificat
Hora lib. epiſtolarum primo, & epiſtola prima
dicens: O ciues ciues, quærenda pecunia primùm
eſt. Virtus poſt nummos. Hoc Ianus ſummus ab B
imo perdocet. Vnde in eodem vico Tuſco iuxta
eccleſiam ſancti Georgij, ſunt veſtigia arcus
triumphalis Boarij fori inſtitorum, vbi ſic ex-
ciſum eſt. Imperatori Cæſari L. Septimio Seuero
pertinaci Aug. Arabic. Adiabenic. Parth. M. C
Fortiſſimo, Feliciſſimo Pont. Ma. Trib. pont. xij.
Imperatori xj. Cos iij. Patri patriæ, & impera-
tori. Cæſar M. Aurelio Antonino pio felici
Aug. Trib. Poteſta. vij. Conſ. iij. Patri patriæ
Procoſ. Fortiſſimo Feliciſſimoq; principi. Et Iul. D
Auguſtæ matri N. & Caſtrorum. Et ſenatus.
Et patriæ. Imp. Cæſ. M. Aurelij Antonini Pij,
Felicis. Augu. Parthici Maximi, Britannici
maximi, Argentarij & negotiantes boarij hu-
ius loci, deuoti eorum numini, ſupple Iano Ver- E
tumno. Et hoc ſignificatur cum in ſequentibus
verſibus ſic dicit Vertumnus:

Eſt etiã aurigæ ſpecies Vertumnus, & eius
Traiicit alterno qui leue pondus equo.
Caſsibus impoſitis venor, ſed arundine F
ſumpta
Faunus plumoſo ſum deus aucupio.
Suppetat hîc piſces calamo p̃dabor, & ibo

Mun

A Mundus dimissis institor in tunicis.

Ergo eadem ratione dicitur conuersus in pomorum patrem, & Syluanũ aruorum pecorisq; deum, & deum Pana Thusciæ atque Italiæ, & eiuscemodi, quia instituit rationes pastoralis
B *artis, & bubulci, & agriculturæ, & hortorum, & pomariorum, & pratorum, propter quæ in eius veste formata erant, pastor, stimulus, serpiculus, ligo, cucumer, caulis, trifolium, & eiusmodi, de quibus sic ait:*
C

Pastor & ad baculum possum curare, vel idem est
Serpiculis medio puluere ferre rosam.
Nam quid ego adiiciam de quo mihi ma-
D xima fama
Ortorũ in manibus dona probata meis?
Cæruleus cucumis, tumidóque cucurbita ventre
Me notat, & iunco brassica vincta leui.
E Nec flos vllus hiat pratis, quin ille decenter
Impositus fronti langueat ante meæ.

Ouidius quoque in xiiij. Metamorphoseos, Mythicè inducens fabulam cœli & terræ siue
F *Iani & Vestæ, siue Horchiæ ac Vertumni, siue latinæ Pomonæ ac Pomoni, & scribens sub quo rege ars hortulana & pomaria primũ in Latiũ ab Etruria deducta fuit, sic laudat Pomonam,*

Reg-

Rege sub hoc pomona fuit, qua nulla Latinas A
Inter hamadriadas coluit solertius hortos. Nec
fuit arborei studiosior altera fœtus: Vnde tenet
nomen, non sylvas illa nec amnes, Rus amat &
ramos felicia poma ferentes. Et interpositis de
alijs Pomónæ amatoribus, mox de pomorum pa- B
tre Vertumno hortulano eius amatore simul &
pastore atque bubulco sic subdit. Sed enim su-
perabat amando. Hos quoque Vertumnus: Falce
data frondator erat: vitisque putator Induerat
scalas: lecturum poma putares: Sæpe manu rigi- C
da stimulos portabat, & illum Iurasses fessos,
modo disiunxisse iuuencos. Ergo quia in omnes
rationes viuendi transformauit homines, iure
Vertumnum Ianum cognominauerunt. Et hoc
est quod tandem concludit dicens: D

Sic mihi quod formas æquè vertebar in o-
mnes
Nomen ab euentu patria lingua dedit.

Nomen, inquit, patria lingua Thusca dedit,
nomen Vadimona, id est, Latinè Vertumnum, ab E
hoc euentu & effectu, quia æquè ac facilè verte-
bar, id est, vertebã homines in omnes formas &
rationes viuendi. Deinde dicit quo tempore, &
quo duce Tusco, & quo singulari bello venit Ro-
mam, & quo præmio donati sunt sui Tusci. Sa- F
nè sciendum est, vt Fabius Pictor de origine
vrbis Romæ dicit, cui in pluribus cõcordat Dio-
nysius in ij. lib. & nos copiosissimè probauimus

super

A *super eundem Fabium: quum Romulus imperasset Sabinis implorauit auxiliũ à Lucumonibus. Commissum fuit negotium Galerito Lucumoni Arbani. Qui ex vrbe colonia magna manu veniens, superauit Sabinos, & ad fœdus per-*
B *cutiendum cum Romulo coëgit, diuisit vrbem in tres tribus, prætoria & lictores Romulo statuit, & suis Luceribus vicum Tuscũ tribuit, & Ianum statuit ligneũ. Primò ergo Vertumnus gratias agit, & pollicetur pacem Romanis pro vico*
C *dato suis Tuscis. Secũdo proforma ærea sibi structa. De primo sic dicit:*

At tu Roma meis tribuisti præmia Tuscis
Vnde hodie vicus nomina Tusc⁹ habet.
Tẽpore quo sociis venit Lucumoni⁹ armis
D Atq; Sabina feri contudit arma Tati.
Vidi ego labentes acies & tela caduca
Atque hostes turpi terga dedisse fugæ.
Sat faciã diuũm sator vt Romana p æuum
Trãseat ante meos turba togata pedes.

E *Verùm quia vt diximus, hæc in commentarijs super Fabium Pictorem copiosè explanata fuerunt, vbi & mendacium Dionysij de morte Galeriti deteximus, & similiter eum qui vult vicum Tuscum datum fuisse sub Clusino Porsena,*
F *idcirco vnum hoc loco notandum occurrit, quia solius Iani epithetum est, esse satorem deorũ. Alij enim dei possunt dici patres, vt Mars pater, & pater Apollo, sed non sator, quia solus Ianus ge-*

nuit deos tam maiores quàm minores, vt dicit A
Berosus. Et ideo quia Ianus & Vertũnus idem,
iure Vertumnus se appellauit satorem diuũm.
His sic expositis, fingit Propert. se festinare à fo-
ro transitorio ad forum Romanum ad recipien-
dum vadimonia, & idcirco nolle se amplius au- B
dire, Vertumnum verò iubere, vt audiret alios
sex versus sequentes, nec se amplius illum deten-
turum sic dicens:

Sex superant versus te qui ad vadimonia
curris C
Non moror, hæc spatiis vltima meta
meis.

Multa nomina Etrusca Romani in linguam
suam transtulerunt, vti & aliarum gentium,
sicuti in commentarijs alijs ostendimus. Inter ea D
est Vadimonium, id est, Vertumniũ, eo quòd ver-
tit hominum mentem de altero ancipitem &
suspectam ad firmitatem & securitatem. Nam
Vadimona Etrusci, sed Vertumnum dicunt Ro
mani. Vnde Ianum Vertumnum quasi spõsorem E
securitatis, Romani postea posuerunt in foro
transitorio, quo transibatur in forum Romanũ.
Vnde Ianum quem vitæ principium & matuti-
num patrem inuocauit Horatius libro secundo
Sermonum, eundem vitæ vertendæ Vertumnum E
subiũxit, qui se sponsorem & vadem Romæ ca-
peret, qui vt Ianus principio, & Vadimon siue
Vertumnus bene vertendæ finiendæq; vitæ, va-

dem

A dem eum caperet atque sponsorem. Sic enim ait: Matutine pater seu Iane libentius audis. Vnde homines operum primos vitæq; labores Præstituunt (sic dijs placitum) tu carminis esto Principiũ, Romæ sponsorem me rapis scilicet ad spon-
B siones & vadimonia quibus præes. Ergo dicit Propertius, fige gradũ, qui ad vadimonia curris in forum Romanum, quia ego sum Vadimon, id est, Vertumnus rei spõdendæ, & lege sex versus sequentes in hunc modum:

C Stipes acernus erã properanti falce dolatus
Ante Numã, grata pauper in vrbe deus.
At tibi Mamuri formæ cælator ahenæ
Tellus artifici ne terat osca manus.
Qui me tã dociles potuisti fundere in vsus,
D Vnũ opus est, operi nõ datur vn⁹ honos.

In his sex versiculis tanguntur quatuor causæ simulachri, & tempus, & ordo. Primũ est tempus quo factũ est, videlicet ante Numam Pompilium, id est, sub Romulo cõtra eos qui sub exa-
E ctis regibus & Porsena in principio elegiæ exposuerunt. Teste enim Seruio super duodecimo Aeneid. quũ Sabini fœdus cum Romulo iniuissent deuicti, tunc Ianum bifrontem ibi posuerũt, quasi duo populi in vnum coiuissent. Et vt ait in
F septimum Aeneidos, fecerũt Ianum in imo Argileto, vbi postea æneum fecit Numa, vt hic ait Propertius. Ergo ante Numam primò factum est. Materia verò ex qua primùm factum est si-

mulachrum sub Romulo lignea, more antiquo A
ad significandum quòd dij amant paupertatem,
in qua inuenitur honestas, & fides, dicente ad
deos Tibullo.

Ne pudeat prisco vos esse à stipite factos
Sic veteres sedes incoluistis aui. B
Tunc melius tenuere fidē, cū paupere cultu
Stabat in exigua ligneus æde deus.

Et hoc est quod ait: Stipes acernus eram properanti falce dolatus Ante Numam. Sanè legendum est Stipes acernus eram: nō stipitis aceruus, C
vt metrum indicat & sententia. Nam acer nomen est arboris, fœm. gen. faciens huius aceris in genitiuo, habetq; primā breuem quam acer adiectiuum producit. Et inde fit adiectiuum possessiuum acernus a, um, ad acerem pertinens. D
Dicit ergo, stipes acernus eram, sicut apud Horatium in sermonibus Priapus. Olim truncus eram ficulnus &c. Addit grata pauper in vrbe deus. Gratam vrbem appellat, quia ob partam victoriam auxilio Lucerum ad lacum Vadimonis initiatorum, ibi venerabatur, vt Fabius Pictor asserit, & nos in eius commentarijs clarè ostendimus. Deinde tangit materiam sub Numa, & artificem Mamurium Oscum, id est, Campanum, quia vt ait, Numa æreum fecit Ma- F
murio opifice, quod Romulus ligneū dolauerat. Mamurius, vt aiunt authores, fuit peritissimus in arte fusoria, quem euocauit Numa ad

fundend

A fundendum duodecim ancilia, & etiam (vt dicitur) fudit æreum Ianum in eodem loco & imo Argileto indicem pacis & belli, vt author est Liuius in primo ab vrbe condita Ab hoc infimo Argileto ad superiorem bifrons translatus est,
B & in infimo substitutus quadrifrons de quo Seruius super septimo Aeneidos Simulachrum inquit, hoc Numa instituit circa imum Argiletum iuxta theatrum Marcelli in breuissimis duobus templis. Duobus autem propter Ianum
C bifrontem. Et subdit. Postea verò captis Phaliscis vrbe Tusciæ, inuentum est simulachrũ Iani cum quatuor frontibus. Vnde quò Numa instituerat translatum est ad forum transitorium, & templum quatuor portarum ibi substitutum
D est. Ex hoc etiam patet, quod Pictor, Cato, & alij dicunt Ianum & Vertumnum eosdem esse, quia Numa idem simulachrũ æreum fecit quod Romulus ligneum. Porrò Romulus Vertumnũ in forum transitorium translatum fecit, Numa
E Ianum formauit ad radices capitolij, vbi infimus Argiletus & templum quatuor portarum. Vnde idem Ianus & Vertumnus causa formalis huius Vertumni lignei prius, inde ærei fuit Ianus bifrons, manibus gestans sceptrum, cla-
F ues & numerum cccl xv. in veste verò formas omnes fusas à Mamurio, in quas sese vertebat. Finis verò vsus eius plurimus & honor, quia tot formis cælatus erat in vsus dociles, vt docerent

quas vitæ rationes & beneficia pater Noa siue A
Ianus impendisset humano generi, & ob ea in
cūctis honores diuinos exciperet. Et hoc est quod
ait. Mamuri, hoc opus & simulachrū est vnū, à
te facile fusum in vsus dociles, id est, in significa- B
ta docentia beneficia Iani sed honos operi non da
tur vnus, sed tot quot imagines vtiles & dociles
continet. Et nota quòd sicut rationes vitæ quas
Ianus tradidit, fuerunt ex omni parte honestæ,
& suprà dixit, in quancunque formam me ver C
tes decorus ero, ita Mamurius & Tusci quibus
Deus princeps erat, omnes formas in simulachri
veste tam ordinatè ac decorè disposuerunt, vt
admirabilis decentia & decor simulachri redde-
retur, dicente Tibullo. Talis in extremo felix Ver D
tumnus Olympo Mille habeat formas mille decē
ter habet. Est autem Olympus non solum cœlū,
& mons quisque altissimus, sed & pomœrium,
id est, locus augurio primùm in vrbe sacratus, vt
docent ex Græcis Xenophon in libro de æquino- E
cis, & Plutarchus in vita Romuli, dicens. Etru-
sci sacrant literis & misterijs quibusdam &
fossa, quam Olympum diximus. Vertumnus igi-
tur Deus princeps Etruscorum, vt ait Varro de
lingua latina, habet mille decentes formas in F
Olympo sacro luco ingenti fanóque Volturnæ
æterno. Aeternum dicit alludens vocabulo Vol,
quod, vt in quæstionibus primis Annijs osten-
dimus significat priscum, antiquissimū & æter-

num

A num. Vnde si Vol addis ad Turrenam, & dicas per syncopam Volturnam aut sine syncopa Volturrenam à qua Volturreni dicuntur, significat æternam vel priscam antiquissimam Turrenã: Quare quia fani Volturnæ epithetum proprium
B est Vol siue æternum, iure id epithetum pro Volturna & Olympum pro luco & fano eius accipit dicens: Felix Vertumnus & Ianus qui & Noa princeps deus Etruriæ, habet quidem mille formas, sed decentes in Olympo æterno, id est, fa-
C no Volturnæ, ad quod concilia indicebantur xij. populis Etruriæ, vt in pluribus locis ab vrbe condita Liuius asserit. Non enim nisi inaugurato loco consilia habere poterant, vt Seruius author est super Aeneida. Et hic lucus ingens erat reli-
D gione Lucumonum sacer latè, quia communis regibus ciuibus & accolis Etruriæ, vt in octauo Aeneidos Vergilius scribit, & Seruius exponit, & nos in quæstionibus Annijs ostendimus. Hoc fanum vrbémque illius tetrapolim regiam
E Ianus eius Deus princeps Vadimon primam omnium fundauit, vt Cato in secundo fragmento de originibus dicit, & Fabius pictor attestatur, & Myrsilus astipulatur, & nos in commentarijs eorum ostendimus. His ita super Propertiũ
F expositis, facilè intelliguntur quæcunque poëtæ historici, physicique, ac Berosus tradunt, excepto quòd Berosus falsum scribere videtur, dicens, quòd solùm hæc duo regna Italicum & Scythi-

cum venerãtur Noam cognomine Ianum. Nam A
Phœnices illum etiam vt cœlum sempiternum re
gem & patrem venerantur, cui teste Macrobio
in primo Saturnalium ponunt simulacrum dra-
conis in orbem ad modum cœli reuoluti Eundem
quia in Aphrica docuit Astronomiam, & be- B
neficia rationésque vitæ ruralis atque ciuilis eis
præstitit, etiam vt cœlum regem sempiternum
omniũ venerantur, vt Diodorus in quarto per-
hibet. In Aegypto quoque statuas & templa ha
buit. Vnde vt author est Plinius in xxxvj. na- C
turalis historiæ, cap. quinto Ianus pater dicatus
ab Augusto in suo templo, ex Aegypto adue-
ctus fuit. Xenophon quoque in libro de Aequi-
uocis distinguit de Proteis, id est, Vertũnis mu-
tantibus se in diuersas formas. Nam vt diximus D
in pluribus locis editionum nostrarum, quòd
Aegyptij Protho dicebant, hoc Aramei & E-
trusci vado. & latini verto. Hinc eadẽ sunt Pro
theus, Vadimon, Vertumnus. Dicit ergo postre-
mum Protheũ siue Vertumnum fuisse Aegyptiũ, E
qui erat sacerdos magni Vertumni phœnicis, cui
consensu totius orbis, templa, statuæ, & aræ di-
catæ fuerunt in Europa, Asia & Aegypto. Hæc
in commentarijs super Xenophontem latè expo-
suimus. Non ergo rectè Berosus scribit Ianum F
patrem venerari solùm in Scythia & Italia, qui
principatum deitatis habuit in toto orbe, id eodẽ
Iano affirmante apud Ouid. in primo de Fastis

& dicen

A & dicente: Me penes est vnum vasti custodia
mundi, Et ius vertendi cardinis omne, meum est.
Hoc dubium soluat quisque eruditus, vt placet,
Tenet autem in manibus numerum cursus solis
quem docuit, vt etiam Macrob. consentit. Duo-
B decim verò aras tenet sub pedibus ob plures cau-
sas. Primum quia xij. pomeria prima, siue xij.
Olympos primus xij populis Etruriæ statuit, qui
suberant Iano Larthi & vrbi eius Etruriæ, vt
Fabius Pictor & Cato in vndecimo fragmento
C referunt. Secunda causa est, quam Macrobius
in primo Saturnalium refert, & Varro in quin-
to libro diuinarum rerum scribit, Iano xij. aras
dicatas pro totidem mensibus. Sceptrum tenet,
quia primus fasces imperij iustissimi instituit,
D vt Fabius & Cato exponunt. Similiter vt aiunt
tenet claues, quia ad pudicitiam & castimoniã
ad religionem tutandam, ostijs patentibus appo-
suit valuas & seras ac claues. Et ob id à Iano
inuentore Ianua, non à Ianua Ianus dictus
E est, vt quidam falsò suspicantur, quia Ia-
nus nomen fuit antè latinam lin-
guam, & idcirco Ianua no-
men est Etruscum, ab
inuentore origi-
F nem há-
bens.

INDEX
Alterius Tomi

Insignium rerum antea prætermissarum accessione cumulatus ac ordine consequenti dispositus.

A

ABantes Populi Tusciæ. pag. 266.e
Abas ibidem
Abdera Hispaniæ oppidum 507.d
Abila mons 57.a
Aboriginum etymon 149.c
Aboriginũ triplex genus 149.b
Acca Larentia 37.c
Acesta Sic opp. 404.a
Acheus Poëta comicus 432.c
Achradina 421.d
Acis 456.b
Acræ 487.b
Acron Agrigentinus 470.d
Adrana Siciliæ oppidum Hodie Aterno 450.c
Adrianum Siciliæ oppidum 462.e
Aedes Siciliæ 416.b
Aegialea Græcia cur dicta 121.d
Aegytharsus Siciliæ oppidum, hodie caput S. Theodori 463.c

Aen

Aeneæ anni 262.a
Aeneus flu. Sicil. 418.e
Aes à quo primùm signatum 114.a
Aesar Deum significat 177.d
Aesar fluu. quare Deus habitus 177.e
Aesculapij ædes 422.e
Aesculapij fanum Agrigenti 467.d
Aetas aurea cur sic dicta 2.b
Aethna 453.a
Aethnæ ignis inundationes 453.e
Aegusa Siciliæ insula 463.e
Affectatio Græcanica 100.d
Agatheria fl. Sic. 486.f
Agathocles 494.b. 416.d
Agilla oppidum 284.a
Agresta, & Agrestes 284.b
Agrigenti opes 466.e
Agrigentum 465.d
Agrigentinorum genera duo 467.a
Aius Deus 109.a
Alba fascis 45.e
Albiana, Alba Ianæ 129.f
Albianum 130.b
Albula ab albo colore nunc dictus Tyberis 127.d
Albula Tyberis 123.d
Albula vnde dictus Tyberis 123.e
Albulæ etymologia 130.c.
Alcala de finari hodie complutum 512.b
Alcamenis ab Alcanio Thrace 404.a
Alcanthara pons 414.b
Almeria Hisp. op. 506.d
Alpes coloniæ Ital. 131.c
Alpheus, & Arethusa 417.c
Alpium diuisio 217.a
Alsium oppid. 162.c
Almitium Sic. op. 481.c
Amastru 481.f
Amnibus præcipuè nomina indebant veteres 143.b

Ana Hisp fl. 503.d
Anapus fl. Sic. 418.a
Anapij, & Amphinomi fratrum pietas in patrem 453.e
Anaxilas Rheginorum Tyrannus 473.c
Andreas Barbatius Iuriſc. Meſſanæus 478.d
Andromachus 413.d
Andronodorus orator 436.d
Angerona ſilentij Dea 245.c
Animam nullam qui dixit 477.c
Aniſumidis fons 410.d
Annia familia 337.d
Annij natiuitatis tempus 350.a
Antipolis 16.a
Antonini Pij Cæſaris pietas 190.b
Antonius Panhormita. 410.f
Anthropophagus dictus Apis 268.d
Anus pro vita Dionyſij preces fundens 434.d
Apenini diuiſio 221.b
Apis 119.b
A proprietatibus rei nomen imponitur 324.e
Apteras 10.b
Aqua lapideſcẽs 460.d
Aqua ſancta Agrigẽti
Ara panicula 14.a
Arates portus 203.f
Aræ Mutiæ 163.d
Arba.i.quatuor 361.e
Arbores olim numinum templa 299.e
Arcennum 163.d
Archeget⁹ Apollo 413.b
Archimedes 436.f
Archippe oppidũ 144.d
Aremuſa oppidum 22.a
Arethuſa fons 417.d
Aretia, eſt terra 116.e
Aretia familia 418.e
Aretium 116.c
Argentarius mõs 114.c
Argentum Siciliæ promontorium 479.a
Arge⁹ cãpus Romæ 27.b
Argiletũ ſummum & imum 27.b
Argiletũ ſuperius 26.f

Argiletum vnde 26.f
Argo nauis fabulosa 132.a
Argumentū ineluctable à coniugatis 232.c
Ariminum 142.d
Aryn Iani florent. 115.b
Aryin Ianum 110.e
Aristomacha Dionysij vxor 432.d
Aristoteles mēdax 183.b
Aristoteles Siculus Messanæus 477.d
Arnienses Tusci 159.f
Arnienſis tribus 60.a
Arnus Musarnus 362.f
Artabrū pmōtoriū 513.f
Arunda siue Arandis Hisp. oppidum, & flumen 514.d
Aruntini veteres Rullienses fidētiores 267.f
Arx Syracusana 415.c
Ascanij anni 262.b
Asina flumē Sic. 426.c
Asthenius homo priuatus & dives 486.c
Asturica His. vrbs 514.d
Asylus athleta 430.b
Ater provestibulo 114.d
Atrianus fluuius 218.a
Attan 308.e
Auentina rupes 19.d
Auentinus Remo consecratus 360.a
Auentinus collis vnde dictus 52.d
Augustus orbis descriptionem incōmodè tradidit 192.d
Auola opp. Sic. 426.c
Ausones populi 67.a
Auspicia Romæ condendæ 245.b

B

BAbusa 479.e
Babylonia quo tempore fundata 269.a
Babyloniæ fundator 3.d
Bacanon oppidum 195.c
Baccani 167.d
Baccana sylua 195.c
Bætica His. Regio 504.c
Bætis Hisp. fl. 505.c
Bæturia Bæticæ pars 504.d
Bæda fons 410.d
Baia 244.a.b

Balatiũ pro palatio 36.d
Bantes 267.a
Baracel 45.f
Barbari Græcis antiquiores 141.f
Barbarũ promont. 510.c
Barchinũ Barcel. 519.a
Barra franca 412.d
Bastætani His. pop. 505 f
Batea Hisp. regio 505.f
Belueder 427.b
Beneuẽtan⁹ ducat⁹ 229.f
Bessula Hisp. fl. 506.e
Bætbis fl. Sic. 403.e
Bianora Gallia dicta Cispadana 136.e
Bianor Parmæ, & Mãtuæ conditor 236.f
Bianorũ oppidul. 236.f
Bibona Sic. opp. 462.
Bideni populi 427.a
Bifarum lacus 441.d
Bilbilis 520.f
Bisamnis 197.e
Bizinis Sic. opp. 442.d
Blanda Hisp. op. 519.f
Blere 172.c
Boarium forum vide dictum 36.a
Boccherius Sic. op. 442.
Boccherius 442.d
Bodegon Bolmagon 234.d
Bodin comagon 142.d
Bona, & Bonella familia 263.d
Bonifati mons 403.f
Bon ripositus 410.e
Bon Vicin⁹ Sic. op. 412.d
Bodigon Padus 137.c
Brachium S. Rainerij 398.e
Bruntes Sic. op. 450.d
Brucca Sic. op. 488.c
Buccutus fons aluum leniens 409.f
Buffaritus Sic. fl. 444.a
Burgos vrbs Hisp. 514.d
Busachin⁹ Sic op. 462.f
Bussentum 180.d
Buthera Sic. op. 465.c

C

Cpro s 329.a
Ca 62.d
Cacçamus Sic. op. 412.d
Caci mons. Mon caio in Hispania 502.d
Cacyparis amnis 426.a

Cacyrus opp. Sic. 418.c
Cadmus Cous.
Caduta di Sale Vmbrone 82.f
Cæsaraugusta Saragossa 517.d
Cætaria 412.c
Cagnamares Hispaniæ oppidum 503.e
Caiæ Thermæ 244.a
Calabianũ Sic.op. 456.b
Calatabilota Siciliæ oppidum 462.e
Calatagirona 444.c
Calatagurium op. 520.f
Calatamet opp. 403.e
Calatha sibetta op. 452.e
Calataniſſeta 412.d
Calauulturus Siciliæ oppidum 487.a
Caligulæ de Liuio, & Vergilio iudiciũ 42.f
Callias historicus 436.b
Calorina via 420.c
Calpe mons 506.f
Calumbum 86.f
Calumbum viride 363.e
Camarata Sic.op. 462.e
Camillus Hetruſcis Mer curius 171.c
Campus Pelaſgus 94.e
Campos Aethnæis cineribus ſparſos fertiliores fieri 453.d
Cantabri 514.b
Cantara Sic.flu. 414.b
Capanianum 195.b
Capena porta Romæ, nũc oſtienſis 19.d
Capilia 195.a
Capilli Ianæ 45.a
Capina 163.d. & 168.b
Capitolium vnde dictum 188.f
Capitolij nomina 20.b
Capitolium ſæpe nomen mutauit 189.b
Caput bonum 399.c
Caput Etruriæ 194.d
Caput nautis eſt promõtorium 398.f
Caput Paſſarum ibidem
Carbaruſa 479.e
Cariara 140.f
Cariara vrbs Lunæ 201.c
Carin, & Arin differũs 110.f

Carin

Carin vinea & Carinianum 197.a
Carini Sic.oppid. 412.c
Carmentalis porta, & Pons 20.e
Carranum 420.a
Carthago noua hodie
Cartagena 520.a
Caſentina regio 177.d
Caſperula à Caſpijs 228.f
Caſtibilis amnis 426.a
Caſtaon hodie Sierra Alcaras 505.b
Caſtanea opp.Sic. 881.f
Caſtellana opp. 22.a
Caſtiglonum opp. 456.d
Caſtrum formicarum 384.f
Caſtrum regale 480.e
Catalfarus mons 406.b
Catina vrbs Sic. 445.a
Catoni quæ fuerit ſcribendi cauſa 97.a
Ce, & Cen. Aes & argentum 113.f
Cecinna 184.d
Cecinna Suſianus & eius genus 355.c
Celle 193.d
Celtiberi 517.e
Centuripis ciuitas hodie
Centorbe 457.a
Cephaledus hodie Cipha-lu 483.e
Cercinenſes 152.b
Cercinum 152.c
Ceres Sicula, Legifera frumentatrix 452.b
Ceres Siculorum Regina 452.e
Cereris ſtagnum 452.e
Cereris templum in Sicilia 403.f
Cereris fanum Catinæ 445.f
Chaldæi æternitatis aſſertores 101.e
Charybdis mare Vorticoſum 198.d
Charidemum Hiſpaniæ promontorium 506.e
Chere Agilla 382.e
Chida flu. Sic. 482.b
Chiuſa Sic.opp. 462.d
Chronographia quomodo probatur 254.a
Chryſæ fanum 453.a
Chryſas Sic.fl. 447.d

Cifala 413.a
Cimimia Sic.opp. 412.d
Cinga Hiſpan.flu. 520.c
Ciratana oppid. 488.d
Circus maximus, & Circenſes 56.c.& d
Ciſapeninæ Italiæ diuiſio 240.a
Ciuita Caſtellana 166.f
Ciuita Vetebia 199.d
Claramons in Sicilia 487.b
Clari Siciliæ viri 436.a
Clauium & ſerarum inuentio 3.c
Cluere, pugnare 174.c
Cluſium à pugna Hannibalis dictum. 177.d
Cluſium nouum, & vetus 210.f
Cœlius mõs vnde dictus 52.f
Cœlius Tuſcus 28.d
Cœlius Veibenus 193.d
Cola cognomento Piſcis Vrinator mirabilis 478.b
Colles ſeptẽ Romæ 53.c
Colonia 333.c
Columbaria Siciliæ Inſula 463.d
Comitium locus 37.f
Comitiũ vnde dictũ 38.a
Complutũ Hiſpaniæ Academia 512.b
Compluti lapides vbi 224.a
Compoſtella 514.e
Concia Hiſp.oppidum
Concilia publica, augurato, & ſacro loco haberi ſolita 297.c
Concordiæ ædes 57.b
Condere vrbem 179.c
Condro opp.Sic.
Conterrana 402.d
Conteſtania Hiſpaniæ regio 506.a
Corax Poëta Syra. 131.c
Corduba 504.e
Coritus quid 277.d
Corruptio nominũ ex ſymbolis literarum 58.b
Cranus, & Crana 43.c
Crimitis Sic.mõs 427.d
Cumæ 242.e
Curcuraci Sic.op. 457.e
Curia 308.a

Curia Hostilia 54.e
Curiæ veteres 54.d
Curis oppid. 228.d
Curis hasta, & Curitis hastata Iuno 189.c
Cursena opp. 204.b
Curtius lacus 29.a
Cyane fons 419.c
Cyanippi incestus 439.e
Cybele & eius gen⁹ 30.d
Cybele meretrix 390.e
Cybeles tres 391.a
Cyclopes fabricæ ferreæ inuentores 410.e
Cyclopes & Lestrygones vnde dicti 401.a
Cyclopum scopuli 455.f
Cynicus campus 268.c
Cyminius lacus 167.e
Cyminius mons 354.b

D

DAgutus 78.e
Damocles ob rerũ copiam Dionysiũ beatum dicebat 433.f
Damonis & Pythiæ amicitia 434.b
Danubi⁹ à Danis 131.e
Dardaniæ regni tempus 264.d
De antiquioribus antiquiori autori credendũ 63.f
Deitania Hispaniæ regio 506.a
Delphini Turreni Domini maris 77.d
Delphinorum res 77.d
Deorum euocatio 250.d
Dertosa, hodie Tortosa 519.
Dextrum, & læuum Tyberis 13.a
Dinnæ fons in Si. 488.b
Dicæarchus 477.c
Dictainus Sic. fl. 447.d
Dij Turrenorum 87.c
Dij municipales 88.b
Dimethus Sic. op. 479.d
Dio Heleſinus, nobilis et diues 483.b
Diocles legũlator 431.a
Diodor. Sic. vbi, & quatẽpeſtate floruerit 444.f
Dion vir illustris 432.d
Dionyſius Nyſam condidit 390.f
Dionyſius Syracuſanorum Tyrannus 452.d
Dionyſij Tyranni futuri port

ri portenta 433.a
Dionisij Sacrilegia 434.d
Diternia amnis 144.c
Doana 409.b
Doria fl. 236.b
Doria Thuscorum familia 232.b
Draco Sic.fl. 465.f
Depranũ Sic.opp. 463.c
Duces classis Tarcontis 376.b
Duretius Menaninus 494.a
Durius Hisp.fl. 502.e
Dyrim 108.a

E

EAnus dictꝰ Ianꝰ 9.c
Easo His.por. 514.d
Ebal, & Eban 128.b
Echo polyphona 424.e
Egesta 401.e
Elbius vicus 260.d
Electriaæ fontanæ 194.d
Eleutherus fl. 406.b
Elorina Via 420.c
Elymi Erix & Egesta 401.e
Emerita His. vrbs 503.f
Empedocles 470.d
En Enta, & Eber quid significent 384
Engium Sic.oppid.hodie
Ganges 448.d
Eniani 68.c
Enises fl.Sic. 478.f
Enna Sic.Vrbs 451.c
Entella arx 385.d
Entellia 196.a
Epicharmus 431.a
Equus æreus 403.c
Eridana dicta Italiæ Transapenina 233.d
Ermeus fl.Sic. 426.b
Errata in Mela, & Dionysio 334.f
Errata Typographica in Plinio 333.b
Eryx 441.f
Erycis portus in Thusciæ 195.f
Etruriæ origo 335.e
Euhemerus Messaneus 477.b
Exquilinus mons vnde dictus 53.f
Extremandura Hispa. Regio 504.e

F

Fabula de Iani ope explicatio 41.d
Falacriũ Siciliæ promõtorium 479.c
Falconata lacus Siciliæ 465.c
Falconata Sic.fl. 426.c
Famæ quatenus credendum 152.d
Famulatus magistratus 429.f
Fani, & Luci vsus 308.a
Fanum vnde 309.e
Far, & sal Iano oblatum 120.c
Farnesia domus 206.e
Farris & vini vsus 8.b
Fasces 45.f
Fasces pro imperio 129.b
Fasces vnde acceperunt Romani 46.e
Fasces vnde 3.c
La Fauara Siciliæ oppidum 466.d
Faul 298.c
Faula puella 349 d
Faules 349.c
Felsina quæ & Bononia 136.e
Felsina Bononiæ prima appellatio 239.a
Felsinus Bononiæ cõditor 264.a
Feudum 405.f
Figura vestis Iani 539.f
Filias tõdere docuit Dionysius 433.c
Flaminia Italiæ regio 238.e
Flauianum 388.e
Flere & fluere 72.a
Florentia vrbs 115.c
Florentia vua 367.d
Florentini olim Fluentini 68.b
Fluentini populi 115 b
Fons aquæ ferreæ in Sicilia 451.a
Fontana Blanca 426.a
Fontes calidi in Sicilia 444.f
Formicarũ castrũ 384.f
Foro Iulium 219.e
Forum Cassij 206.b
Forum nouem Pagorum 202.d

Forum Romanum 37.d
Forum transitoriũ 56.d
Franca villa opp. 456.c
Frãcofonte op.Sic.441.b
Fratrum mutua cædes 506.c
Fregellæ 103.c
Fundus Sic.opp. 413.a

G

GAdis insula 507.b
Gaglanum Siciliæ oppidum 449.c
Gaiolæ 361.b
Galatia Hisp.regio 513.d
Galathis 442.a
Galba Etruscus 379.f
Galbæ origo 379.f
Galeoctus Bardaxis gygas fortissimus 446.f
Galeria oppidum Siciliæ hodie Agira 449.d
Galeritus Hetrusc. 38.d
Galeriti dona 47.c
Galermis fons 423.e
Galicia messium sterilis 113.e
Galliatæ interpretes portentorum 432.f
Galli Ianigenæ 150.a
Galli veteres 137.f
Galli vnde dicti 138.b
Gallorũ in Italiam traiectio 138.c
Galofares 398.d
Garraphus fons 410.e
Gela oppid.Sic. 464.b
Gela Calega 464.b
Gelliæ magnanimitas 470.b
Geloum stagnum 464.d
Geminæ belli portæ 27.c
Genius 111.b
Genua 157.d
Genuensiũ origo 197.a
Germallia 28.f
Germallia vnde dicta 36.f
Gerona vrbs vnde Germulenses 516.a
Giartes ager 420.f
Gibillina Sic.op. 403.a
Gigantum vallis 268.b
Glaucus 382.a
Gleppi fons 441.b
Gorgias Leõtinus 442.a
Græci genus nequissimũ & indocile, hircum, & fœtidum 321.a

Græcorũ iactantia 96.d
Græcorũ ignorãtia 25.b
Græcorum autores mendacijs pleni 98.a
Græcorum origo incerta 130.f
Græcas literas aspicere bonũ, nõ pdiscere 101.a
Græcostasis 56.e
Granata His. vrb. 508.c
Grosetum 203.d
Grotta, quæ fauellat 424.e
Grues Ibici 478.a
Gadalaiara 512.c
Guadelemar Hi. fl. 505.e
Guadiana His. fl. 504.a
Gualterius op. Sic. 479.e
Guffera fons 418.b
Gulielmus bonus, & malus Sic. Reges 495.a
Guilla fons 410.e
Gurgalonga 447.e
Gurriga Sic. fl. 450.c

H

Halesina Sic. oppid. hodie Atalesa 482.e
Harbita Sic. opp. 447.f
Hasta pro corona 277.f
Hasta pro sceptro 61.a
Hebrus pro Ibero 516.f
Helerna quid sit 43.d
Heraclea Siciliæ, hodie Terra noua 465.a
Hercules Lybius Tossia das duxit 164.f
Herc. cognomina 160
Herc. lacus in Sic. 449.a
Herculis portus 156.c
Hercol tot' pellitus 362.f
Herodicus Medicus 442.c
Hesperus Hisp. Rex 24.c
Hetruria vrbs, & prouincia 329.e
Hetrusca historia sacra 375.d
Hetrusci docuerunt lanificiũ tõsurã ouiũ, & tinctura pannorũ 188.c
Hetrusci quadrigarum principes 195.a
Hidra oppid. Sicil. hodie Cadra. 441.b
Hieronia lex 429.d
Hieronis regia Prætoriũ Syracusanorum 492.f

Hieronymus fuxa diu sine potu durans 406.f
Himeræ speciosa imago 484.f
Hisbio Athleta 430.b
Hispalis hodie Siuilia 505.c
Hispaniæ disterminatio 502.f
Hispaniæ situs 501.d
Hispellum 211.f
Historia integra, & certa quō redditur 253.a
Historiæ tres ptes 252.e
Historiæ partes substātiales 252.e
Historicorū Græcorum contradictio, & vanitas 98.a
Histria non dicitur ab istro fluuio 133.b
Homeri patria incerta 5.
Hominū origo vbi fuerit 103.e
Horchia Pomona 529.b
Horte opp. 70.c
Hospitalitas aurei seculi 3.f
Hybla 458.f
Hyccara. 412.f

I

Iacobus Mādocia Infantasciorum Dux 512.c
Iain Aramæa lingua vinum 540.c
Iani plures 24.d
Ianus à Romulo stans 40.b
Ianus cur quadrifrōs 9.b
Ianus, Pan, & Syluanus idem 341.c
Ianus ianuæ inuētor 8.e
Ianus introitū Deus 8.e
Ianus Physicā, & Astronomiam primus docuit 182
Ianus Oenotrius 120.c
Ianus quare vertumnus dictus 344
Ianus primus Deorum 118.e
Ianus quadrifrons 528.c
Ianus Religionum autor 105.a
Iani proles 85.f
Iberus Hisp. fl. 517.b
Ibici grues 477.e

Ilerda Hisp. opp. 520.a
Indigenæ 85.d
Inuectio turpissima contra Græcos 97.b
Inuus, Pan, & Syluanus idem 341.c
Ioannis Gatij memoriæ firmitas 478.c
Isis Viterbi primos panes confecit 395.c
Isidis in Italiam aduentus 303.c
Isola de Marchisi 427.e
Issa Siciliæ flu. 489.d
Istria ab Istro non dicitur 133.b
Italia Cisapenina 240.e
Italiæ antiquitas 102.c
Italiæ diuisio 214.b
Italiæ ortus aureo seculo 106.b
Italiæ primi cultores 62.a
Itali græcos vocant hircos 121.e
Itinerarij Antonini corruptio vulgata 190.b & 191.a
Itus Itis, Isus Isis Iupiter Iuno 184.a
Iuga Hetrusca quæ 293.b
Iugarium forum 156.b
Iuliana Sic. opp. 462.f
Iulienses pro Rullensibus 146.b
Iunonis tẽplum in Bœtica 507.b
Iupiter iustus 135.
Iouis imperatoris signatria 422.f
Iouis simulacrum Populoniæ 543.b

K

Kytis 341.e
Kurkius dictus Apis 268.d

L

L pro R in sacris, & Lemuria pro Remurijs 360.b
Labisum Elori hostium 427.a
Labyrinthus quid 347.d
Læuum & dextrum Tyberis 13.a
La Ficarra Sic. op. 481.c
Lago Vico 354.c

Lamones 239.c
La motta Sic.op. 483.b
Laodalum arx. 422.c
Lapides compluti 223.e
Larius maior vel princeps 235.c
Larius Lacus ibid.
Laro amnis 145.e
Larth 23.e
Larthemanum 23.c
Larthes quid sit 163.a
Larthes Etruriæ, Rex totius Italiæ 380.c
Latumiæ, Carceres 424.b
Latinas literas quando receperunt Tusci 181.c
Leo insigne Ligurum 159.f
Leoninum mare 215.c
Leonti 427.d
Leontini rei frumētariæ Principes 441.a
Leontiscus Messaneus fortis supra hominum vires 477.b
Lestrygonū cāpi 401.a
Lestrygon Anthropophagus 268.d
Leucopetræ 147.f
Lex ab oliue folio 428.f
Liconitargis Hysp. Vrbs, Hodie Brugos 514.d
Liguriæ termini, & partes 157.e
Lylibæum, hodie Marsala 461.a
Limaguni Sic. fl. 488.c
Limites Tusciæ 273.d
Lintini Sic. opp. 440.b
Literæ Etruscæ 88.f
Literæ Chaldeæ sunt certissimæ, & antiquissimæ, Græcæ Verò confusæ 182.f
Littoreum iter 198.e
Liuiæ, domus diruta 54.f
Liuius Verbosus 209.c
Liuij de Thuscorum gloria Liuor 43.a
Loca Plinij emendata 333.b
Locus, & Tempus sunt Historiæ peristases necessariæ 253.a
Lombardia, & Lombardi 138.f
Luca Vetus 316.a

Luca vrbs 203.f
L. Iunius Patiecus 513.a
Lucumones in Etruria 280.d
Lucumo Iusanus 310.d
Lucus quid 296.e
Lucus Vergilio locus sacer ibidem
Luna oppidum 114.e
Luna promontorium 119.e
Luna vrbs deserta 114.f
Lurkij 283.e
Lusitania vnde dicta 509.a
Lyanum petra scissa 385.b
Lybissus campus 26.c
Lycus Historicus 478.a
Lydus dictus Tyberis 127.c
Lygdamus Syrac. 430.b
Ligures montani 222.e
Lygurnus portus 195.e
Lyris fl. finis latij 242.d

M

Macharina Sic. opp. 464.f
Mactorium Sic. oppid. 464.f
Madrid oppid. 512.a
Madunia mons 486.e
Magnæ vrbes à minutis animantibus deletæ. 385.a
Maimonis fons in Sicilia 451.b
Malicorui malum ouũ 431.e
Man, mon meyin Maõ, habitatio 237.e
Manto 124.e
Mantua 139.c
Mantua conditur ab Ocno 124.f
Mantua in tres gentes diuidebatur 275.c
Mantuæ Palatiũ 275.f
Marbella Hispa. oppid. 506.e
Marcellianum 193.e
Marianus mons 594.c
Marker castrũ 415.b
Marthenianum quod prius Larthenianũ 23.c
Massa oliuere 420.d
Massa opp. 161.e

Manet

Mauetanea Hispa. Regio 505.f
Mazara 399.f
Mecœnas 185.a
Mecœnas in scribendo mollis 186.f
Mecœnas vix linguæ Latinæ sciens 187.f
Medici Græci Barbaro rũ necatores à Catone dicti 97.b
Mediolani denominatio 137.b
Mediolanum 139.d
Mediolani conditor Olanus 266
Megara 458.d
Mercurij promontorium 399.b
Mercurius Camillus Deorum Secretarius 171.d
Mesia sylua 163
Mesium ibid.
Messana Pila insignis 475.c
Messana Siciliæ vrbs. 473.d
Metallarius collis 349.d
Metallij 349.b
Metamorphosis Tyrrhenorũ nautarũ in Delphines expositio 80.c
Methina de Campo nobile emporium 511.f
Mechnifusus oppid. Sic. 413.a
Militellum Siciliæ oppidum 441.c
Minio amnis 294.c
Minius Hisp. fl. 514.a
Miragla. fl. 409.e
Miranda Sic. fl. 426.b
Misilmeli fontis efficacia 409.f
Modica opp. 405.d
Motuca, & Motia ibidem
Modi duo Pliniani in Topographia 333.f
Mominis Philosophus 436.d
Monachus mons vnde dictus 16.f
Monœchus liguriæ portus 16.e
Moneta vetulonia 299.a

Mon

Mongibellus 453.a
Moni quid significet 322.b
Mons Regalis 412.a
Mons Physconum, & Mons Phalisc orũ duo sunt 166.d
Mons rubeus in Sicilia 487.c
Monte Belligi 422.c
Monte sicco 466.d
Moses Hebræorum Legislator 4.d
Mossinæ dicũtur in Asia ædes turritæ 327.a
Motia Sic.opp. 405.c
Motuca opp. ibidem
Mulieres nobiles dessæ 407.f
Munda Hispa. Vrbs 507.e
Mundellum 405.f
Mundi origo 102.d
Murgantium Sic. opp. 442.f
Musarnus dictus Hercules 363.b
Musarna, & Musarni populi 362.e
Musarum fons 446.c
Mutatio s in r 248.c
Mutuca Sic. opp. hodie Motuca 489.a
Myla Vrbs hodie Mylaso 480.a
Myrsilo scribendi caussæ 62.c

N

Naphthia stagnũ 443.e
Naruia Nechina 211.d
Narus Sic.opp. 477.c
Naustbagnus portus 426.a
Naticare vagitum cohibere 109.d
Nea Sic.Vrbs 443.a
Nesia regio 481.d
Nethus Sic. Vrbs hodie Nothus 426.e
Nicius Larthes 198.c
Nicolai Tudesci Abbatis patria 446.e
Nicoccia, Sicil. oppidum 447.f
Niniades 12.e
Ninus, & Semiramis primi innocentiæ violatores

latores 3.c
Noa primus holocaustа obtulit. 105.a
Nobiliſſimũ in Natura nõ ſemel accidit 103.d
Nomina locis imponere Regum eſt, & ducum 18.c
Nomẽ Romæ ab occulto nomine extractũ 250.c
Nominis definitio 324.d
Noſſa 384.b
Nouaria 37.a
Numantia Hiſpa. Vrbs 509.b
Numantinorũ pertinax fortitudo 509.c
Ni, & No. Mons, & fama 385.c

O

Ocrea opp. 211.d
Ocriculum ibid.
Odyſſæ portus 399.a
Oenotria triplex 64.d
Oenotrij plures 64.a
Ogygiana regio 116.b
Ogygianum 116.a
Olanum 137.a
Olanus Tuſciæ Dux 266.d
Olympias ſpatium quatuor annorum 259.d
Olympi multi 11.c
Olyſſipona. Hiſpa. Vrbs 510.a
Opiniones de Viterbi interpretatione 317.c
Orbitus pro Orobito 133.e
Oretania Hiſpan. regio 502.a
Oretus Miragla fluuius 409.e
Orobij Populi 140.e
Oropitum 67.e
Oroſpeda Hiſpa. oppid. 507.d
Orpheus ad gratiã mendax 81.b
Oſca 266.a
Oſcenſes populi quorum ciuitas Hueſca 520.d
Oſcora familia 153.b

P

Pactæ Siciliæ vrbs 480.f
Pachynus 308.f
Padi origo 142.b

Padi

Padi ortus, & lapsus 233.f
Padus, à Pades Picea 234.b
Palæos 312.a
Palatinus mons Vnde dictus 54.f
Palatium vnde 36.c
Palatium maius Romæ 19.f
Palatiũ Sic.opp. 462.e
Palia pro Pelia amnis 68.f
Palica oppid.Sic. 443.f
Palicorũ stagnũ 443.e
Pallantia, quæ Palentia 114.e
Panhormum Noæ tempore 407.a
Pantanella 420.a
Par 340.a
Par & Para quid sonẽt Aramæis 340.a
Partanna 404.b
Parazolum 237.f & 340.a
Parma 236.f
Parma quasi Parama 237.a
Passanito fons 441.b
Patieca domus Hispan. antiquissima 513.a
Patriciarum cum Plebeijs altercatio pro æde Concordiæ 63.d
Patris impij filius iustus 135.e
Peculium aureo seculo, & Patrimonium commune 15.b
Pediculorum ager 144.b
Pelasgus rex 77.c
Pelasgi an ante Atum Turrenos ceperint 67.a
Pelij 68.e
Pelij Pelasgi 173.e
Pelorus Hannibalis nauis gubernator 399.b
Pelorus vnde dictus 398.b
Pentapylum locus vbi Dionysij erat Horologium 422.d
Penthei fabula Historica 80.f
Pentia Siciliæ vrbs nũc Lipulici

Lipulici 460.d
Perguſa Siciliæ lacus 451.d
Perillus faber Athenienſis 471.d
Petaliſmus lex 424.a
Petra ſancta oppidum 205.e
Petralæa oleum 449.a
Petralcium Siciliæ oppidum ibidem
Phalaris 166.e
Phalaris vrbs 26.b
Phalaris Agrigentinorum Tyrannus 470.f
Phaliſcanum 163.c
Phœnices, & Chaldæi, in rerum ſcientia primi 182.f
Phœnices mundo principium aſſignant 102.d
Pheregenæ oppidum 111.b
Pherentinates 151.e
Pheritiana regio 196.f
Pheſce 23.e
Pheſcennium 23.d
Pheſulæ 115.a
Philiſcus Philoſophus 436.c
Phocetrium 176.b
Phocenſes 176.c
Phorcus cur Deus maris 78.d
Phyſcæ vrbs 173.c
Phyſicam Ianus docuit 182.a
Phyſcon mons 173.b
Pietas Antonini ſcribendi cauſa 190.c
Pilia 67.d
Piſa vrbs 62.b
Piſcarium forum 56.a
Piſtorium vnde dictum 176.e
Piſtoriũ mœnib⁹ cinxit rex Deſyderius 177.b
Plãtanus Lacus 441.b
Platina amnis Siciliæ 466.b
Plemmyrium 420.e
Plutia hodie Plaza Sic. vrbs 444.b
Pœninus, & Apeninus non ſunt eadem 218.d
Politium Sic. opp. 448.f
Polycletus Meſſaneus Medis

Medicus 478.a
Polyænus Orator 436.d
Pon vnde 300.e
Pontremuli oppid. 273.e
Pont. Trãsitus Aramæe 300.d
Pons & Pontus ibid.
Pont Remoli 301.c
Populonij 241.b
Popum puppin dixere Romani 342.c
Porticellæ 341.a
Portillum Sic. opp. 457.d
Posteri epitheto denominantur paterno 164.d
Prætoria Romæ quis primus posuit 208.d
Prætoriani milites quot erant 406.a
Priamus, & Theseus cõtemporanei 125.a
Primi panes 395.d
Principatus Syracusarum 493.a
Prixis Sic. opp. 462.e
Probatia Siciliæ insula 463.e
Probus Philosophus Lilybetanus 462.c
Proserpinæ raptus 451.e
Prouinciarum nomina à Metropoli 329.f
Pudicitiæ templum Romæ 50.c
Puzellarũ Turris Agrigenti 467.f
Pyttan Vallis 309.a
Pyos, & ostium 304.a
Pyrenei montes 501.f
Pyrgus 162.d
Pyrrhus Rex à Syrac. accersitus 494.b
Pythagoræ tẽpora 225.c
Pythagoram nõ docuisse primum Tuscos 225.c

Q

Q literã non habẽt Hetrusci 189.c
Quadrifrons Ianus 27.d
Q. fabius pictor 1.c
Quirinalis mons vnde dictus 54.a

R

R pro S 327.c
Ranæ in calidis aquis 330.c
Rasoculmum 479.c
Razenua Turris, & Cryptæ

pta 6.b
Recalbutum oppidum Siciliæ 456.f
Reges quare dij dicti 2.d
Regis, & Reguli discrimen 34.b
Regni olim finis intra regnum 14.f
Regnum duos non capit 69.d
Regum, & Regnorum anni 262.d
Resulibra 416.b
Rocca 479.e
Roda oppidum Hispaniæ 520.a
Rogerius Siciliæ Rex 494.f
Romani regni diuisio 31.f
Roma à Romulo nequaquam condita 244.f
Roma non à Romulo dicta, & nomen eius arcanum 245.b
Roma condita olympiade septima 246.f
Romani Vernæ Tuscorum à Mithridate dicti 30.e
Romæ facies 16.e
Romæ arcanum nomen 251.d
Romæ origo 154.d
Romæ partes, viæ, & vici 33.a
Romaniola 238.f
Romulus Rex ex Regulo 30.d
Rosulum 163.d
Rosellæ 117.a
Ruchella oppidum Siciliæ 456.d
Ruminalis ficus 51.f
Rumon Romulus 249.f
Rusellæ 116.f

S

SInr 327.c
Sabatina tribus 59.a
Sabelli 229.d
Sabinorum denominatio 229.b
Sabinorum origo 227.e
Saccari conficiendi modus 411.b
Sacer sulcus 35.e
Sacra Siciliæ insula 463.e

Sacra via vetus 54.d
Sacræ literæ 18.e
Sacrum promontorium 507.e
Saga oppidum Hetruscorum 137.c
Saga, Sagni, Sanctus 228.a
Saga 181.f
Sagalbina 104.d
Saguntum hodie Mon Viedro 519.a
Sal igne liquescens 469.d
Salduba Hispaniæ oppidum 506.d
Salenus Sic.opp. 460.a
Sale Vmbrone vbi 81.e
Salinæ Agrigẽti 462.c
Salmantica 511.d
Salsus Hispaniæ fluuius 505.d
Saltatio religiosa 311.a
Sambuca Siciliæ oppidum 463.a
Sancta Lucia Siciliæ oppidum 479.f
Sancta Maria in vineis 111.a
Sanctus, id est, expiator & purus 228.b
Sanguis Tuscus quomodo dicatur vnius generis, & non Mantuanus 276.c
Saponaria 479.e
Sardiniani 164.a
Saturnia dicta Latium 13.c
Saturnus ad inferos 11.e
Saturnus Apteras eiusq; scelera 121.f
Saturni Apteræ ætas 270.a
Saturnius mons 20.d
Scala Græca turris 422.a
Schera oppidum Siciliæ 403.e
Schison 413.d
Scombraria 502.a
Scopias Mathematicus Syracusanus 436.e
Scutorũ inuentio 382.b
Scylla scopulus 308.c
Scythia pars orbis altissima 11.d
Scythiæ Principatus primus

mus post diluuiũ 103.e
Sebastus Pan 431.b
Sedda 345.d
Segobia vrbs diues 511.a
Segorbia, vnde Segobienses 517.a
Selinis Siciliæ fluuius 459.d
Selinus latro à bestijs laniatus 456.e
Sempronius 212.d
Sena 175.d
Senaculum 56.f
Sententiarum dicendarum mos apud Syracusanos 429.e
Sentinus pons 174.c
Septem montes, aut colles Romæ 17.c
Sepulcra Porphyretica Regum & Episcoporũ 408.a
Serenitas Syracusana 425.d
Serguntia Hispaniæ oppidum 502.e
Setabis Hisp.flu. 517.f
Sica oppidum Sic. 427.f
Sicani prædia 268.a
Sicani primi Siciliæ inhabitatores 401.d
Siccharia fons 410.d
Sicilia aliquando continens 399.d
Sicilia prima Romanorum prouincia 400.c
Sicilia Romæ nutrix 400.c
Siciliæ descriptio 398.a
Sicoris Hispan.flu.hodie Segre 520.a
Sicoris Serga 401.c
Siculorum diuitiæ, & luxus 469.f
Siculos qui leges ac viuendi ritus docuerint 413.b
Siculi à Sicilia expulere Sicanos 404.e
Sierra Morena 505.a
Signa ad significandum sunt 529.a
Silis flu. 219.c
Sinecchа ager 427.f
Soana 175.b
Solanum 406.a
Soloëus 405.f
Solorius Hisp.mõs 502.b

Sora 175.b
Soracte mons 166.d
Sorani 151.f
Soranus pœnas luit vulgati nominis Romæ. 245.d & 251.d
Sosiphanes Tragicus Syracusanus 432.b
Spaccasurũ oppidum Siciliæ 489.d
Sparlingua Siciliæ arx 448.a
Sparlingua à Gallorum trucidatione dissentiens ibidem.b
Spiretũ Padi ostiũ 136.f
Spoletum vnde dictum 212.b
Spoletum 211.f
Spoletanus Ducatus 230.a
Spurinella Hetruriæ regio 350.f
Stadiũ octaua pars milliarij 23.a
Statuæ inuentæ 397.a
Stellatini in Tuscia 60.b
Stesichori Palinodia 485.c
Stic 342.b
Stincos Florentini carceres dicunt 347.c
Stygianæ thermæ 201.e
Subura 55.c
Suburbanum 55.d
Sucro Hisp flu. 518.a
Suia 110.b
Sulphurearum aquarũ expositio 41.d
Sumsa regio 344.c
Sursena 93.b
Susa pars Vetuloniæ 218.a
Susa 344.d
Sutera Sic. opp. 462.d
Sutrium vnde dictum 388.a
Sutrium 163.d
Syllabarũ truncatio vulgaribus linguis vsitata 116.b
Syllabarum concisiones in proprijs nominibus 158.b.c
Syluanus Augustus 306.b
Symethi fluuij ortus 442.f

Symmachus Messaneus 477.a
Syracusæ 414.c
Syracusana vrbs Siciliæ princeps 493.a
Syracusanæ leges 429.a
Syracusarũ ædificia Romam asportata 425.e
Syracusanorum opes 414.d
Syracusanorum põtentia 491.c

T

TAges Aruspex 268.a
Tages primus Tuscos Aruspicinam docuit 268.a
Tagus Hispaniæ fluuius aureis arenis 509.e
Tancredus Siciliæ Rex 495.a
Tapsus insula 427.e
Tarcon iunior Larthes Ethruriæ 353.b
Targia 422.a
Tarpeia Rupes 19.c
Tarpeius collis vnde 15.e
Tarraco Vrbs, vnde Tarraconenses 519.e
Tarronẽsis Hispaniæ prouincia 515.c
Taurici populi 135.c
Taurici sunt Norici 135.c
Tauriscũ oppidum, quod Triuiscũ à Noricis conditum 136.b
Tauromenium 413.e
Taurus Perilai 472.a
Tauriscum 136.b
Tauromenius amnis 414.a
Taurus Siciliæ promontorium 459.c
Templũ mirabile 412.b
Tenebrion promontoriũ 519.c
Teresia fluuius Siciliæ 486.f
Teria Siciliæ fluuius 447.e
Terra geniti 391.b
Terra pertusa aquas emittens 353.f
Tetrapolis quid 338.d
Thalia nympha à Ioue compressa 443.c

Thelamonis portus 352.c
Themistis fides. 439.d
Themistogenes Historicus 432.c
Theocritus Syrac. 431.a
Theodorus Orator. 432.c
Thermæ Himeræ. 484.e
Thermæ Sancti Philippi. 203.d
Theseus 381.a
Theseus quando regno pulsus. 381.b
Thusciæ diuisio. 139.b
Thuscia sacrificola, & Aruspicatrix. 329.b
Thusciæ, & Tusciæ discrimen. 364.d
Thusci à Curetibus oriũdi. 87.d
Thuscorum Imperij auctoritas. 226.b
Tibulli Locus 243.d
Tigullia opp. 196.c
Timagoras Gelensis Philosophus. 464.e
Toccũ coronariũ. 408.e
Toletum Vrbs. 511.a
Torebus 93.e
Tormentina pro Tromentina. 58.a
Tosca inaccessa loca. 365.b
Trahina Sic. opp. 449.c
Traianus portus. 194.f
Transitorium forum vnde dictum. 56.d
Tribus vnde dictæ. 47.e
Trimilia fons 423.b
Trinacria. 398.a
Trinacrini à Syracusanis deleti. 492.b
Triptolemi stagnũ. 452.d
Triquetra dicta Sicilia. 398.a
Triracium Siciliæ oppidum, hodie Randaciũ. 450.c
Trogilum oppidum Siciliæ. 422.a
Troiæ Ruinæ. 63.b
Troita familia. 168.d
Troitum Phaliscorum. 163.e
Troitũ pro Troilo. 168.c
Trometes campus 58.b
Trometina tribus 59.d
Trossanum oppidũ 285.b
Trossuli vnde dicti. 367.

367.e
Trotilum Sic.opp. 457.e
Tulfa noua. 203.b
Turia Hisp.fl. 518.d
Turina vicus. 285.a
Turrena Augustalis. 110.a
Turreni sedes & Vrbes. 281.c
Turreni indigenæ. 84.c
Turreni vnde. 87.b
Turrenorũ studiũ. 349.f
Turres Viterbi dirutæ. 320.c
Turrena, & Hetruria idem. 326.b
Turreni in Italia Vetustissimi. 85.a
Turreni pelasgos pepulerunt. 389.e
Turrhenia vbi. 69.f
Tursena an Turrita sit Tetrapolis. 91.e
Tuscanella, & Tusca nõ idem. 376.f
Tusculani vnde dicti 151.c
Tusciæ diuisio 368.a
Tuscus dictus Tyberis. 217.c
Tuscus vicus. 27.e
Tusci vici Turba impia. 50.a
Tuscorum in Gallia imperium, ob adulterium vnius fœmellæ perditum. 138.d
Tyberis nomina. 127.c
Tyberis antiqua nomina non Latina. 125.d
Tycha. Sic.oppid. 422.a
Tylauentus. 219.e

V

VAdo pro Verto. 542.e
Vagire Hetruscum Verbum. 109.c
Valetia Hisp. vrbs 518.c
Valle Piata. 349.b
Vallisoletũ oppidum magnificum. 511.f
Varennium. 206.e
Varro doctior, & antiquior Liuio. 48.b
Vaticana regio quasi Vagicana 107.b
Vaticanus Deus. 108.f
Vaticinium Catonis de Græ

Græcis. 97.d
Vatire verbum. 109.c
Veibenus Massus 266.b
Veientes cur dicti Sardiniani 164.a
Veientes. 21.e
Veiochus mons. 269.b
Veiuxi, & Iuxi. 348.b
Velabra vnde dicta. 52.d
Velabrum. 52.c
Velatura. 52.e
Velia oppidum. 188.b
Vellia à lanis vellendis. 188.c
Velliæ vnde dictæ. 36.d
Vellia, & Velia duæ sunt. 188.c
Vellus à Vellendo. 36.d
Vellus Romanum, & Thuscum. 188.d
Venetiæ. 133.f
Venetiarum origo 135.a
Veneris fons in Sicilia 480.b
Veneris templum in Tarraconẽsi Hispan. 515.d
Venus Erycina. 402.b
Ver, Verissi, et Veru 337.e
Verbum pro Imperio, & aliis significatis. 312.c
Vercellæ. 139.f
Veritatis historicæ canones. 72.f
Verisci. 337.e
Vernæ Etruscorum Romani. 276.b
Verona. 235.e
Verona, à Verorum familia dicta. 231.d
Vertumnus Ligneus, & æreus. 39.c.d
Vertumnus quare Ianus. 533.e
Veru. 337.e
Vestæ templum quare nõ consecratum. 297.a
Veterlum dicendum, non Viterbum. 316.d
Vetuloniæ insignia. 350.d
Vicaris Sic. oppidũ. 412.e
Victi à victoribus nomen accipiunt. 94.d
Victoria Hispaniæ oppidum. 516.e
Viculus Limes à Iano positus. 110.d
Vicus longus. 61.c

Vicus Thuscus quare Impius dictus. 50.& 51.a
Villa franca Siciliæ oppidum. 462.f
Villarta Hisp.opp. 503.e
Vinum & far. 66.a
Virga alba. 105.d
Vergilius sive doctrina Poëta. 42.f
Vergilij Versus expositi. 274.d.
Vergilij locus 44.e
Virium Herculis experiëtia 353.e
Viterbi amplissima definitio. 325.e
Viterbi etymologia multiplex. 320.& inde
Viterbum regia sedes 294.a
D. Viti fanum. 402.e
Viua Topographiæ argumenta. 300.c
Vlai. 130.c
Vmbria duplex. 82.e
Vmbri Italiæ antiquissimi. 144.f.
Vmbri veterum Gallorũ proles. 89.f
Vmbri vnde dicti. 108.d
Vmbricum. 163.c
Vmbro fluuius. 70.f
Vol cur præponatur. 280.f
Volaterræ 114.c
Vol cen. 113.d
Volcentarius mons. 114.b
Volcentini. 152.b
Voloſca. 266.b
Volſina. 117.a
Volturnus Deus, fluuius, oppidũ, & vrbs. 230.b
Volturrenæ interpretatio. 293.f
Volturreni, non Volaterrani in Plinio legendum. 333.a
Vrbs pro ciue. 284.a
Vrbes antiquæ paruæ, & in locis munitis. 111.b
Vrbes olim monopoles, Dipoles. Tripoles Regiæ. 204.e
Vrbes antiqui non magnas sed locis munitas, & crebras fundabant. 23.a
Vrbes quando condi dicantur

cantur. 479.d
Vrsa, & familia Vrsinorum. 152.f
Vrsaia regio. 180.d
Vrsaon Hispaniæ oppidum. 508.c
Vrsetini 18.b

X

Xarabus fons. 410.d
Xatina Hispaniæ oppidum. 518.c

Z

Za. zi. Zo. Consul 340.c
Zancla Siciliæ oppidum 472.e
Zeliæ Alpes 219.b
Ziza Suburbana domus amœnitatis. 410.b

FINIS.

Excudebat Bartholomæus Frein.

1554.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-119201541511222-139773916-16/fragment/page=0597

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-119201541511222-139773916-16/fragment/page=0598


Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-119201541511222-139773916-16/fragment/page=0600

ALVENSLEBEN
Mf
128

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-119201545151222-139773916-16/fragment/page=0001



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-119201541511222-139773916-16/fragment/page=0602


Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-119201541511222-139773916-16/fragment/page=0603



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-119201541511222-139773916-16/fragment/page=0604

BEROSI

ET ALIORVM EIVS ARGVMENTI AVtorum De Chronologica priſcæ memoriæ hiſtoria

TOMVS ALTER.

Cuius ſcriptores,& cõſequentem eorum ordinem pro ratione temporum verſa pagina indicabit Apodeixis.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-119201541511222-139773916-16/fragment/page=0605